



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Qvaestiones Qvinqvaginta Octo de haeretica prauitata, ad officium
Inquisitionis pertinentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

laris, cum noluerint conuerti; idē prorsus statuit Concilium Biterrense, c. 16. Hinc colliges non esse facile recipiendam eorum sententiam, qui dicunt dogmatistas indistincte curia seculari esse tradendos; de quo video quae scripsi supra parte. 1. super. l. nemo clericus, c. de sum. T. rinit. & fide catho. & infra in hac parte 2. super dicta quæst. 1. de hæresiarchis ubi dixi plenissime.

K Credentes autem hæreticorum erroribus solemnem faciant poenitentiam, &c.] Hic incipit assignare penas poenitentiales imponendas singulis, qui ad Ecclesiam gremium reuertuntur, quarum hodie maior pars abiit in desuetudinem. In eis reuulsam in coercendo hoc crimine seueritatem mirari licet, quæ valde distat ab hodierna huius tribunalis misericordia & benignitate: & plane quanta fuerit antiqua seueritas, docent plene decreta concilij Biterrensis, & Narbonensis: item littera quædam beati Dominici, quas affert Campegius apud Zächinū c. 20. adde Reperto. Inquisit. verbo publicè.

Tametsi vero mentio fiat solemnis poenitentia, & propterea iure optimo videatur hic declaradū, quid ea sit, quo ritu fiat, quos pariat effectus, et quò modo differat à publica poenitentia: nihilominus tamen hæc disputatio ob id consulto à nobis omittitur hoc loco, quia eius usus aut nullus omnino, aut valde rarus est nostris seculis: quamquam non diffitear posse ex causa quandoque renouari & usurpari. Interim tamen vide textum, & ibi doctores in capite 50. distinct. Magistrum, & doctores li. 4. sentent. distinctio. 14. Conarruiam lib. 2. variar. resol. cap. 10. nu. 3. & in repetitione clemens. si furiosus, in prima parte relectionis, nu. 10. Bernardinum Diaz in pract. crimi. cau. cap. 19. Simonem Maiolum li. 3. de irregularit. c. 2. & 3. & Marianum Victorium in historia de antiquis poenitentijs, in principio, ubi de hoc agit luculenter.

L Sint in processibus ad Sedem.] dictio, Sedem, in Sabellano est omissa, & male. Est autem dictio vulgaris apud Hispanos: nos enim ecclesiam cathedralem, Seo, vocamus: concilium dictionem vulgarem latinam fecit, sed ignorantibus nostram linguam, peperit difficultatem. Sunt autem in toto

A hoc opere dictiones huiusmodi multæ, quæ suis locis à nobis declarabuntur. Iubeat ergo hic concilium, vt credentes hæreticorum erroribus, qui solemnem poenitentiam erant facturi, diebus hic praefixis proficiscerentur ad Ecclesiam cathedralem, ibique processibus & diuinis officijs interessent. m. Itē in quarta feria in capite ieiunij veniat simul ad Sedem, & sint eodem modo, & secundū formam iuris, &c.] Hic prescribit concilium creditibus hæreticorum erroribus, secundum ius in c. in capite 50. dist. formam agenda solemnis poenitentia: quæ profecto poenitentia grauissima est: at si peccati magnitudo spectetur, debita censeri debet: nam cum grauius sit diuinam, quam humanam laedere maiestatem, c. v. v. gentis extra de hæret. autem. Gazaros, c. de hæret. & offendentibus maiestatem humanam ultimū mortis supplicium imponatur, l. quisquis, c. ad legē Jul. maiest. certè quilibet poenitentia, in quā mortis supplicium commutatur, mortis commutatione leuis censenda est: at nō modo credentes hæreticorum erroribus, sed & alij de quibus hic, eandē compellebatur subire solēne poenitentia: illa tamē sicut paulo antea diximus iam in desuetudine abiit.

B Ne sic Lateranense concilium illudatur.] codex Bononiensis ita: ne sic Latinum concilium illudatur. Sabellanus ita: nec sic ecclesiasticum iudicium illudatur. In codice Cardinalis de Cambara ita: ne sic datur concilium illudatur. Sed nō est visum recedere à Barcinouensi impresso: quamquam non video quomodo hæc Lateranense concilio accomodentur, cū nusquam ibi nominatum reperitur cautus, quod hic commemoratur de numero comparatorum: nisi dicamus respexisse hoc loco concilium ad illud quod statuitur in concilio Lateranensi sub Innocentio III. c. 36. & refertur in c. cum cessante, extra de appel. ubi cauetur, quod iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam ex causa renouare, nō aliter: ita hic non est honestū vt post taxatū & prescriptum certum numerum comparatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Jā in cod. ice illo vetusto Vaticanæ bibliothecæ, ubi reperitur idē hoc Tarraconense, Concilium, hic locus ita legit: Vt sic Lat. Concilio nō illudat.

C illudatur. Sabellanus ita: nec sic ecclesiasticum iudicium illudatur. In codice Cardinalis de Cambara ita: ne sic datur concilium illudatur. Sed nō est visum recedere à Barcinouensi impresso: quamquam non video quomodo hæc Lateranense concilio accomodentur, cū nusquam ibi nominatum reperitur cautus, quod hic commemoratur de numero comparatorum: nisi dicamus respexisse hoc loco concilium ad illud quod statuitur in concilio Lateranensi sub Innocentio III. c. 36. & refertur in c. cum cessante, extra de appel. ubi cauetur, quod iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam ex cau-

D sa renouare, nō aliter: ita hic non est honestū vt post taxatū & prescriptum certum numerum comparatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Jā in cod. ice illo vetusto Vaticanæ bibliothecæ, ubi reperitur idē hoc Tarraconense, Concilium, hic locus ita legit: Vt sic Lat. Concilio nō illudat.

QVÆSTIONES QVINQVAGINTA

OCTO DE HAERETICA PRAVITATE.

AD OFFICIUM INQUISITIONIS PERTINENTES.

QVÆSTIO. I.

De nomine hæresis:

SUMMARIUM.

- 1 Hæresis ab electione dicitur.
- 2 Et ab adhesionem, nam pertinaciam requirit.
- 3 Atque etiam à diuisione.
- 4 Hæresis electionem, adhesionem, & diuisionem includit.

E **R**IMA quæstio est: Hæresis unde sic dicta est, seu hoc nomen hæresis unde tractum est?

Ad hanc respondemus secundum mentem Isidori, & aliorum vocabulorum expostorum, quod hoc nomen hæresis etymologizatur, seu exponitur tripliciter.

1 Et secundum hoc hæresis includit tria: primo hæresis dicitur ab eligo eligis: vnde secundum

A dum Isidorum Papiam, hæresis dicitur quasi electio: & sic hæresis dicitur, ab eligendo, sicut secta à sectando: & inde dicitur hæreticus, quasi electivus, ab eligendo sic dictus. Nam hæreticus propositis sibi, falsa & vera, sententiis, eligit falsam & peruersam, tanquam veram, vera & catholica refutata, ut habetur 24. q. 3. Hæresis. Et ex hoc patet, quod hæresis importat electionem.

2. Secundo hæresis dicitur ab adhero adheres secundum Hug. & sic hæresis dicitur ab adherendo: sicut fides à fatendo, & secta à sectando: & inde dicitur hæreticus quasi adhaerens, ab adherendo sic dictus. Nam hæreticus falsæ & peruersæ doctrinæ tanquam veræ, vt prædicatur, electæ adhaeret firmiter, & pertinaciter: aliàs si talis adhaerens pertinax non esset, hæreticus quis non foret, vt patet extra de sum. Trinit. & si. cath. cap. Damnamus, & ex hoc patet, quod hæresis importat adhaerentiam.

3. Tertio dicitur hæresis ab erescor eresceris secundum Isidorum: quod idem est, quod diuidendo diuidis, & sic dicitur hæresis ab, erescendo, id est, diuidendo: sicut dicitur, per oppositum vnio ab uniendo, & coniunctio à coniungendo. Et inde dicitur hæreticus quasi diuisivus, à diuidendo sic dictus: sicut dicitur Eremita, quasi diuisus à communi vita. Nam hæreticus postquam falsam doctrinam sibi eligit tanquam veram, eique pertinaciter adhaeret ab aliis veram doctrinam & sanam tenentibus (quibus ante erat vnicus) se mente elongat & diuidit, & excommunicationis mucione, ab eis per Ecclesiâ merito & numero diuiditur, & Potestati seculari traditur, à cõsortio hominû totaliter diuidendus, ut patet extra de here. c. Excoicamus, primo, & secundo.

4. Et ex hoc patet quod hæresis importat diuisionem. et per consequens ex prædictis omnibus liquet quod hæresis nomen importat tria, scilicet, electionem, adhaerentiam, & diuisionem.

COMMENT. XXVI.

Hæresis vnde sic dicta est. De etymologia seu origine dictionis, hæresis, præter Eymericum hic agunt fere omnes, qui de hæreticis scripserunt. Et Beatus Hieronymus in Epistola sancti Pauli ad Galatas, c. 5. & in Epistola ad Titum, c. 3. Tertullianus in libro de præscriptionibus hereticorum, c. 6. Isidorus lib. 9. Etymolog. c. 3. Sanctus Thomas 2. 1. q. 11. artic. 1. Melchior Canus li. 12. cap. 9. de locis theologis. Alfonso Castus lib. 1. c. 1. aduersus hæreses, idem lib. 1. c. 1. de iusta hæret. punit. Repertorium Inquisitorum verbo, hæresis. Simancas de catho. institut. tit. 30. idem in Enchyridio violatæ religionis tit. 2. Locatus in opere iudiciali Inquisitorum, verbo, hæresis, & doctores in c. hæresis. 24. q. 3. & alijs plerisque in locis quos gratia breuitatis omitto.

Vera autem hæresis etymologia à Verbo Græco *hairesis*, descendit, quod significat, eligo, volo, exopto, sumiturque pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate & sententia, in qua persistitur electa. Quare hæresis latine reddita, electionem si-

A gnificat, scilicet eam sibi vnusquisque eligit disciplinam, quam putat esse meliorem. Verum est ergo hæresim significare electionem, at non descendit à verbo Latino, eligo, sed à verbo Græco, vt dictum est, atque hoc etiam vult Isidorus præcitato loco. ait enim ita. Hæresis Græce ab electione uocatur, quod scilicet vnusquisque id sibi eligit quod melius sibi esse videtur, vt Philosophi Peripatetici, Academici, Epicurei, & Stoici: vel alij, qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de Ecclesia recesserunt. Inde ergo hæresis dicta Græca uoce ex interpretatione electionis, qua quisque arbitrio suo ad instituenda, siue ad suscipienda qualibet ipse sibi eligit. hæc Isidorus, In quibus per omnia sequitur B. Hieronymum præcitato loco in Epistola sancti Pauli ad Titum, cap. 3.

Alias autem etymologias, quas hic recenset Eymericus, videlicet, hæresim dici à verbo, adhero, quia hæreticus falsæ doctrinæ adhaeret: vel ab erescor, quod est diuiduo, eo quod hæreticus per hæresim diuisus sit ab his, qui rectam Ecclesiæ catholicæ doctrinam tenent, communiter & recensent & sequuntur Ioannes Andr. Antonius de Butrio, Zabarella, Panormitanus, et alij in cap. firmissime, extra de heret. & Zanchinus tracta. de heret. cap. 1. Odofredus in Rubrica, C. de heret. ait hereticum dici ab eremo, quia inquit sicut eremita dicitur à nemore, quia separatus est à ciuitate vel oppido, ita hæreticus dicitur separatus a fide catholica. Sunt etiam qui dicant hæresim dici à verbo, erro, quia hæreticus erat, id est, deniat & desleat à rectitudine fidei catholicae.

Ceterum huiusmodi etymologies, & si quæ sunt alijs his prorsus similes, tamen si hæresis & hominis hæretici naturam explicent, vere tamen non sunt, vt ex prædictis constat. At ignoscendum est his viris, grauibus quidem & singularis eruditionis, quia certiora iniuria eorum temporum docere non valuerunt, docturi proculdubio si nouissent: ea vero tunc verissima esse putabant.

Nomen vero hæresis (vt obiter id dicam) ante constituta Christianæ religionis fundamenta infame non erat, imo in bonam partem accipiebatur, si significabatque illam disciplinam, quam quisque profitentem, & sequendam exigebat: hinc variæ sectæ Philosophorum, hæreses dicebantur, vnde Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei illius vel illius hæresis appellabantur, vt præcitato loco in Epistola ad Titum scripsit sanctus Hieronymus: At hodie id nomen odiosum est & infame, quo significantur, qui contra Christi Domini fidem, aut illius Ecclesiam, vel docent, vel credant.

Propterea vero apud nos Christianos hæresis sine electione sectæ, infamis & execratione digna habetur: quia cum lex nostra data sit ab omnipotenti Deo per Iesum Christum filium eius, non autem ab hominibus electa, proinde quisquis aliam fidem, ac aliam doctrinam eligit, merito hæreticus est, & infamis habetur.

Nobis vero in his, quæ ad fidem spectant, nihil arbitrio nostro eligere licere, sed quæ sunt diuinitus tradita, sequi oportere, luculenter Tertullianus in libro de præscriptionibus aduersus hereticos.

Alij hæresis etymologia quæ sunt.

Nomen hæresis quando cepit esse infame.

Christianis cur nõ liceat sectã eligere.



cos ostēdit his uerbis: Hæresum opera sunt adu-
tere doctrina, hæreses dictæ Græca uoce ex in-
terpretatione electionis, qua quis siue ad insti-
tuendas, siue ad suscipiendas eas uittur: Ideo Apo-
stolus & sibi damnatum dixit hæreticum, quia
& in quo damnatur sibi eligit: nobis uero nihil
ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec elige-
re quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apo-
stolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi
quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, ele-
gerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fi-
deliter nationibus assignauerunt. Itaque etiam
si Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathe-
ma diceretur à nobis. hætenus Tertullianus. Idē
eisdem uerbis scribit Isidorus lib. 6. c. 3. Etymolog.
tacito nomine Tertulliani.

† Inducere,
apud Isido-
rum.

Religio Chri-
stiana nō po-
test hæresis
aut secta vo-
cari.

Atque ex his apertissime consequitur, religio-
nem Christianam, Euangelicamque doctrinam neque
hæresim neque sectam appellari posse, tum quia nō
est commentum aut inuentum nostrum, cum eam
habemus ex diuina reuelatione & traditione: tum
quia Christiana religio, catholica, & uniuersalis
est, ad omnes æque pertinet & pertinet, omnesque
eam omni tempore tenuerunt ac tenent, qui de Deo
& diuina ueritate rectē senserunt: hæresis autē et
secta priuam disciplinam significant, & quam
quisque sibi eligit opinionem, atque commentum.

His ita constitutis, iam quid sit hæresis breuiter
quoque dicendum est, ut quæ deinceps tradēda sunt
de hoc crimine, eius natura cognita, facilius intelli-
gantur.

Hæresis va-
riæ multorum
doctorū dif-
finitiones.
Guilo Car-
melita.

Ac hæresis quidem multis modis diffinitur à
multis, tametsi omnium diffinitiones, licet uerbis
discrepent, in eandem sententiam concurrere uideā-
tur. Guido Carmelita in summa de hæresibus cit. 1.
de hæresibus in genere, c. 3. ita diffinitur. Hæresis
est falsa opinio & erronea in intellectu, per quā
falsè & erroneè intellectus opinatur de aliquo
contra fidei ueritatem: hæc ille.

Turrecrema-
ta.

Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. parte
2. cap. 1. ita: Hæresis est opinio uel assertio falsa,
siue dogma falsum catholice ueritati contrariū
in eo qui Christianam fidem professus est. hæ-
tenus Turrecremata: Cuius diffinitionem per om-
nia sequitur Arnaldus Albertinus tract. de agno-
scen. assertio, quæst. 1. nu. 4.

Alfonfus Ca-
strus.

Alfonfus Castus lib. 1. capit. 1. de iustia hæ-
reticorum punitione ita diffinitur: Hæresis est enū-
tatio siue propositio falsa, fidei catholice ita re-
pugnans, ut cum illa simul esse non possit. hæc
Alfonfus.

Conradus
Brunus.

Conradus Brunus lib. 1. de hæret. cap. 1. ita: Hæ-
resis est dogma falsum, contra fidē orthodoxā,
ab eo, qui fidē profitetur, pertinaciter uel asser-
tum, uel in dubium reuocatum. hæc ille. Albertus
Pigius Carpensis lib. 4. c. 8. Hierarchia ecclesiasti-

Albertus Pi-
gus.

ca latius diffinit: seu uerius describit hæresim in
hęc uerba: Hæresis est non morum, non confes-
sionis, sed fidei uitiū, quo quis singulare aliquid
à communi Ecclesie catholice fide ac sententia
eligit, ac proinde se ipsum ab Ecclesia separat,
qua se rectius sentire, credereque præsumit: & ob
id hæresis, hoc est, electio haud insignificanter

appellatur. hætenus Albertus. Atque ex his uel
singulis, uel omnibus simul sumptis, intelligitur
quid sit hæresis, cuius diffinitionem tum hic, tum in
sequentibus omisit Emericus. hanc uero diffini-
tionem explicationem tradunt præcatis locis, Gu-
do Turrecremata, Albertinus, & alij.

Et per consequens ex prædictis omnibus
liquet, quodd hæresis nomen importat tria scilicet
electio nem, adhesionem, & diuisionem. Ex
his quæ dixit Emericus, satis constat ab hæresibus
hæc incōmoda prodire, uidelicet electionem præ-
doctrina, omiſſa uera & catholica: adhesionem
seu pertinacem applicationem ad falsum, seu falsā
dogmata, relictis orthodoxis: item diuisionem à ca-
tholicorum fide sicut dictum est.

Iam hinc quasi ex uerbis omnium malorū se-
minario consequuntur in republica multa alia ma-
la & incommoda, quæ facile ostēdunt, quam inges-
malum sit hæresis. Sæctus Basilius Magnus episto-
la 69. cuius initium est, Ferr equidem consolatio-
nem. plurima recenset his uerbis: Dum multi in
medio impietatis studiose excoluerunt, nunc
parricidiosis fructus protulerunt. Euerſa enim
sunt pietatis dogmata, cōfusa sunt pietatis leges
Ambitiones eorum, qui Dominum non timēt,
præſidentias inuadunt, & in propatulo de cæte-
ro impietatis præmium proposita est prima se-
des. Quare qui grauiores blasphemias protulit,
ad populi Episcopū potior habetur. perit aucto-
ritas sacerdotalis, defecerunt qui pascunt cū scis
ta ouile Domini. dum hi, qui primos locos am-
biunt, æconomias pauperum in proprias uola-
ptates, & munerū distributiones in summant, an
nihilata est canonū sinceritas, licentia peccandi
multa est: nā qui hominū studiis ad principatū
accedunt, in hoc ipso studij gratiam rependant,
perit iudicium iustum. vnusquisque in uolunta-
te cordis sui ambulat, prauitas immensa est, po-
puli admoneri nolunt, præſides dicendi liberta-
tē nō habent: serui enim sunt corū, qui benefi-
ciū contulerunt, hi qui per homines sibi ipsis po-
tentiā cōpararunt. hæc ibi Basilius, ubi & alia his
similia annectuntur, quæ ob breuitatem omitto.

Felix Papa, eius nominis primus, Epistola. 1. ad
paternum Episcopum de hæresis incommodis, ita
etiam habet: Hæresis quippe est nimis impia, &
Euangelicæ ueritatis inimica, quæ non portionē
aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis
conatur fundamenta conuellere. Quoscuque
enim rapit ad se, non solum in hoc uitium, sed
in multa alia uitia ruere facit: & ipso suadente
antiquo hoste, non solum persecutores Ecclesie
sed etiam Sacerdotum eius fiunt. hæc ibi.

Dicam semel ab hæresibus oriuntur contra Deū
blasphemias, sacrilegia, subuersio piarū in Ecclesia
fundationū, iudiciorum & sacrarū legum uolatio
contra catholicos & fideles iniuria, calumniæ, &
crudelitates, quas in catholicos exercent hæretici.
Vera & catholica fides atque religio per hæreses
euellitur, & extinguitur in animis hominū, corpo-
ra, & bona in discrimē inducuntur, omnes generis
tumultus, & seditiones commouentur, pax & tran-
quillitas publice perturbatur: Denique totius illius
rei-

E

reipublica status & forma, in qua hereses aut ori-
vi permittuntur, aut ortu fouentur, nec protinus ex-
cipiantur, in peius commutatur, & tandem in totu
etiam quandoque subuertitur, & aboletur. Hac om-
nia ita esse. veterum testantur historie, presen-
tia quoque demonstrant tempora, in quib. videmus
florentissima regna & prouincias ob hereses in ma-
ximas calamitates, & miserrima pericula incidisse.

Q V Æ S T I O II.

De propositione, seu arti-
culo hæretico.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ex triplici capite propositio aliqua indicatur hæ-
retica.
- 2 Vel quia est contra articulos fidei.
- 3 Vel contra determinationem Ecclesie:
- 4 Aut contra sacram scripturam.
- 5 Quæ manifeste hæretica sint reputanda.

Ecunda quaestio est: Hæresis quid est: siue propositio, vel articulus quado hæ-
reticalis dicendus, & habendus est?

1 Ad hanc respondemus secundum mentem sancti Thomæ prima parte, q. 32. art. 4. & 2. 2. q. 11. art. 2. quod propositio aliqua, seu articulus hæresis est, & hæreticalis habendus est, ex vna trium causarum & rationum.

2 Vel quia est contra aliquem fidei articulum, vt pote, quod Deus in personis nõ est trinus: seu quod Dei filius non fuit incarnatus, & similia, quæ sunt contra fidei articulos directæ: quæ sunt prima credibilia, & nostræ fidei catholice prima principia ac nostræ credentia rudimenta:

3 Vel quia est cõtra Ecclesie generalis determi-
nationem, ut tamen de fide factam: utpote quod Spiritus sanctus procedat a Patre & filio tanquã a duobus principijs: quod est contra determina-
tionem factam vt de fide, extra de sum. tri. & fi-
de catho. c. vnico, lib. 6. Seu quod usura non est peccatum: quod est contra determinationem factam vt de fide, extra de vsur. in clement. Ex gra-
ui. Quæ determinationes Ecclesie vt de fide factæ sunt credendæ firmiter, ac tenendæ.

4 Vel quia est contra scripturam sacrã per Ecclesiam approbatam: hoc est cõtra Bibliã: utpote quod Deus cœlum & terram non creauit: quod est contra id, quod habetur Gen. 1. Vel quod Christus discipulos ad docendum gentes non misit: quod est contra illud quod habetur Marci vltimo. Qui quidem libri sunt ab Ecclesia approbati. & per consequens cõtenta in eis sunt credendæ fore vera.

5 Quæcumque ergo apparent esse clare, vel cõtra aliquem fidei articulum in Symbolo fidei cõtentum: uel contra Ecclesie determinationem ut de fide factam: vel contra sacram scripturam (hoc est Bibliã textum) per Ecclesiam approbatam; illa sunt hæreticalia manifeste. Nam præ-

dicta tria, scilicet, fidei articuli; determinationes generales per Ecclesiam factæ ut de fide, & sacra scriptura, hoc est in Biblia contenta, sunt fide inconculsa tenenda: & consequenter eorum opposita sunt de te hæreticalia.

COMMENT. XXVII.

Hæresis quid est; siue propositio uel articulus quando hæreticalis dicendus & habendus est. Hac disputatio valde utilis est, & necessaria nõ modo iudicibus, & ceteris officii sancti & quæstionis ministris, verum etiam cuilibet catholico, ut retineat vera & certa catholica religionis fundamenta et dogmata absque vlla erroris cõmixtione. Prudentissimè autè Eymericus per regulas generales inuestigat, quot modis aliqua propositio hæretica dici possit, ne sit opus singula hæretica dogmata commemorare, quæ pertinaciter asserta hæreticum constituunt, quod fecerunt nonnulli doctores, vt alibi diximus. id enim præterquam quod valde laboriosum est, at uix etiam possunt singula indiuidua comprehendere: tradenda ergo methodus fuit, per quam omnis hæretica propositio ad certa quedam capita reducat.

Quod propositio aliqua, seu articulus hæresis est, & hæreticalis habendus est, ex una trium causarum & rationum. Idem repetit Eymericus eadem p. 2. q. 35. non tamè præter rationem, & causam. Est autem auctoritatis institutum hoc loco docere quot modis contingat, siue ex quibus capitib. cognoscatur, aliquam propositionem esse hæreticam: nulla vero est disputatio magis difficilis in causis fidei pertractandis, nulla magis fidei iudicibus utilis, et necessaria, cum sanctæ Inquisitionis negotium magna ex parte in cognoscendis hæreticis propositionibus, diuidendisque seu separandis, a catholicis consistat & quamuis breuitati studeam, ne muneri meo & publicæ utilitati defecisse videar, rem hanc, quã fieri poterit tum breuitate tum perspicuitate dis-

Sputabo. Eymericus hoc sentit: Propositio hæretica est, quando repugnat articulis fidei: aut Ecclesie diffinitionibus, aut litteris sacris: non tamen negat, quin & alijs quibusdam modis propositiones hæreticæ esse possint, q nominatim a nobis sunt hic adiungendi, nequid imperfectum in opere tam illustri relictum esse videatur.

Joannes Turcremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. ca. 10. septem in primis modos numerat, quibus propositio dicatur, aut fiat hæretica, quos colligit ex septem modis catholicarum veritatum eodè loco cap. 9. a se prius positarum: eosdem retulit, nec verbis quidem mutatis, Vmbertus Locatus in opere iudiciali Inquisit. verbo, credibilia. nu. 8. & sequen. Arnaldus Albertinus tracta. de agnosc. assertio. q. 5. sunt autem sequentes.

Primus earum, quæ in libris sacris habentur expressè secundus erum, quæ ex sacris litteris necessariã consequentia deducuntur.

Tertius earum, quæ verbatenus Christus Apostolis, & Apostoli Ecclesie tradiderunt.

Quar-

Quot modis propositio dicatur hæretica utilis disputatio.

Catholicarum veritatum gradus.

Quartus earum, quæ in concilijs vniuersalibus definitæ sunt.

Quintus earum, quæ a sede Apostolica sunt fidelibus ad credendum propositæ.

Sextus earum, quæ de fide & refutatione hæresum sancti Patres vna mente, vnoque consensu docuerunt.

Septimus denique illarum, quæ ex tertio, quarto, quinto, & sexto generibus consecutione firma et necessariâ deriuantur. Quibus catholicis veritatibus demonstratis, facile est hæreticas propositiones docere; illæ enim hæreticæ censentur, quæ his catholicis dogmatibus repugnant.

Catholicæ veritates & hæreticæ contra ræ octo regulis explicata

Hæc quidem vera sunt, & summo iudicio constituta; ceterum in hac re placuit nobis sententia Melchioris (Cano. lib. 12. cap. 7. de locis Theologicis, qui ordinatus & apertius videtur hæc tradidisse, a quo (brevitati studentes) ea mutuabimur, quæ huic instituto sunt necessaria, octo regulis comprehendentes omne genus catholicarum veritatum, ut inde hæretica dogmata intelligantur.

1. Regula

Catholica veritas est, quæ in sacris literis continetur.

Sit ergo prima regula: Catholicæ veritates illæ habendæ sunt, quæ in scriptura sacra veteris, aut noui testamenti continentur; ipse enim apertus scripturæ sensus certum præsefert catholicæ veritatis indicium; Deum initio creasse cælum & terram, in hominem inspirasse animam viuentem; Filium Dei incarnatum fuisse, & cetera huiusmodi infinita, catholica sunt veritates; & qui sciens hæc in diuinis scripturis contineri, quorum non facile præsumitur ignorantia) ea negaret, manifeste deprehenderetur hæreticus, atque hæc quidem apertissima sunt, cum scripturæ locus apertus est & clarus: sed cum sensus est obscurus, res difficilior est. hoc tamen ita est definiendum: cum scripturæ sensus obscurus fuerit, tunc Ecclesiæ intelligentia eadē est & germana & vera sacre scripturæ intelligentia; eaque certum erit catholicæ veritatis indicium: Ecclesiæ enim iudicium certum habet discernendi verba Dei a verbis hominum, docēdique germanum sacre scripturæ sensum; Christus enim cū Luc. c. 24. Apostolis aperui sensum ut intelligerent scripturas, non id propter illos tantum, sed multo etiam magis propter Ecclesiam suam fecit. Jam Ecclesiæ firmamentum est veritatis, veritas autem verè & propriè in scripturæ intelligentia est: habebit ergo firmam & certam veritatum cognitionem, quæ in sacris literis continetur. Ergo Adam fuisse formatum de limbo terræ, & Euam illius uxorem de costa Adæ, & Euam a serpente fuisse deceptam, verè & propriè secundū historiam accipiendæ sunt: quia Ecclesiæ catholica ita semper intellexit: vnde Origenius, qui hæc omnia allegoricis & figuratis interpretationibus peruertunt, merito in sexta synodo, actione vndecima damnati sunt. Huc plurima pertinentia omittit, quæ eleganter traduntur a Melchiore Cano. lib. 7. de locis theolo. c. 3. conclus. 5. Atque ad hanc primam regulam pertinet, quod Eymericus ait in hac q. nu. 4. ibi: Vel quia est contra scripturam, &c.

2. Regula

Sit secunda regula: Quid Doctores & Pastores Ecclesiæ in Concilio legitime congregati fidelè populum docent, quo ad Christi fidem attinet, id plane verissimum, & pro catholica veritate accipien-

A. Hanc regulam probat latissime Melchior Cano. lib. 4. c. 4. de locis Theolo. conclus. 4. & lib. 5. c. 4. cl. 3. Concilium enim generale, ad quod conflant Doctores & Pastores Ecclesiæ, auctoritate Romanæ Pontificis confirmatum, certâ fidem facit catholicorum dogmatibus, exemplum multa occurrunt passim, nos pauca quædam afferemus. Concilium Lateranense, Patrem & Filium in diuinis verè & propriè quædam summe, vnam, eandemque esse intellexit, ex illo Joannis c. 14. Ego & pater unum sumus, itaq; in hoc Albas Joachim damnatus est, quoniam locum aliter interpretabatur, et refertur in c. damnatus. de sim. 7. r. & si de catho. Et concilium Vniuersale de fide definit, ac docuit, Christo iam mortuo fuisse lancea latus apertum, & refertur in cap. fidei. clem. de sim. trini. & ob id qui contrarium asseruerunt, velut hæretici damnati sunt; ut de quodam Petro Joanne manifestum est ex Eymeri. p. 2. q. 9. nu. 2. Hæc ergo, & alia huius generis prope infinita, quæ in scripturis observari contulerunt Ecclesiæ per Doctores suos & Pastores explicata, & auctoritate Patrum munita fidelibus ad credendum proponuntur, firmæ, certæ, & stabilia sunt, & perinde rata esse debent, ac si patenter in scripturis sacris continerentur. Et ad hanc secundam regulam spectat id quod tradit Eymericus in præfati q. nu. 3. ibi: Vel quia est contra Ecclesiæ generalis, &c.

C. Sit tertia regula: si sedes Apostolica summus Romanus Pontifex & maturo consilio, qui ipsam definiat tanquam ad fidem spectans, id catholica veritas censendum est; Romanus enim Pontifex clare habet Petri, & verus eius est successor; pro quo orauit Christus ne fides deficeret, ut fratres suos, hoc est fideles, quandoquæ in fide vacillantes & mutantes confirmaret. Erat ergo eius iudicium certissimum, stabile, & infallibile; quod egregie docet, qui de summi Romani Pontificis auctoritate aduersus nostri temporis hæreticorum monstra tractatus scripserunt, & inter alios Io. Turrecremata in sum. de Ecclo. lib. 2. cap. 109. & sequenti. Res fiet uno exemplo illustris: Animas iustorum simulatque è corporibus migrauerunt, diuinam essentiam clare videt, si nihil tamen habeat quod penis purgatorii expiandum sit, diffiniuit Benedictus xii. in extraneis accipien. Benedictus Deus, quam affert Eymericus supra in hac 2. parte. Contrarium igitur asserere impium erit & hæreticum, ut optime docet idem Eymericus in 3. p. q. 8. In ceteris idem est iudicium. Quibus autem rationibus Apostolicæ sedis summus Pontifex firma iudicia internotat, quæ veluti dogmata fidei habenda sint, copiose docet Melchior Cano. lib. de locis Theologicis. & dicam aliquid infra, super q. 17. huius 2. partis, quæ nunc non sunt inuoluntate forte referenda.

E. Sit quarta regula: Consentiens eadem Sanctorum omnium sententiæ, aut scripturarum interpretatio, si bene intelligentia in docendo aliquid ad rectam fidem spectare, pro catholica veritate accipiendæ obseruanda; est & contraria sententiæ hæreticæ est putanda. Sane hæc sententiæ apud catholicos facile poterit persuaderi, apud hæreticos autem, qui nihil recipiunt, quod ipsos vel ex longinquo oppugnet, non ita hoc admittunt; sed parum hoc refert: nam diuini hoc non admittunt.

admittunt, & heretici indicantur, & cōburuntur; nec nos cū ipsi modo agimus, sed veras regulas tradimus quibus fidei iudices heretica dogmata cognoscant. ergo ad rem aggredientes, etiam vesutiissimi Patres scripturarum intelligentias, non ex cuiuslibet sensu, sed ex sanctorum Patrum sententijs accipendas voluerunt: e multis unum, aut alterum in teste adducam, nā omnia persequi in mēse esset operis. Dionysius lib. 1. c. 1. de caelesti Hierarchia, ita scribit: Ad sanctissimarum scripturarum intelligentias, prout illa a Patribus accepimus, contuendas pro viribus pergamus & Dionysio antiquior Clemens Papa 1. epistola. 5. ad discipulos, & refertur in ca. relatu 37. dist. de hac re proculdubio edisserens ait: Relatum est etiam nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes, aduersantur sanis doctrinis & prout eis videtur non secundum traditiones Patrum, sed iuxta sensum suum docere videntur: Multas enim quidam (vt audiuius) vestrarum patrium, secundum ingenium hominum, ex his quae legunt, verisimilitudines capiunt: Et ideo diligenter obseruandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. haftenus Clemens de hac re. His consentit Epiphanius heresi. 61. Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromat. Ambrosius lib. 3. c. 7. de fide ad Gratianum. & B. Hieronymus in epistola ad Euagarium, idem in Daniele c. 12. & in epistola illa celebri ad Paulinum. & Augustinus in lib. de utilitate credendi ad Honoratum, c. 7. & alibi saepe. & copiose Gregorius lib. 28. moralium. cap. 6. exponens de sanctis Doctoribus illud: Super quo bases illius solidatae sunt.

Quod si rationem queras, cur communibus Sanctorum expositionibus et sententijs standū sit, eam pulchre docet Beatus Hieronymus super epistolam ad Galatas, c. 1. dicens: Ecclesiam Dei, quae a posteriori Apostolorum fide audiuit, non accepisse hominum Evangelium, sed Dei. Doctores enim Ecclesiae non tam ipsi docent, quam in ipsis Deus, qui ad sanctos loquitur. Verba sunt Sancti Hieronymi super illis verbis. Notum enim vobis facio Evangelium, &c. ita habent: Queritur utrum totius orbis Ecclesiae Dei acceperint Evangelium, an hominis: Quotus enim quisque nostrum per reuelationem Christi didicit: & non homine praedicante cognouit: Ad quod respondebimus: Eos qui possint dicere: An experimentum quaeritis, qui in me loquitur Christus? & : Viuo autem iam non ego, vivit autem in me Christus, non tam ipsos doceo, quam in ipsis Deum, qui ad Sanctos loquitur, &c. haec Hieronymus.

Ergo vt iam tadem concludamus, Origeniani ob id sunt in sexta generali synodo damnati, quoniam scripturarum expositiones contra maiorum traditiones inuexerint. At enim Sophronius de Origenianis loquens: Multa alia extra Apostolicam atque paternam traditionem asseruerunt, paradisi plantationem proicientes, in carne Adam formatum fuisse nolentes, ex eo Euam formatam fuisse vituperantes, serpentis sonitum refutantes, haec ille. Fuit autem haec Sophronij epistola confirmata actione 13. eiusdem sextae generalis synodi.

A Iam sexta synodus Constantinopolitana in Trullo habita, cano. 19. ita habet: Quod oportet eos, qui praesunt Ecclesijs, in omnibus quidem diebus, sed praecipue dominicis, omnem clerum & populum docere pietatis & rectae religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias, & iudicia veritatis, & non transgredientes iam positos terminos, vel diuinorum Patrum traditionem: Sed etsi ad scripturam pertinens cōtrouersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam quomodo Ecclesiae luminaria, & doctores suis scriptis exposuerunt, & maiorem ex his laudem assequantur, quam si quae a se dicuntur, cōponant: nedum quandoque ad id haesitant, ab eo quod conuenit, excidant. Per praedictorum. n. Patrum doctrinam, populi ad eorum, quae sunt bona & expetenda, & inutilia ac reiicienda, cognitionem venientes, vitam in melius cōponunt, nec ignorantiae uitio conuincuntur, sed doctrinae mentē adhibentes, se ipsos, ad id ne mali quid eis accidat, excitant, & imminenti suppliciorum metu sibi salutem procurant. haftenus ibi.

Eadem haec synodus actione 17. secundum sanctorum Patrum doctrinam, duas naturales operationes in Christo, & duas naturales voluntates non cōtrarias, declarauit, definiuit, & praedicauit.

C Ad haec Clemens 7. in concilio Viniensi, & habetur in clem. 1. de sum. Trini. & fide catho. definiturus illa verba Ioā. 19. Ad Iesum autem cū venissent, vt viderunt eum iam mortuum, vere de Christo mortuo esse accipienda ait: Nos ad sanctorum Patrum et doctorum communem sententiam Apostolicae considerationis aciem conuertentes, sacro approbante concilio, declaramus, &c. Huc spectat quae sancit Leo decimus in Concilio Lateranensi, sessio. 11. in decreto incipiente. Supernae maiestatis. & Concilium Tridentinum, sessio. 4. dū iubet in haec verba: Decernit, ut nemo suae prudentiae innixus in rebus fide & morum, ad adfectionem doctrinae Christianae pertinentium, sacrae scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu scripturarum sanctarum, aut etiam contra vnanimum consensum Patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat. haec ibi.

Ex his ergo consequitur communem Patrum sententiam velut catholicam veritatem esse amplectendam; contrariam vero velut hereticam damnandam. exempla manifesta sunt ex his, quae diximus ex Sophronio contra Origenianos, item ex Concilio viniensi.

E Qui sint autem hi Doctores, quorum doctrinam vocamus approbatam, docuit Gelasius Papa, & habetur in c. sancta Romana 15. dist. alij praeterea numerantur in c. gloriosus. de reliq. & venerat. sanct. lib. 6. vbi referuntur Gregorius, Augustinus, Ambrosius, & Hieronymus. alios habes apud beatum Thomam lib. 4. contra gentiles, capi. 24. de quorum etiam Doctorum auctoritate videto Innocentium in c. ne imitatis. de constitutio.

Sit quinta regula: Si ex Apostolorum traditione communis Ecclesiae vsus aliquam scripturae interpretationem

Qui sit Doctores Ecclesiae.
1. Regula. Traditio Apostolica, catholica, auctoritatem facit

rationem accepit, aut aliud quid circa sacramentorum ritus, aut res alias ecclesiasticas ad cultum diuini spectantes desumpserit; id pro catholica veritate sumendum est, atque ita custodiendum ac si in ipsis sacris litteris esset expressum: quoniam Apostolica traditiones inconcussam inuiolabilemque habent auctoritatem, ut dixi supra p. 1. Super. c. cum Marthg.

6. Regula.

De antiquitate & origine traditionum. Apostolicarum grauius differit more suo Melchior Canus lib. 1. c. 3. de locis theologis, ea nos qui catholicis scribimus, libenter omittimus, summam in tradentes quae ad praesens institutum attingunt. Sciendum ergo est non omnia, quae ad doctrinam Christianam pertinent, neque ab initio nascentis Ecclesiae, neque nunc esse literarum sacrarum mandata monumentis; nam perpetuam Beatæ Mariæ virginitatem, & parvulorum baptismum, & sexcenta alia huiusmodi, quae longum esset commemorare non habemus expressa in sacris litteris: ceterum ita certa fide recipiuntur à catholicis, ut conuentionum dogmatum auctores catholica Ecclesia haereticos iudicauerit.

7. Regula.

Sit sexta regula: Quodcumque fidei dogma, quod vel Ecclesia habuerit, vel concilium auctoritate Patrum roboratum ediderit, vel etiam summus Pontifex Romanus fidelibus praescripserit, perinde nobis id pro catholica veritate habendum est, ut contraria sententia haeretica censetur hac regula apertissima est ex superioribus: cum enim Ecclesia in his errare non possit, nec concilium auctoritate Patrum confirmatum, nec summus Romanus Pontifex iudicialiter definiens plane consequitur id esse haeticum, quod hinc reperitur contrarium: exempla ad illustrandam hanc regulam satis abunde sunt in superioribus tradita.

Sit septima regula: Si Ecclesia Concilium, aut sedes Apostolica vel etiam sancti Patres, vna uoce & consensu aliquam theologiae conclusionem fecerint, & fidelibus praescripserint; hac veritas catholica putanda est, & qui ei aduersabitur, haeticus censendus est. Voco autem theologiae conclusionem eam, quae principijs huius facultatis theologiae certa & firma consecutione deducitur. sit exemplum: sexta generalis synodus actione 4. & actio 17. duas in Christo voluntates statuit item operationes duas, diuinam vnam, humanam alteram, tum ex illo Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu uis, tum ex eo quod Christus Deus est, & homo perfectus. Eodem quoque modo concilium Lugdunense sub Gregorio decimo, & refertur in c. fidei. de sum. Trinit. & fide catho. lib. 6. theologica ratione demonstrauit, Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, non tamquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno, nec duabus spirationibus, sed vna tantum. Pari ratione Innocentius tertius in concilio Lateranensi c. 1. & refertur in cap. firmiter. extra de sum. Trinit. & fide catho. syllogismo theologico conclusit aduersum Abbatem Ioachim, essentiam diuinam nec genitam esse, nec generare. Ergo quidquid ratione theologica ex principijs theologiae bona consecutione collectum fuerit, eo modo quo dictum est, id pro catholica ueritate habendum est, & contrarium haeticum putandum est.

Regula.

Sit iam tandem octaua & vltima regula: quam Melchior Canus praecitato lib. 12. ca. 7. nimis forte

A seuam posuit, dicens: Si scolastici theologi aliqui itidem conclusionem firmam, & stabilem vno ore omnes statuerint, atque ut certum theologiae decretum fidelibus amplectendum constiterit & perpetuo docuerint, illam ut catholicam veritatem fideles sane amplectantur. haec enim ille. exemplum est: Christi animam quam primum fuit creata & corpori infusa, Deum aperte vidisse docem scolasticos Doctores vno assensu; unde autem hoc sibi persuaserint, non est facile docere: contrarium ergo asserere haeticum putandum est. Haec est doctrina vniuersalis, quam penitus approbare non audeo: neque enim satis aperte video, unde theologi scolastici tantam habeant auctoritatem, ut communis eorum sententia ita statuatur catholicas veritates, ut contrariae assertiones haereses sint censenda: nisi dicamus hanc concordem eorum & penitus consentientem sententiam in Spiritum sanctum esse referendam, qui concordiam eorum interius ad ita vniuersim sentienda moueat, quod forte nemini catholico videbitur absurdum.

Dicit hic forte quispiam, cur cum Emerico non adduxerim aliam regulam, quae videlicet catholice veritates dicuntur illae, quae in articulis fidei continentur, quibus contrariae assertiones sunt haereses manifestae, cum auctor in hac quaestione id recensit, at in primo loco quasi praecipuum, sibi. Vel quia est contra aliquem fidei articulum? Sed is intelligat, nos regulas in his praescripsisse, quae magis difficilia sunt: nam in claris, & apertis nullum nostrum praecceptum est. Quis enim catholicus non videt apertissime, ipsos fidei articulos, qui sunt prima principia, & Christianae religionis fundamenta, manifestissime praese ferre catholicae veritatis iudicia, & contrarias falsitates apertissimas haereses esse.

QVÆSTIO. III.

D Error & haeresis sint ne idem in iure.

SVMMARIVM.

- 1 Error latius patet, quam haeresis.
- 2 Error in fide, & haeresis pro eodem in iure sumuntur.



Etiam quaestio est: Haeresis & error in iure si idem sunt. Ad hanc respondendum, quod licet error sit in plus, quam haeresis, & haeresis in minus: quia omnis haeresis est error, & non omnis error est haeresis: licet omnis haeticus est errans, & non omnis errans est haeticus.

2 Tamen error ad ea quae sunt fidei contra dictum, & determinatum: ut pote error in fide, & haeresis sumuntur pro eodem in iure, ut patet de sum. Trinit. & fide catho. in 6. c. fidei. & eod. tit. in clem. c. fidei. vbi errores sumuntur pro haeresibus. Et et tit. de haere. in clem. c. Ad nostrum. vbi improbatur nouem errores, qui haereses clare sunt. Et in extrauag. domini Ioan. xii. quae incipit, Vas electionis. vbi reprobat tres errores, qui sunt graues haereses, & manifestae. Et praeterim hoc patet eod. tit.

tit. de heret. cap. Ad abolendam. §. presenti. vbi dicitur sic:

Presenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifeste fuerint in heresi deprehensivi, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prerogativa nude tur: & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio Potestatis, animadversione debita puniendus; nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicę unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitriū Episcopi regionis publicè consenserit abiurare, & satisfactionem congruā exhibere. Laicus autē nisi (prout dictum est) Abiurata heresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem cōfugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur; debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem: & intra illos quoque qui post abiurationem erroris, vel postquā se, ut diximus, proprii antistitis examinatione purgauerint, deprehensivi fuerint in abiurata heresim recidisse; seculari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos.

Ex his verbis patet, quod idem prius uocatur heresis, post error, & econuerso.

COMMENT. XXVIII.

Duæ sunt assertiones. Prima est: Error latius patet quā heresis. Secūda: Error contractus ad materiam fidei, idem est cum heresi.

a Ad hanc respondemus, quod licet error sit in plus quā heresis, &c. Et ratio est, quoniam error est genus, sub quo omnes falsorū dogmatū species continentur, quib. cum desunt illa conditiones, quę ad heresim cōstituendā exiguntur, errores sunt at hereses non sunt. multę enim sunt falsę propositiones: quę hereses dici non debent, cum nullo modo fidei p̄tinet ita non omnis falsitas aut error, si dē oppositionibus assentiri possimus cū errore, sine peccato tamen; at heresi sine grauissimo crimine nullus vnquā sciens assentiri potest, ad quod extat insignis diuisi Augustini locus in Enchiridio ad Laurēcium, c. 11. in hęc verba: In quibusdam autem reb. nihil interest ad capeendum Dei regnū vtrum credatur, an non: uel vtrum vera siue sint siue putentur an falsa: in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum: aut illi est minimū esse atque leuissimum. Postremo qualecūque illud, & quantum eunque fit ad illam viam nō pertinet, qua imus ad Deum, quā via fides est Christi: quā per dilectionem operatur. neque enim ab hac via deuiabat in geminis filiis gratus ille parentibus error: aut ab hac via deuiabat Apostolus Petrus quando se existimās nihil videre, aliud pro alio sic putabat, ut a cor-

porū imaginibus, in quib. se esse arbitrabatur, vera in quib. erat corpora non dignosceret: nisi cum ab illo angelus, per quē fuerat liberatus, abscisset. Aut ab hac via deuiabat Iacob Patriarcha quando viuētē filiū a bestia credebatur occisum In his, atque huiusmodi falsitatibus, salua fide, quā in Deo nobis est, fallimur: & via non relicta, quā ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam si peccata non sunt, tamen in malis huius uitę deputandi sunt quā ita subiecta est vanitati, vt approbentur hic falsa pro veris, respiciantur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamuis enim hęc ab ea fide absint per quā ad verā, certamque atque aternam beatitudinem tendimus; ab ea tamen miseria non absint, in qua adhuc sumus nullo modo quippe falleremur in aliquo, vel animi vel corporis sensu, si iam vera illa atq; perfectā felicitate frueremur. hęcenus Augustinus. Qui plane insignis locus lucē affert huic quęstioni, quō apertissime docemur, nō omnem falsam assertionem, aut errorem heresim esse dicendum. Idem tradunt Repertorium Inquisitorū verbo error. Alfonso Castrius lib. 1. c. 1. de iusta heret. puniō. Ioannes Roias tracta. de heret. p. 1. nu. 4. 66. & sequen. Est autē errare aliud pro alio credere, ut cōstat ex precitata sancti Augustini auctoritate, & refertur in cap. in quibus. 22. q. 2.

b Tamen error ad ea quę sunt fidei contractus, &c. quia tunc desinit esse genus & sumit naturam vnus particularis speciei, & hoc casu error, heresis sunt nomina penitus synonyma. & loca citata ab Æmerico probant elegāter hanc sententiā. eum sequitur penitus Ioan. Roias tract. de heret. par. 1. nu. 478. nec dissentit Cardinalis Turrecremata in sum. de Eccle. lib. 4. par. 2. c. 1. & 11. & Albeuinus tracta. de agnos. assertio. quęst. 1. nu. 1. & sequent.

Iam error quando omnino accipitur pro heresi, antecedentia & consequentia facile commostrabūt, vt in his locis ab auctore citatis: nam aliās error siue propositio erronea, & heresis, inter se plurimū differunt: propositionum enim in fide peccantium varij sunt gradus, heretica, de qua dictum est præsertim cōmentario superiori, erronea, sapiens heresim in fide peccantium aurium offensiuā, temeraria, scādaloſa, bonis moribus contraria, blasphemā, schismatica, seditiosa, iniuriosa, hereticis fauens, & si quę sunt similes, quarū cognitio valde est Inquisitori necessaria, et a Theologis magna ex parte petenda, quorū est propositiōnū qualitates & gradus diiudicare & expēdere, de quib. singillatim hic mihi erat agendū: quāuisquam fortassis est in hoc libro locus commodior. ceterum breuitas me hęc omittere cōpellit: interim fontes unde hęc cognitio petatur, indicabo. videto ergo Turrecrematam in sum. de Ecclesia, lib. 4. par. 2. cap. 11. Albertinum tract. de agnos. assertio. q. 6. Melchiorem Canum lib. 12. c. 11. de locis Theologicis. Alfonso Castrius l. 1. c. 3. de iusta heret. puniō. Simancam de catho. inst. tit. 54. eundem in Euehyridio uiolatā religionis, tit. 24. & alios.

Earum fit mentio in concilio Cōstantiensi, sessio. 15. tit. de sententia contra Joānem Hns, & in Bulla Martini quinti approbatoria condemnationis Ioānis

ad. 12.
Gen. 37.

Gradus varii propositionū

nis Uvicleff, & Joannis Hus, que habetur in ul-
tima sessione eius concilij, & in Bullario litterarum
Apostolicarum pro officio sanctissime Inquisitionis
que in fine huius voluminis referuntur.

An autem error, & heresis pro eodem penitus su-
mantur in formula aburationis, qua utitur sacrum
tribunal sancte Romanæ & generalis Inquisitio-
nis, declarari hoc loco poterat, nisi animadvertisset
commodiorem occasionem offerri infra parte 3. su-
per quarto vel quinto modo processum fidei termi-
nandi, ubi de dubitatione tractabitur.

Q V Æ S T I O IIII.

De erroribus Philosophorum
priscorum.

S Y M M A R I U M.

- 1. Errores plurium Philosophorum in genere.
- 2. Aristotelis errores in specie.
- 3. Errores Averrois.
- 4. Errores Anicenne.
- 5. Errores Algazelis.
- 6. Errores Rabbi Moyfis.

Quarta questio est: Hæreses, & er-
rores antiquorum Philosophorum
qui sunt? Ad hanc respondemus,
quod antiqui Philosophi, ut Plato-
nici, Stoici, Pythagorici, Epicurei,
in generali & Aristoteles, & Peripatetici, Auer-
roes, Anicenna, Algazel, Alchindus, & Rabbi
Moyfes in speciali multos errores, & hæreses cõ-
tra fidem sanctam multos posuerunt: quod pa-
tet, prosequendo ut sequitur.

- 1. Isti posuerunt, quod Deus est creator anima-
rum, sed Angeli sunt creatores corporum.
- 2. Item, quod anima defunctorum post multo-
rum annorum curricula circulariter in diuer-
sa corpora reuertuntur.
- 3. Item, quod anima cuiuslibet hominis tandiu
est in corpore, quamdiu mansura est in corpore
ex decreto nature.
- 4. Item, posuerunt, quod omne peccatum est
uniforme, & æquale: unde sic nocens est ille, qui
paleas furatus fuerit, sicut qui aurum, vel argen-
tum, & non plus neque minus: quia non res, sed
animus crimen facit.
- 5. Item, quod anima ¶ simul cum corpore mo-
ratur, atque perit.
- 6. Item, continentiam negant esse virtutem,
asserentes, quod castitas non est virtus.
- 7. Item, quod homines non sunt æterni, etiam
quod ad animam: asserunt tamen quod gloria æ-
terna est ab hominibus affectanda.
- 8. Item, posuerunt, eorum aliqui, ut Melissus,
Cicero, atque Varro mentem esse Deum luci-
dum.

† Vide Fede-
rici de Senis
conf. siue q.
152.

† Al. ita: esse
Deum in om-
nibus.

A 10. Item posuerunt, non totam animam esse
æternam, sed vnam particulam esse æternam &
maiores, aliam vero temporalem.

11. Item posuerunt, quod mundus non regitur
ulla diuina prouidentia.

12. Item quod res qualibet ex atomis, corpori-
bus minutissimis constituitur, & quando atomi
diuiduntur, res corrumpitur: & quando uniu-
ntur, generatur.

13. Item, voluptatem corporum asserunt sum-
mum bonum.

14. Item, Deum nihil agere asserunt.

15. Item, quod anima nihil aliud est, quam cor-
pus; & mortuo corpore, & anima moritur con-
sequenter.

Iste sunt hæreses, & errores
Aristotelis.

Iste ponit monum non incepisse, neque tem-
pus, sed quod fuerunt omnia ab æterno.

2. Item, quod quoddam mobile fuit ab æterno
cum motus & tempus fuerint ab æterno, & non
possint esse sine mobili: hæc patet ex viii. Phy-
sicorum.

C 3. Item, quod mundus non incepit, sed quod
fuit ab æterno, & erit in æternum.

4. Item, quod cælum non fuit genitum neque
factum, sed ingenitum & æternum: hoc patet i.
cæli & mundi.

5. Item, quod generatio & corruptio non ince-
perunt esse, neque desinent esse. hoc patet ex i.
de Generatione.

6. Item, quod sol ab æterno plantas & anima-
lia generauit, & in æternum etiam generabit.

7. Item, quod Deus non posset alium mundum
facere; quia quicquid fit ex præiacente materia
fit: iste autem mundus constat ex tota sua ma-
teria.

D 8. Item, quod nihil noui potest a Deo imme-
diatè procedere, quia nihil potest fieri sine dispo-
sitione præuia, & motu præcedente: Deus au-
tem immobilis perseuerat.

9. Item, quod resurrectio mortuorum est impo-
ssibilis: quia mortuum non potest redire viuum,
nec etiam per multa media: & si redit, non re-
dit idem numero. hoc patet ex i. de Anima, &
viii. Metaphy.

10. Item, quod vbi modo est mare, aliquando
fuit sic cum; & econuerso, propter motus tempo-
ris æternitatem. hoc patet ex i. Meteororum.

E 11. Item, quod non fuit dare primum homi-
nem neque primam pluuiam, & sic de aliis: vbi
prius.

12. Item, quod tot sunt Angeli, & non plures,
quot sunt orbis, quos dicit esse quinquaginta, vel
quadraginta. Et tamen de Angelis dixit Daniel,
quod millia millium ministrabant ei.

13. Item, quod cælum est animatum anima in-
tellectiua.

Errores Auerrois.

Iste sunt hereses, & errores Auerrois commentatoris Aristotelis.

1. Hic secutus est errores Aristotelis, & cum maiori pertinacia errores eius defensus: sed propter errores Aristotelis, negavit creationem rerum id est, quod ex nihilo aliquid fiat: & vituperat legem Christianorum, & sectam Sarracenorum in hoc, quod ponunt rerum creationem, & hoc patet ex xi. & xij. Metaph.
2. Item vituperat nos Christianos, asserens nos esse garrulatores, & sine ratione nos mouentes: hæc patet circa principium tertij Physicorum.
3. Item negat, aliquid posse habere esse post omnino non esse & vituperat Christianos hoc credentes. hoc patet viii. Metaph.
4. Item dicit, quod potentia in productione aliquid cuius rei non potest esse solum in agente.
5. Item ponit, quod a nullo agente possunt progredi contraria diuersa, hoc patet xii. Metaphysic.
6. Item ponit & asserit, quod Deo non est cura de indiuiduis, nec habet providentiam hic inferiorum existentium: quia, ut dicit, hoc non est conueniens diuinæ bonitati. hæc patet xij. Metaphysicæ.
7. Item negat in diuinis personarum Trinitatem: quia imaginatur, quod si Deus esset trinus, & vnus, esset quoddam compositum, & vnus unitate congregationis. hæc patet xii. Metaphysic.
8. Item negavit, quod omnia: quæ hic aguntur in diuinam providentiam reducuntur. hæc patet ex xij. Metaphysicæ.
9. Item posuit, vnum intellectum numero in omnibus hominibus. hoc patet ex tertio, de Anima. Ex hoc enim inferri posset, quod anima iudæ damnata, sit anima Petri saluata: quod est hæreticum.
10. Item asserit, quod ex anima intellectiua, & corpore non constituitur tertium, nisi sicut ex motore cæli, & cælo, quod mouetur.

Errores Auicennæ.

1. Hic negavit motum, & tempus incepisse, sequens Aristotelem. hæc patet ex xi. Metaphysicæ.
2. Item ponit, quod in omni factione noua præsupponitur materia, negando creationem, ut Aristoteles.
3. Item asserit, quod a Deo inuariabili nullum variabile immediate potest progredi: immo appellat omnes hereticos dicentes Deum præcedere creaturam prioritate durationis: quia sic asserentes, ut dicit, negant de Deo libertatem arbitrij: Quia si creaturam nõ produxit, tãdiu, quam diu ipse fuit, non habebat plenam libertatem suæ actionis: quia expectabat tempora, & horas, ut ageret.
4. Item ponit, quod cælum est quoddam animal obediens Deo: & quod motus cæli, quem ponit æternum, ab eius anima causatur.

A 5. Item dicit, non solum producta a primo ente processisse ab æterno, sed voluit etiam quod a primo non processit immediate nisi vnum numero, ut intelligetia prima; ut patet ix. Metaph.

6 Item asserit, animas cælestes produci ab intelligentijs, siue ab Angelis, & vnã intelligentiã produci ab alia.

7 Item asserit, corpora cælestia esse producta ab animabus corporum cælestium, sic quod ponit, quod intelligentiæ sunt creatores corporum cælestium, & superiorem intelligentiam fore dicunt creatorem inferioris.

8 Item ponit, animas nostras esse productas ab vltima intelligentia, a qua etiam secundum eum dependet gubernatio animarum nostrarum, & nostra beatitudo. hæc omnia patet ix. Metaph.

9 Item ponit, quod ex anima cæli, & cælo fiat vnum, sicut ex anima, & corpore nostro.

10 Item ponit, omnes formas esse a datore formarum, scilicet ab intelligentia infima. hoc patet ix. Metaphysicæ.

11 Item asserit, quod anima per imaginationem operatur in corpore alieno, sicut in proprio: ex quo ponit fascinationem esse veram. hæc patet suo vi. de naturalibus.

12 Item asserit, quod in intelligentis nihil mali potuerit esse, quod est contra illud Iob, quod Deus in Angelis reperit prauitatem.

13 Item ponit quod sanctitas, bonitas, & aliæ Dei perfectiones non dicunt in Deo aliquid positum, sed tantum per remotionem: quod est contra fidem: quæ habet quod tales perfectiones verius, & perfectius sūt in Deo, quam in creaturis.

14 Item, quod Deus non cognoscit singularia in propria forma. hoc patet ex viii. Metaph. suæ.

15 Item ponit tot esse intelligentias seu Angelos quot orbes, & in hoc concordat cum Aristotele. iste error apparet ex ix. suæ Metaphysicæ.

16 Item, quod propheta est naturalis, quia ab vltima intelligentia (ut dicit) deriuatur in animabus hominum propheta.

17 Item ponit, quod orationes, eleemosynæ, litanias, & similia, comprehenduntur sub ordine naturæ: quod est falsum: quia cum ordinentur ad beatitudinem supernaturalem, reducuntur, & sunt in ordine gratiæ supernaturalis.

Iste sunt hereses, & errores Algazelis Philosophi.

1. Hic posuit motum, & tempus, & mundum ab æterno, & nunquam incepisse.
2. Item quod corpora cælestia habent animam, & quod non habuerunt principium sui esse, sed fuerunt ab æterno.
3. Item, quod a primo principio non potest progredi immediate multitudo, sed tantum progreditur vnum ab eo immediate, scilicet prima intelligentia, seu primus Angelus.
4. Item, quod a primo Angelo processit secundus Angelus, & a primo cælo secundum cælum & sic deinceps donec perueniatur ad vltimum Angelum, & vltimum cælum.

† Ex Aegidio Romano vi. dicitur hic. Iohannes ita legendus: quod a primo Angelo processit secundus Angelus, & a primo Angelo primum cælum & a faciendo Angelo secundum cælum, & sic deinceps.

5. Item

5 Item quòd tantum sunt decem intelligentia: A
sive Angeli.

6 Item, quòd vltima intelligentia, sive Angelus
præest omnibus inferioribus rebus.

7 Item quòd Deus nihil agit nisi dispositione
prævia materia, nec agere potest, negans totaliter
creationem.

8 Item quòd Deus non permittit mala fieri, ut
eliciat bona: sed quòd mala in mûdo proueniunt
ex necessitate materia: †

† al. natura. 9 Item quòd Deus ignorat particularia in pro-
pria forma, sed scit ea quasi uniuersaliter.

† al. datore. 10 Item quòd anima hominis procedit a dona-
tore † formarum, sicut & alia forma: qui dator
est vltima intelligentia, sive Angelus.

11 Item, quòd tota nostra perfectio, & scientia
prouenit ab vltima intelligentia prædicta, sive de
cima.

12 Item dicit, quòd beatitudo nostra consistit
in cognitione prædictæ vltimæ intelligentiæ: quâ
cognitionem asserit esse naturalem, & haberi na-
turaliter.

13 Item quòd pœna animæ nostræ separatæ
est separatio à prima intelligentia.

14 Item quòd anima separata non patitur pœ-
nam sensus: sed damni: quæ est separatio ab vlti-
ma intelligentia.

15 Item quòd anima coniuncta corpori non
dolet, nec sentit dolorem, nisi quia separatur ab
vltima intelligentia propter occupationem; quâ
gerit circa corpus.

16 Item quòd propheta in nobis est cognitio
futurorum, quæ naturaliter inest nobis.

17 Item quòd anima nostra per imaginatio-
nem potest operari in corpore alieno.

† Examina-
tio nem. 18 Item quòd impressio animæ transit in cor-
pus aliud, ita quòd potest ipsum destruere, & in-
terficere per excitationem † suam, atque fasci-
nationem.

Errores Alchindi.

1 Item ponit, ex conditione cælestium corporum
futura pendere in tantum, vt dicat, quòd si
quis totam conditionem cælestis harmoniæ habe-
ret, plenè cognosceret tã præterita, quàm futura.

2 Item, quòd omnia eueniunt de necessitate, al-
serens homines ignorantes, qui sperant, deside-
rant & timent futura.

† Apud Ae-
gidium itaq;
preces susce-
ptæ Deo ex spiri-
tuali bus crea-
turis, prosunt
ad consequen-
dum, &c.

3 Item asserit, quòd preces † susce-
ptæ Deo sunt ad
consequendum bonum, & fugiendum malum:
& hoc naturaliter, nò quòd propter tales preces
Deus bona nobis tribuat, sed ab ipsis uerbis, &
ab ipso desiderio dum precamur Deum, deriuat
tur quidè radij, qui naturaliter in nobis efficiunt
quod optamur. Et ista potuit esse opinio Auicen-
næ, qui orationes, & litanias posuit sub ordine
naturæ.

† Feder. de S-
ni; conf. 152
& Albertinus
trac. de agno-
alier. q. 16.

4 Item quòd motus voluntatis † subsunt corpo-
ribus cælestibus.

5 Item quòd attributa diuina Deo cõperit abu-
sive: asserens incontinenter dici Deum creatore
primum principium, dominum dominorum; sic

quòd perfectiones in diuinis nihil dicunt positi-
uè, sed tantum per remotionem.

6 Item, quòd characteres habent actionem na-
turalem citra ea, ad quæ ordinantur.

7 Item ponit, quòd sacrificia oblata Deo, seu spi-
ritibus nihil profunt, vt per ea aliquid consequa-
mur: sed naturaliter habent effectum, propter
quem sunt.

8 Item negat, quòd Deus per preces, & sacrifi-
cia placetur.

9 Item ponit, quòd corpora cælestia, & disposi-
tiones eorum, in quibus incipimus aliquid opera-
ri, dirigunt operationes nostras a principio vsque
ad finem per tantum, & per totum: ita quòd ista
constellatio solum, in qua & sub qua opus incipi-
tur, quantumcunque opus sit voluntarium, domi-
natur a principio vsque ad finem.

10 Item asserit, aliqua sacrificia naturaliter tale
habere potestatem, quòd si secundum illa aliud
opus incipiatur, tale sacrificium dominatur di-
cò operi a principio vsque ad finem.

11 Item ponit, q. coniuurationes, & obsecratio-
nes naturaliter possunt dominari in affectibus no-
stris: ita q. si, secundum eum, aliquod opus etiam
voluntarium inchoetur, dirigetur istud opus per
prædictos characteres a principio vsq; ad finem.

Hereses, & errores Rabbi Moysis.

1 Item, quamuis posuerit mundum incipisse in
libro de expositione legis, reprobando Aristo-
telem:

1 Negauit tamen in diuinis esse Trinitatem, &
quamcunque multitudinem re, vel ratione: &
vituperans deridet Christianos, qui credunt di-
uinis personarum trinitatem.

2 Item asseruit, attributa in diuinis, vt sapienti-
am, bonitatem, & similia non esse in Deo verè & rea-
liter, sed tantum æquiuocè, & vocaliter, allegans
pro se illud Propheta dicentis: Cui me similem
fecisti: Dicit namq; quòd cum dicitur, Deus sa-
piens, bonus, & similia, intelligitur per causalita-
tem: quia scilicet, Deus dicitur bonus, quia cau-
sat bonitatem, & potens, quia causat potentiam,
& sic de alijs.

3 Item asserit, verbū in diuinis, & spiritum Dei
dici solum essentialiter, & nò personaliter: vnde
exponens illud psalmi: Verbo Domini cæli firmati
sunt, & spiritus oris eius, & cæc. Dicit, ibi ver-
bum, & spiritum sumi pro diuina voluntate, vel
eius essentia, qua cæli facti sunt: cum tamen illa
sumantur personaliter: & in hoc concordat cum
illis hæreticis, qui vocantur Alogij, id est, hæretici
sine verbo, ab a, quod est, sine: & logos, quod est
sermo, vel verbum. hi Deum Verbum esse negant,
& non credunt respicientes Euangelium Ioan-
nis, in quo ostenditur Verbum sumi personali-
ter in diuinis.

4 Item ponit corpora cælestia esse animata, &
animalia rationabilia, adducens pro se illud psal-
mi. Cæli enarrant gloriam Dei, & illud Iob. Cum
me laudarent astra matutina, & c.

5 Item asserit, q. licet mundus inciperet, nun-
quam tamen finietur; nec innouabitur.

6 Item,

6 Item asserit, quod homo sufficienter potest se disponere ad gratiam prophetia: & quod Deus non eligit in prophetando quemlibet hominem singulariter, sed illū, qui se disponit ad talia per sua naturalia; vnde visus est velle, diuinam gratiam dependere ex operibus nostris.

7 Itē dixit, Deo aliqua esse possibilia, & aliqua impossibilia: inter quæ impossibilia asserit, accidens esse, vel posse sine subiecto esse: & illos, qui dicunt hoc deum posse, appellat ignorantēs viā disciplinæ, & scientiarum.

8 Item errauit, quia asserit Deū nō habere prouidentiam aliquorum, quantum ad speciem, vel quantum ad singularia, vnde casum foliorū de arboribus, & alia quæ contingunt circa particularia, talia noluit subesse diuinæ prouidentia, sed existimauit omnia talia contingere per accidēs.

9 Item ponit, quod licet voluntas a Deo immutari possit, nunquam tamen de facto immutatur; quod est erroneum, quia tunc esset frustra admonitio Prophetarum.

10 Item asserit, hominē per seipsum absq; Dei auxilio omnia peccata posse vitare & omnes monitiones Prophetarum perfecte adimplere.

11 Item ponit simplicem fornicationem nullo modo esse peccatum de iure naturali, sed solum dicit esse peccatū ex prohibitione legis, vnde ante legem datā dicit fuisse licitum fornicari: propter quod dicit, Iudam non peccasse cum Thamar, quia fuit ante tempus legis.

Hi dicuntur Cynici ab immunditia, & impudicitia sic dicti: nam sicut canes coeunt in manifestis, sic isti dicunt fore licitum & honestum in patulo, & in vijs, & plateis cum vxoribus coire, & de facto faciunt: vnde a canibus, quorum morem imitantur, vocabulum traxerunt.

COMMENT. XXIX.

Hereses & errores antiquorum philosophorum qui sunt.] Posset hic Eymericus reprehensione dignus putari, eo quod in opere, quo de hereticis & haeresibus differit, gentiliū philosophorum errores commemorat, qui heretici esse non possunt, cum nunquam fidem catholicam suerint professi: sed plane immerito carperetur, & eius industria atque ingenium cum in alijs, tum in hac etiā re magno opere sunt commendanda, cum non modo consummatas haereses, sed etiam principia, vnde haereses nascerentur, commemorarit, vt vitarentur. Nouerat enim ex antiquorum philosophorum dogmatibus quae ex vberimis fontibus hereticorum haereses processissent, quod luculenter docet Tertullianus in libro de praecipuis hereticorum, capi. 7. in hac verba: Ipse haereses a philosophia surbornatur; inde coeques & formae nefecto q̄s & trinitas hominis apud Valentinum: Platonius enim fuerat. Inde Martionis Deus melior de tranquillitate, à Stoicis venerat. Et ut anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur, & vt carnis restitutio negetur de vna omnium philosophorum scola sumitur. Et vbi materia Deo aequat; Zenonis disciplina est. Et vbi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus

A interuenit. Eadem materia apud haereticos, & philosophos volutantur: idem retractatus implentur. haecenus Tertullianus. Quod ipsum fufius etiam prosequitur eodem capite, quā ob breuitatem omittimus. Rursus: idem Tertullianus scribens aduersus Hermogenē, philosophos vocat Patriarchas hereticorum: idem repetit B. Hieronimus initio libri contra Pelagianos ad Cresiphontē: q̄ & nos verum esse copiose ostendimus in singulis ferē heresibus, in libris de panis hereticorum: docet itē Alfonso Casirus lib. 3. c. 8. de iusta haeret. punitio. & Conradus Brunus, lib. 1. de haereticis, c. 5. Haec ergo sapienter intuitus Eymericus, optimo consilio falsa praecipuorum philosophorum, & magis nota dogmata in hoc opere recitauit, vt ostenderet quantum gentiliū philosophorum incautē lecta doctrina nocere posset. Et propterea in Concilio Lateranēsi sub Leone X. sess. 8. in Bulla incipien. Apostolici regiminis, relata inter litteras Apostolicas in fine huius operis, diuinitus cautū est, ut qui philosophiam profiterentur in vniuersitatibus, philosophorum dogmata catholicae fidei aduersa auditoribus diluant, et religionis Christianae veritatem ostēdere nitantur in haec verba; Insuper omnibus, & singulis philosophis in vniuersitatibus studiorum generalij, & alibi publice legentibus, districtē praecipimus mandamus, ut cum philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, si tale hoc est de animae immortalitate aut vnitatē, & mundi aeternitate, ac alia huiusmodi: teneantur eisdē veritatem religionis Christianae omni conatu manifestam facere, & persuadēdo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, praeuicibus excludere atque resolvere. haecenus ibi.

B Rursus Eymericus magnos, & insignes viros habuit, quos imitaretur in recensendis in tali opere philosophorum erroribus. Quoniam & sanctus Epiphanius consutaturus omnium hereticorum dogmata, quae in Ecclesiam Dei inuicta fuerant, primū, antiquorum philosophorum errores recensuit. Beatus item Antonius in sum. par. 4. tit. 11. antequam in c. 7. referret hereticorum haereses. c. 5. & 6. antiquorum philosophorum, & aliorum infidelium errores commemorauit.

C Illud est praeterea obseruandū, Eymericū hos philosophorum errores non videri hausisse ex proprijs fontibus, aut libris eorum auctorum, quibus tribuunt, sed vel ab alijs libris, vel ab illis, qui inuicē eos sibi retulerunt, accepisse. Mibi autem valde sit verisimile, eum in tota hac questione secutum fuisse Aegidium Romanum, a quo dicitur esse cōscriptus tractatus de praecipuis philosophorum erroribus, qui nūc impressus circumfertur, nam quae hic traduntur, cum illis maximē conueniunt.

D b Alchindus.] in Barcionensi. Alundus, in Bononiēsi. & codice Cardinalis de Gabara, Alandus, in Sabellano. Almolus, sed ex tractatu Aegidij Romani Alchindus, roposuiimus, atq; ita legendū esse iā in priori editione per coniecturā admonueramus.

E Multos errores, & haereses contra fidem sanctam nostram posuerunt. Sed non videtur hoc verum.

Profitentes philosophiam soluant argumenta philosophorum fidei pugnātia

philosophorum errores quō haereses dici possint.

rum; nam philosophi, qui nunquam sunt catholicam professi fidem, hereses aut errores hereticos aduersus eam proferre non possunt, cum heresis proprie ab homine baptizato proferatur, ut alibi scripsimus. Caterum respondemus, z ymericum non assertorem sed propositionum erronearum seu falsarum, & fidei catholice aduersantium naturam intuitum, etiam si a non Christianis sint prolatae, hereses vocauisse, quasi sentiat propositiones hereticas dici non ab assertoribus, sed a natura rei, ut etiam uoluerunt Tur recremata, & alij quos retuli supra p. 1. q. 7. §. controversiam vero illam, quam sententiam comprobatur definitio heresis ab Alfonso Castro allata lib. 1. c. 1. de iusta her. pun. videlicet: Heresis est enunciatio, siue propositio falsa, fidei catholice ita repugnans, ut cum illa simul esse non possit.

d Item quod pena anime nostre separatæ est separatio à prima intelligentia. Hæc Periodus deest in tribus codicibus, Bononiensi, Sabellano, & Cardinalis de Gambara: eam habet solus Barcinonensis impressus, & ideo non sum ausus omittere: caterum ita omnino legendum puto: est separatio ab vltima intelligentia. Quia anima ex Auerrois sententia, ut constat ex eius erroribus paulo antea ab auctore relatis, quem Algazel proculdubio sequitur Arabs Arabum, ab vltima intelligentia producit, & cū ea delectatur, a qua habet esse, vnde cum ab ea separatur, torquetur & affligitur. Ei inuadit hæc coniectura Agidius in præcitato tractatu de erroribus philosophorum, tit. De erroribus Algazelis, ubi cū in 13. errores dixisset errare Algazelem circa penam animæ, quia ponit talem penam consistere in eo solum, quod separatur ab intelligentia agente, in Epilogo errorum eiusdem Algazelis ait illum censere, quod tanta pena animæ separata est in eo, quod sentit se separata ab vltimo Angelo, a quo dependet beatitudo sua.

Sed non multum refert hæc tam diligenter perscrutari.

c Hic dicuntur Cyni. Hoc nomen in omnibus codicibus erat deprauatum; nam Barcinonensis impressus habebat Canici. Sabellanus Canicici, Directorium Cardinalis de Gambara Caninicci, & Bononiensis omnium corruptissime, Canonici: nos eam sententiam, quæ tractat auctor Cynici reposuimus, ut sit sensus. Qui dicunt simplicem fornicationem iure naturali non esse vitiam, Cynici dicuntur, fuerunt autem Cynici, ut scribit Laertius: philosophi quidam sectatores Anaxibenis, Crates, & Diogenes ille Cynicus, ita dicti, vel a Cynosarge gymnasio, vel a canina mordacitate: vel ab eo quod canum more in propatulo coire non reuerentur, de quibus Cicero li. 1. de Officijs, & Isidorus lib. 8. Etymolog. c. 6. §. Cynici.

QUESTIO V.

De erroribus ab ipso Christo damnatis.

S Y M M A R I V M.

1. Phariseorum errores primum recensentur.

A 2. Secundo Sadduceorum.

3. Terrio Herodianorum.



VINTA quæstio est: quæ sunt hereses, & errores per ipsum Christum personaliter condemnate.

Ad hæc respondemus, quod sunt tres in genere: scilicet, Phariseorum, Sadduceorum, & Herodianorum.

1. Isti posuerunt, quod traditiones hominum & ordinationes erant decretis legis diuinae, & mandatis præponenda, & præ illis obseruanda.

Item, quod melius & sanctius est temporalia sacerdotibus offerre, quam patrem & matrem egentes, & necessitatem patientes sustentare.

Item, quod lotiones, & munditiæ mantium & corporum exterius inducunt necessario lotionem a peccatis, & munditiam interius. Hos errores condemnauit Christus, Matth. xv.

Item, quod licitum erat uxorem dimittere etiam non fornicationis ratione, & libellum repudiij ei dare.

Item, quod exterior immunditia corporis, necessario inducit immunditiam mentis.

Item, quod licitum erat uxorem alterius sic dimissam, in uxorem suam accipere viro uiuente.

Item, quod licitum est sicut amicos diligere, & sic inimicos odire. Hos errores condemnauit Christus, Marci x.

Condemnauit etiam errores Sadduceorum.

2. Hi resurrectionem mortuorum esse futuram negabant. Hunc errorem Christus condemnauit, Ioan. v. & Matth. xxij.

Item animas esse spiritus non concedebant, sed solum esse corporalia affirmabant.

Item, Prophetarum dicta spernebant, nec dictis sanctorum patrum fidem dabant.

Item Herodianorum.

D 3. Hi posuerunt licitum esse uxorem alterius, & eo uiuente, sibi accipere in uxorem: & Herodes ita fecit qui uxorem fratris suis uiuentis sibi in matrimonium copulauit. Et quia Ioannes Baptistam hunc errorem arguendo Herodes condemnauit, ipsum Herodes decapitauit.

Item posuerunt, Christum non esse verum Deum nec beatam Mariæ filium, sed realiter Ioannem Baptistam ab ipso Herode decapitatum: qui post modum (ut asserunt) resurrexit, ut habetur Matth. xiiij.

E Horum trium errores, scilicet, Phariseorum, Sadduceorum, & Herodianorum Christus Marci viij. condemnauit, cum dixit Caute a fermento Phariseorum, & Sadduceorum, & Herod.

COMMENT. XXX.

a Ad hæc respondemus, quod sunt tres in genere, scilicet Phariseorum, Sadduceorum, & Herodianorum. Neque in hoc libro diligente doctrina Iudeorum in septem partes aliquando diuisa, septem hereses separare, & qui eas fouebat teste sancto Epiphanio li. 1. contra hereses heresi.

Error Auerrois de productione anime.

Locus emendatus, & qui fuerint Cynici.

heresi. 14. 15. & sequent. bi fuerūt: Sadducei, Scribas, Pharisei, Hemerobaptista, Nazare, Offenset Herodiani. horū hereses recenset etiam breuiter more suo Philastrius episcopus Brixiensis. in catalogo heresim in principio, & Isidorus lib. 8. Etimolog. 6. 4. & sanctus Antonius in sum. par. 4. tit. 11. c. 6. & alii. Eymericus hoc loco tres tantum sectas recensuit, scilicet Pbariseorum, Sadduceorū & herodiarorum; Caterum cum dixit tres esse in genere, aperte indicauit plures fuisse sectas, omnes tamen ad has tres referri possunt, vt constat ex sancto Epiphania. Christus autem Dominus in Euangelio sepe acriter hos reprehendit, eorumque doctrinam & mores reprobauit, & ideo vere ait auctor hic, istorum errores psonaliter fuisse a Jesu Christo cōdemnatos.

Singularum vero errores mores, & studia, propterea hic referre omitto, quoniam satis esse existimo indicasse lectori auctores, vnde ista petere possit, praesertim autem sanctum Epiphanium, qui ceteris est in hac re copiosior.

Quaestio VI. de Hæresibus damnatis relatis in Decreto.

- | | |
|--------------------------------------|---|
| A | F |
| 66 Acephali. | 50 Floriani. |
| 14 Adamiani. | G |
| 38 Aeriani. | 6 Gnostici. |
| 39 Aetiani, siue Eumomiani. | H |
| 68 Agnoita. | 57 Heluidiani. |
| 26 Alogi. | 30 Hermogeniani. |
| 18 Angelici. | 33 Hierachita. |
| 46 Antidicomarite. | 80 Hæreses variae siue nomine auctorum. |
| 32 Antropomorphita. | I |
| 19 Apostolici. | 56 Iovinianista. |
| 12 Apellita. | L |
| 45 Apollinariista. | 55 Luciferiani. |
| 23 Aquarij. | M |
| 59 Arabici. | 44 Macedoniani. |
| 13 Archontiaci. | 31 Manichei. |
| 43 Arriani. | 21 Marcionista. |
| 22 Arcotyrita. | 17 Melchisedechiani. |
| B | 3 Menandrini. |
| 4 Basilidiani. | 47 Metangismonita. |
| 52 Bonosiani. | 35 Montani. |
| C | N |
| 15 Cainani. | 9 Nazarej. |
| 7 Carpocratiani. | 64 Nestoriani. |
| 27 Cataphriges. | 5 Nicolaita. |
| 18 Cathari. | 41 Noetiani, siue Patripassiani. |
| 20 Cerdoniani. | 34 Nouatiani. |
| 8 Cerinthiani, vel Millenarii. | 62 Nyctages. |
| 53 Circumcelliones, seu Scotocapita. | O |
| 49 Colluthiani. | 10 Ophyta. |
| D | 40 Origeniani. |
| 51 Donatista. | P |
| E | 58 Paterniani. |
| 36 Ebionita. | 48 Patritiani. |
| 65 Eubychiani. | 29 Pauliani. |
| | 63 Pelagiani. |

- | | | |
|----------|---------------------|--------------------------------|
| A | 37 Photiniani. | 25 Tatiani, siue Encratite |
| | 54 Priscillianista. | 60 Tertullianista. |
| | S | 61 Tessaressedeccatita. |
| | 42 Sabelliani. | 67 Theodosiani, siue Gaianita. |
| | 16 Sethiani. | |
| | 24 Severiani. | 69 Tritheita. |
| | 2 Simoniani. | T |
| | | 11 Valentiniani. |

SEXTA quaestio est: hæreses & errores per Christu Vicarium, & Ecclesiam cōdenati, de quib. agitur in Decretis qui sunt: Ad hanc dicimus, quod hæreses & errores quam plures cōdenantur, colliguntur, & ponuntur expressè 24. quaestio, 3. capit. Quidam, vbi dicitur sic:

Sectæ vero hereticorum quot sint, & vnde nomina acceperint. Isidorus 8. lib. etymologiarum. ca. 5. determinat, dicens.

1 Quidam autem heretici, qui de Ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

2 Simoniani a dicti a Simone magicæ artis peritico: Petrus in actibus Apostolorum, maledixit pro eo, quod ab Apostolis Spiritus sancti gratiâ pecunia emere voluisset, hi dicunt, creaturam non a Deo, sed a virtute quadè superna creatâ.

3 Menandrini, a Menandro mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

4 Basilidiani, a Basilde appellati, qui inter reliquas blasphemias, Iesum passum abnegauit.

5 Nicolaitæ dicti a Nicolao Diacono Ecclesiæ Hierosolimorum, qui cum Stephano, & ceteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinè relinquens vxorem, dixerat, vt qui vellet, ea vteretur, versa est in supram talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur: quos Ioannes in Apocalypsi improbat, dicens: Sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum.

6 Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

7 Carpocratiani, à Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum.

8 Cerinthiani, à Cerintho quodam nuncupati, hi inter cetera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectione in voluptate carnis futurus prædicant: vnde & Græce Χριστιανισμὸν Latine millenarij sunt appellati.

9 Nazarej dicti qui dum Christum (qui à vico Nazareus est appellatus) filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

10 Ophyta, a colubro nominati sunt, coluber enim græce ὄφις dicitur; colunt enim serpentē, dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem.

11 Valentiniani, à Valentino quodam Platónico sectatore vocati, qui *αἰῶνας*, id est sæcula quædam

Iuxta emendationem factâ Romæ Decreti nuper editi

Alto. 8.

Alto. 6.

Apoc. 2.

- quodam in origine Dei Creatoris induxit: Christus quoque de Virgine nihil corporis assumpsit, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit.
- 12 Apellita, quorum auctor Apelles fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis, & Israel illum igneum affirmans, dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.
- 13 Archontiaci, à principibus appellantur; qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse archangelorum defendunt.
- 14 Adamiani uocati; quod Adæ imitentur nuditatem: unde & nudi orant, & nudi inter se mares feminaeque conueniunt.
- 15 Cainani inde sic appellati, quoniam Cain adorant.
- 16 Sethiani nomen acceperunt a filio Adæ, qui uocatus est Seth, dicentes, eundem esse Christum.
- 17 Melchisedechiani uocati, pro eo quod Melchisedech sacerdotem Dei non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.
- 18 Angelici uocati, quia Angelos colunt.
- 19 Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quod nihil possidentes proprium, nequamquam recipiant eos, qui alio in hoc mundo utuntur.
- 20 Cerdoniani, a Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia asseruit.
- 21 Marcionistæ, a Marcione Stoico Philosopho appellati, qui cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit: tantquam duo principia creationis, & bonitatis.
- 22 Artotyritæ, ab oblatione uocati: panem enim & calcem offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terræ, & a fructibus ouium fuisse celebratam.
- 23 Aquarij appellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.
- 24 Seueriani, à Seuero exorti, uinum non bibunt, uetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.
- 25 Tatiani, à Tatiano quodam uocati, qui & Encratitæ dicti: quia carnes abominantur.
- 16 Alogij uocantur tanquam sine uerbo, λόγος enim græce, uerbum dicitur. Deum enim uerbum non credunt, respicientes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.
- 27 Cataphrygis nomen prouincia Phrygia dedit: quia ibi exiterunt, auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum Spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.
- 28 Cathari propter munditiam ita se nominauerunt: gloriantes enim de suis meritis, negant penitentibus veniam peccatorum. Viduas si nupserint, tanquam adulteras, damnant. Mundiores se cæteris pradicant. Qui nomen suum si cognoscere uellent, mundanos se potius, quam mundos uocarent.
- 29 Pauliani, à Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.
- 30 Hermogeniani, ab Hermogene quodam uocati, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & eam asseruit: quos Apostolus improbat, elementis seruientes.
- 31 Manichæi, à quodam Perfa extiterunt, qui uocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, id est bonam, & malam, & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit. testamentum uetus respuit, nouum ex parte recipit.
- 32 Antropomorphytæ dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur. *ἄνθρωπος* enim Græce, latine homo interpretatur, ignorantes uocem Domini, qui ait: Spiritus est Deus. incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.
- 33 Hierarchitæ, ab Hierarcha auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respiciunt, regna cælorum paruulos habere non credunt.
- 34 Nouatiani, à Nouatiano Romæ urbis presbytero exorti, qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.
- 35 Montani hæretici dicti: quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, quia occasione se a catholica Ecclesiæ corpore diuiserunt.
- 36 Ebionitæ, ab Ebione dicti, sive à paupertate; Christum enim per profectum solum uirtutum iustum putant effectum. Unde competenter Hebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. hi enim semiuideri sunt, & ita tenent Euangelium, ut legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur.
- 37 Photiniani, à Phodno Gallogræcia Syrmij episcopo nuncupati, qui Hebionitarum hæresim suscitans, asseruit Christum à Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.
- 38 Aeriani, ab Aerio quodam nuncupati sunt, hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.
- 39 Aetiani ab Aetio sunt uocati, iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam Dialectico Aetij discipulo: ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum impuniti peccatum in fide manentium.
- 40 Origeniani, ab Origene auctore exorti sunt dicentes, quod non possit uidere filius patris, nec Spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum, & ecclis usque ad terras diuersa corpora quasi uincula meruisse, eaque causa factum esse mundum.
- 41 Noetiani, a quodam Noeto uocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Unde & Patripassiani uocantur, quia patrem patrum dicunt.
- 42 Sabelliani, ab eodem Noeto pullulasse dicuntur cuius discipulū perhibet fuisse Sabellium, ex cuius nomine

nomine maxime innotuerunt: vnde & Sabelliani vocati sunt: hi vnam personam patris, & filii, & Spiritus sancti astruunt.

43. Arianij, ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt, qui coaeternum patri filium non agnoscentes, diuersas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait dominus: Ego, & pater vnum sumus.

44. Macedoniani, a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum sanctum.

45. Appollinaristae, ab Appollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

46. Antidicomaritia appellati sunt, pro eo quod Marię virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

47. Metanysimonia: ideo tale nomen acceperunt, quia *Metanys* vas dicitur. asserunt enim sic esse in patre filium tanquam vas minus intra vas maius.

48. Patritiani, a quodam Patritio nuncupati sunt qui substantiam humanę carnis a Diabolo conditam dicunt.

49. Colluthiani, a quodam Collutho nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: Ego Dominus creans mala.

50. Floriani, a Floriano, qui e contrario dicunt Deum creasse mala contra hoc, quod scriptum est: Fecit Deus omnia bona.

51. Donatistae, a Donato quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens, totam penę Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio Spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos.

52. Bonosiani, a Bonoso quodam episcopo exorti produnt: qui Christum Dei filium adoptionem, non proprium asserunt.

53. Circumcelliones dicitur, eo quod agrestes sint quo Scotoropicos vocant, supra dictę hęresis habentes doctrinam. Hi amore Martyrij semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes, Martyres nominentur.

54. Priscilianistae, a Prisciliano vocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichęorum permistum dogma composuit.

55. Luciferiani, a Lucifero Sardinie Episcopo orti, qui Episcopos catholicos, qui Constantij persecutione perdidit Arianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, dumantes siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant (quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petri postherum negationis) hanc illi matris charitatem superba accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesie communionem recesserunt, & cū ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebat, cadere meruerunt.

56. Iouinianistę, a Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes, nullam nuptiarum, & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

57. Heluidiani, ab Heluidio nominati, qui dicunt

A post Christum natum, alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

58. Paterniani, a Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a Diabolo factas opinantur.

59. Arabici nuncupati, eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, & fatque in nouissimo vtrumque resurgere.

60. Tertullianistę, dicti a Tertulliano presbytero Africanę prouincię ciuitatis Carthaginensis: animam immortalem esse, sed corpoream predicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in tormentos verti putantes.

61. Tessaresedecatitę, dicti quod decimaquarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum contendant. Nam *triosaps*, quatuor, & *deka* decem significat.

62. Nyctages, a somno nuncupati, quod vigiliis noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

63. Pelagiani, a Pelagio monacho exorti. hi liberum arbitrium diuinę gratię anteponunt: dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina.

64. Nestoriani, a Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati: qui Beatam Mariam Virginem, non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiuictum alterum filium Dei, alterum hominis prædicauit.

65. Eutyechiani, dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis, sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam.

D 66. Acephali dicti, id est, sine capite. nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sint. hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatōres, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam predicant.

67. Theodosiani & Gaianitę appellat a Theodosio, & Gaiano, qui temporibus Iustiniani Principis, in Alexandria populi peruersi electione vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutycheus, & Dioscori sequentes, Calcedonense concilium respuunt: ex duabus vnam in Christo naturam asserunt: Quam Theodosiani corruptam, Gaianitę incorruptam contendunt.

E 68. Agnoitę, & Tritheitę a Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitę ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, a qua exorti sunt, id adiungunt, quod Christi diuinitas ignoret futura, quę sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in Esaiã loquētis: Dies iudicii in corde meo.

69. Tritheitę vero vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres asserunt Deos esse: contra illud, quod scriptum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.

† Vide Federicum de Senis cõfl. siue quęst. 152.

† alijs, Nistab. 825.

Turrecre. de Eccle. lib. 4. par. 3. c. 28.

Esã. 30.

Deut. 6.

70 Sunt & alie hæreses sine auctore, & sine no-
minib. ex quibus alie putant triforme esse Deū.
Alie Christi diuinitatem passibilem dicunt. Alie
Christi de Patre natiuitati initium temporis dat.
Alie liberationem hominum apud inferos factam
Christi descensione non credunt. Alie ani-
mam imaginem Dei negant. Alie animas con-
uerſi in demones, & in quæcunque animalia exi-
stimant. Alie de mundi statu dissentunt. Alie
innumerales mundos opinantur. Alie aquam
Deo coeternam faciunt. Alie nudis pedibus am-
bulant. Alie cum hominibus non manducant.
Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exor-
ta, & ab Apstolis, & a sanctis Patribus, vel conci-
liis prædamnate: quæ dum in se multis erroribus
diuisæ inuicem sibi dissentunt, † communita-
men nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirat.
Sed & quicunque aliter scripturam sanctam in-
telligit, quæ sensus Spiritus sancti flagitat, a quo
conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, ta-
men hæreticus appellari potest.

† Cōcōr. rex.
in c. ex cōica-
mus, 1. & 2.
de hæret.

Refertur in-
esp. Ego Ber-
engarius de
cōlec. dist. 2.

EGO † Berengarius indignus sancti
Mauricii Andegauensis Ecclesie Diaco-
nus, cognoscens veram, catholicam, & Ap-
postolicam fidem, anathematizo omnem
hæresim, præcipue eam, de qua hætenus
infamatus sum; quæ astruere conatur panem,
& vinum, quæ in altari ponuntur, post con-
secrationem solummodo sacramentum, &
non verum corpus, & sanguinem Domini
Nostri Iesu Christi esse; nec posse sensuali-
ter, nisi in solo sacramento manibus sacer-
dotum tractari, vel frangi, aut fidelium dē-
tibus atteri. Contentio autem sanctæ Ro-
manæ, & Apostolicæ Sedi, & ore, & corde
profiteor de sacramentis Dominicæ men-
se eandem fidem me tenere, quam Domi-
nus, & uenerabilis Papa Nicolaus, & hæc
sancta Synodus auctoritate Euangelica, &
Apostolica tenendum tradidit, mihiq; fir-
mauit; † scilicet panem, & vinum, quæ in
altari ponuntur, post consecrationem non
solum sacramentum, sed etiam verum cor-
pus, & sanguinem Domini Nostri Iesu Chri-
sti esse; & sensualiter non solum sacramento,
† sed in veritate manibus sacerdotum
tractari, frangi, & fidelium dentibus atte-
ri; iurans per sanctam, & homouision Tri-
ninitatem, & per hæc sacrosancta Christi
Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem
venerint, cum dogmatibus, & sectatoribus
suis æterno anathemate dignos esse pro-
nuncio. Quod si ego ipse aliquando cōtra
hæc aliqui d sentire, aut prædicare præsum-
psero; subiaceam canonum seueritati, Le-
cto, & perlecto sponte subscripsi.

† formaui.

† al. in sacra-
mento.

A Hanc confessionem fidei de corpore, & san-
guine Domini Nostri Iesu Christi a Berengario
Romæ coram centū tredecim Episcopis factam,
misit Papa Nicolaus per vrbes Italie, Germa-
niæ, Galliar, & ad quæcunque loca fama prauita-
tis eius peruenire ante potuit: ut ecclesie, quæ
prius doiterat de auerſo atque peruerso: postea
gauderent de reuerso, atque conuerso.

COMMENT. XXXI.

N *Nulla est tractatio, quam magis scire spectet ad
Inquisitores, quam hæc: & de notitia hære-
sum, & de auctoribus earum, monui iam alibi nulli
artificem posse plene, & perfecte suo muneri satisfacere,
nisi cognoscat aris sue præcepta, intelligatque
contraria, quibus illa corruiant, & labantur. neque
Inquisitores, quorum est fidem defendere, et fortiter
tueri solum catholicas veritates scire debent, in do-
cuit Emericus parte primæ, sed etiam hæretica dog-
mata, quibus illa violantur: quod tota hæc ferè se-
cunda parte ostendit. in omnibus autem sermone qua-
stionibus nulla est hæc utilior, aut cognitione dig-
nior, cum hic numerentur omnium hæreticorum
principes primi, cum suis summam erroribus, qui
bus vniversi hæretici, qui labentibus saculis secuti
sunt, velut ab fetidis lacub. panis additis, aut mu-
tatis aut inuersis suas hæreses protraxerint: Sunt
autem in hoc capite multa difficulta, multa a vulga-
ris codicibus diuersa, multa etiam scitu digna, quæ
nobis in gratiam iudicium uoluntate religionis essent
declaranda, nisi breuitas nostra nos tacere compel-
leret: ideo pauca quedam adnotabimus. Secuti vero
sumus in hac quaestione imprimenda, emendatione
Decreti Gratiani nuper Romæ editi.*

Hos autem errores cum suis auctoribus eodem or-
dine quo hic Emericus, retulerunt sanctus Anto-
ninus in sum. par. 4. tit. 1. c. 7. Repertorium Inqui-
sitorum uerbo, hæresis. §. diuersitatem hæresim, et
Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 34.
quorum multos cum alijs ab his diuersis commemo-
rat etiam Tabiensis, in sum. uerbo, hæreticus. §. 27.
num. 28. & seq.

Qui vero & quales fuerint hi hæretici, quo tempo-
re vixerint, qualia eorum dogmata, & ubi condita
nata, ne actum agere videar, tradere omitto: id ta-
men docent plenissime Turrecremata in sum. de Ec-
clesia lib. 4. p. 2. c. 23. vsque ad 33. Alfonso Cas-
sirus in libris aduersus hæreses, & copiose Gabriel
Prateolus in libris de vitis, sectis, & dogmatibus
hæreticorum, & alij tum ex antiquis tum ex recen-
tioribus quorum volumina obuia cunque extant.
a Simoniani. In vulgatis Simonianici, & ma-
le sed Simoniani repositum est ex antiquorum pa-
trum sententia: nam Tertul. in lib. de præscript. hæ-
reticorum, ca. 33. Augustinus tomo 6. in catalogo
hæreticorum in principio, Theodoritus, lib. 1. hæreti-
carum fabularum, cap. 2. in si. Aegysippus, ut refert
Eusebius lib. 4. historia, cap. 21. & Epiphanius hæ-
resi 21. Simonis sectatores non Simoniacos, sed Si-
monianos appellant.

b Hi dicunt creaturam non a Deo, sed a uir-
tute

tute quadam superna creatam.] Quid sibi vellet Simon hereticus, nemo melius expressit, quam Theodoritus. Is enim hunc locum explicat, dum ait: Simon eiusmodi fabulam perperit, infinitam quamdam posuit potentiam, quam vniuersorum radicem appellauit, eamque ignem esse dicebat, qui duplicem habebat operationem, hanc, quae cernebatur: illam vero quae latebat. Mundum autem genitum esse ex operatione ignis quae cernebatur, haec ille. Vt optime adnotauit Iosephus Steuanus in commentarijs huius capituli.

c Nazaraei dicti, &c.) Vt nominis huius ambiguitas euitetur, liber hic ex Epiphanio, & alijs breuiter pauca quaedam adnotare. hos ergo Nazaraeos Theodoritus libro secundo hereticarum fabularum, Nazaraeos, nominat, & etiam Epiphanius haeresi. 29. eodem nomine donauit, diu refert alios fuisse Nazaraeos, alios Nazaraeos, et alios. Nazaraeos: illi sanctificati dicebantur, cum dignitatem primigenitorum gererent: Nazaraei autem appellantur Iudaei sectarij ante Christum exorti mille erroribus implicati, vt Philastrius exort. Nazaraei uero ab initio nascetis Ecclesiae, appellati sunt omnes Christi fideles, tractu tamen temporis illis hereticis remansit hoc nomen, qui vna cum Euangelio legem seruabant. haec est Epiphanius sententia.

d Cainani.] Iraneus lib. 1. c. 35. & Theodoritus lib. 1. Cainos vocant, ab Augustino Caiani appellatur in lib. de haeresibus, c. 18. eodem nomine eos donat Tertullianus, lib. de praescriptio. haereticorum, c. 33. Sunt, inquit, & nunc alij Nicolaitae, Caiana haeresis dicitur. Ita animaduertit Michael Thomaus Reuerendissimus quodam Episcopus Ilerdensis, qui diu multa cum laude Gratianica emendationi praesuit Romae.

e Hermogeniani, ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non nata non introducens.) Hic locus in vulgatis codicibus deprauatus erat, operam tamē Reuerendiss. Michaelis Thomasi Episcopi Ilerdensis restitutus est, ex Tertulliano in libro de praescriptionibus haereticorum, c. 37. vbi agens de Hermogene ita scribit: Idem Apostolus cum improbat clementis seruientes, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non nata non introducens Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum Deam faciens, potest ei seruire, quam Deo comparat, haec tenet Tertullianus.

f Antropomorphitae.) In Codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis haec antecedunt: Anomiani, Latine sine lege dicuntur. Quae tamen absunt a codice Isidori peruetusto, & valde emendato Monasterij B. Augustini in Carbonaria Neapolis.

g Hierarchite.) prius legebatur, Heraclite, & aliter Hierarchite: sed locus est emendatus, & mutatus ex B. Augustini in lib. de haeresibus c. 47. horum auctor Hieraca quidam constituitur, vt praecitato loco Augustini refert, cuius meminuit etiam S. Hilarius lib. 4. & 6. de Trin. a Beato Epiphanio aduersus haereses, haeresi. 67. Hieracite vocantur, & eorum auctor Hierax quo loco eiusdem errores refert, & constitut. h. Montani.) Suspicio locum hunc accipiendum esse de Montensibus haereticis, de quibus agit Beatus

A Augustinus in libro aduersus haereses, c. 69. differens de Donatians seu Donatistis, non autem de Motano, cuius in eodem libro meminuit Aug. c. 25. agens de Cataphrygibus.

i Metangilmonita.) Antea legebatur ita: Metangi nominati. emendatus est locus ex Isidoro lib. 8. Etymolog. c. 5. & B. Augustini in lib. de haeresibus, c. 28. Horum etiam haereticorum meminuit Philastrius in cathalogo haereticorum.

K Luciferiani, &c.) Constantij persecutione. Hic codices sunt varij, nam quidam Constanti, habent: alij, Istanti, sed iudicio eruditorum Constantii. repositimus. Nam verbum illud, in catholicam, Demochares in cathedram, commutauit, quae lectio non est forte contemnenda, cum ex Episcopi eiusdem electione, vt sacri historici retulerunt, totum hoc disidium fuerit exortum.

l Theodosiani.) Horum meminuit liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. histor. ecclesiasti. c. 45. 49. & 50. Georgius Cedrenus anno xliii. Iustiniani Imperatoris. Sanctus Augustinus in libro de haeresibus, cap. 33. memorat Theodotianos a Theodotione. Is idem videtur qui Theodotus, de quo Epiphanius aduersus haereses, haeresi. 54. ait ita: Et qui ab ipso descenderunt Theodotiani, idem Philastrius, & Damascenus scripserunt.

m Agnoita, & Tritheita.) Haec etiam nomina emendata sunt ex re ipsa, & varijs antiquis scriptoribus: ab ignorantia enim non Gnoite, sed Agnoite, nominandi erant. de his Agnoitis frequens est mentio in epistolis sancti Gregorii, 35. & 42. lib. 8. Eulogio Alexandrino missis, qui contra hos Agnoita scripserat, & de ipsis ac Tritheitis meminuit Nicephorus lib. 18. c. 45. 49. & 50. & utroque a Theodosianis profectos esse scribit.

n Alia liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione non credunt.) Hic locus in vulgatis Isidori, & Gratiani exemplaribus appositae negatione, non credunt, legitur: cum tamen absque negatione legendum censere Petrus Iaconus, motus Beati Augustini auctoritate, in libro de haeresibus, c. 79. vbi ita scribit: Alia, descendente ad inferos Christo credidisse incredulos, & omnes inde existimat liberatos. Ita quoque Philastrius refert: cui etiam lectioni ad stipulantur duo potissimum Isidori manuscripta exemplaria, in quibus absque negatione hunc locum legi nobis asseruit idem Iaconus. vulgatam tamen lectionem retinimus auctoritate Decreti nuper Romae editi.

o Alia de mundi statu dissentiunt.) Quidam libentius legunt, sentiunt, ex Philastrio, qui refert haeresim, quae dicit, mundum non mutari, sed in eodem statu semper manere, etiam post Domini nostrum de caelis praesentiam: sed nos eiusdem Decreti auctoritate, dissentiunt, dicimus.

p Ego Berengarius indignus, &c.) Solus Codex Cardinalis de Gambara, hanc Berengarii abiurationem non habet, ceteri habent: at quo consilio fuerit ab Eymérico appositae, dubium non est: nam cum in hac questione insisterint commemorare haereses, & errores, de quibus agitur in Decretis, & inter eas ille etiam referatur, quas Berengarius profitebatur, ideo id caput in quo de hoc differitur, apposit.

Locus in scripturis restitutus.

Berengarius & eius in fide inconstancia.

Libet autem hic pauca quedam de hoc Berengario dicere, ut hac eius abiuratio facilius percipiat. Emergit hic Berengarius circa tempora Leonis Papa noni, ad annos Domini MXLIX. multasque hereses de venerabili Eucharistie sacramento promulgauit, & propterea a Leone nouo Pontifice Maximo in concilio Vercellis coactus, cum omnibus suis affectis, nisi ad bonam mentem rediret, perpetuo anathemate percussus est, eiusque error omnium consensu Patrum fuit damnatus. verum cum defuncto Leone Berengarius in suo errore pertinaciter permaneret, synodus collecta est apud Turones sub Victore secundo, in qua hereseos est conuictus. Denique cum neque sic resisteret, sed multos passim in suum traheret errores, Nicolaus secundus anno Domini MLI. Romae CXIII. Episcoporum concilium congregauit, ibique hanc abiurationem, quam ex Gratiano hic commemorat Eymericus, publice fecit: quam Nicolaus per vniuersas Italiam, & Germaniam vrbes misit, ut quae Ecclesiae doluerant de peccatore, de conuerso gauderet: ceterum non multo tempore in recta fide permansit Berengarius: nam alium errorem esse professus videlicet, in Eucharistia adesse quidem verum corpus, & sanguinem Christi, sed simul etiam panem, & vini substantiam ibidem remanere: itaque ad hunc errorem penitus euellendum Gregorius septimus anno Domini MLXXIX. synodum Romae celebrat, ad quam accersitus venit Berengarius, summusque in ea agnouit errorem, quem publice abiurauit, noua condita abiurationis formula illi a synodo prescripta in haec verba: Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quae ponuntur in altari per mysterium sacrae orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter conuertri in veram & propriam ac viuificantem carnem, & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum in Cruce pepedit, & quod sedet ad dexteram Patris, & uerum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum, & uirtutem sacramenti, sed in proprietate naturae, & ueritate substantiae: sicut in hoc breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis: nec contra hanc fidem ulterius docebo, sic me Deus adiuuet, & haec sacra Euangelia. Huius postremae abiurationis meminit Blondus lib. 3. de cadis 2. & Sabellicus lib. 3. nonae. Aeneadis. Berengarius quidem in hac postrema abiuratione perseverans penitentiam egit, ut ait Iohannes Gerson sermone 1. de cena Domini, quem grauius de commissis sceleribus dolens, & in primis quia redire in uiam ueritatis non potuit, quos erroribus suis imbuerat in festo decumbentem in ipsa die Epiphaniae, uiam moribundum haec uerba protulisse testat: Hodie apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus: uel ad gloria sicut spero, propter penitentiam meam: uel ad damnationem sicut formido, propter aliorum corruptionem, quos ad uiam ueritatis reducere non potui.

Non tamen desunt qui dicant, nunquam conuersum Berengarium, quorum opinionem haec probare uidetur haeresi archaearum consuetudo, quos raro conuersi legimus, cum ut plurimum in erroris obcepti

Blondus

Berengarius moribundi uerba.

A pertinacia perseverantes impoenitentes moriuntur, licet quadoque ob aliquas causas aliud exterius fingat.

QUESTIO VII.

De heresibus damnatis in Decretalibus.

SUMMA RIVM.

1. Articuli catholici cum haesibus illis contrarij contenti in c. Firmiter de sum. Trin.
2. Error abbas Ioachim condemnatus.
3. Haereses impij Almarici.
4. Christus secundum quod homo est aliquid.
5. De processione Spiritus sancti quid credendum.
6. Haereses duae de processione Spiritus sancti damnatae.
7. Haereses damnatae in Clementinis.

SEPTIMA quaestio est: haereses & errores per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in decretalibus, qui sunt. Ad hanc respondemus quod quatuor apparent condemnatae ex volumine Decretalium maiori, quae damnae Sexto Decretalium: quaedam ex Clementinis.

Errores damnati in Decretalibus.

In volumine maiori damnantur istae haereses, & errores.

1. In primis in tit. de summa Trin. c. 7. Firmiter & cap. Damnamus. proficitur sancta mater Ecclesia quae plures articulos fore catholicos, & fidei tenendos: ut puta, quod unus est solus Deus, immensus, & incommutabilis, & alios plures quorum contrarij omnes sunt hereticales, & erronei: ut puta, quod non sit vnus solus Deus, quod non sit immensus, quod non sit incommutabilis, & sic de alijs articulis contrarijs illis articulis, in dictis capitulis approbatus ut fidei tenendis.
2. In speciali autem in c. Damnamus, allegato. §. si quis. condemnatur iste articulus, ut hereticus: quem b. Abbas Ioachim assererat, scilicet, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus, non unitate essentiae, & naturae, sed collectiua unitate sicut cum dicimus, quod multi homines sunt vnus populus.

Almarici Haereses.

3. Condemnatur etiam, eod. tit. & c. §. reprobandus, doctrinae impij Almarici, ut haeretica, & in lana: quae autem illa fuerit, non exprimit: Vnde centius tamen in Speculo historialis, xxx. lib. c. vii. prohibet ipsum Almaricum in suis prauis dogmatibus tenuisse haereses, & errores in scriptis. Prima haeresis eius fuit, quod quilibet teneret credere, se esse membrum Christi, & hoc esse vnum de fidei articulis, sine quo homo non potest saluari.



Secunda hæresis fuit, quod Patris potentia duravit quamdiu viguit lex Mosaica, scilicet, vsq; ad Christum: & tunc habuerunt finem omnia veteris testamenti sacramenta: & viguit lex Christi noua vsque ad tempus Almarici: & ex tunc habuerunt finem, ac fuerunt euacuata Baptismus, Penitentia, & omnia alia nouæ legis sacramenta, sine quibus tamen & secundum veritatem non est salus.

Tertia hæresis fuit, quod tempore ipsius Almarici euacuatis omnibus nouæ legis sacramentis incepit vigere Spiritus sancti gratia, qua interius quilibet inspirabitur, & qua saluari poterat sine quocunque actu exteriori.

Quarta hæresis fuit: quod sic erat a Spiritu sancto illo tempore charitas ampliata, vt illud quod aliàs de natura sua erat peccatum: vt stupra, adulteria, & similia diceret non esse peccatum, dummodo illa facerent carnaliter se committentes ex charitate.

Quinta hæresis fuit: quod mulieres cum ponentibus tales errores non peccabant carnaliter commiscendo, dummodo ex charitate agerent.

Sexta hæresis fuit, quod predicto tempore Deus agebat vt bonus, & non vt iustus, quia predicta supra, adulteria, & similia ex charitate facta, Deus vt bonus, nullatenus puniebat.

In eodem volumine maiori tit. de hæret. cap. Cum Christus, damnatur etiam ista hæresis atque error, scilicet, quod Christus non est aliquid secundum quod homo.

Errores damnati lib. 5. Decretalium.

In sexto autem Decretalium condemnantur ista hæreses & errores.

In primis de sum. Trini. & fide catho. c. Fideli. profitemur sancta mater Ecclesia plures articulos fore catholicos & fide tenendos: vt puta, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio procedit, & alios in effecta plures, quorum contrarij omnes sunt hæreticales, & erronei, vt potest, quod Spiritus sanctus à Patre & Filio non procedit, & sic de alijs articulis contrarijs illis in dictis capitulis approbatis vt fide tenendis.

In speciali autem eod. ca. Fideli. §. nos huiusmodi erroribus, condemnantur infra scripte duæ hæreses & errores.

Prima hæresis est: quod Spiritus sanctus æternaliter à Patre & filio non procedit.

Secunda hæresis est: quod Spiritus sanctus à Patre & Filio non tanquam ab vno principio, sed tanquam à duobus principijs procedit.

Errores damnati in Clementinis.

In Clementinis vero condemnantur ista hæreses & errores in tit. de sum. Trini. & fide catho. c. Fideli. profitemur sancta mater Ecclesia quamplures articulos fore catholicos, & fide tenendos: vt puta quod vnigenitus Dei filius humanum corpus passibile assumpsit: & alios in effecta, quorundem contrarij omnes sunt hæreticales, & erronei: vt potest, quod Dei filius corpus passibile non assumpsit, & sic de alijs articulis contrarijs illis in dictis

capitulis approbatis vt fide tenendis.

In speciali autem eodem c. Fidei. condemnantur infra scripta hæreses & errores.

Prima hæresis: quod Dei Patris Filius humanum corpus passibile, & animam intellectuam seu rationale, ipsum corpus vere, per se, & essentialiter informantem, non assumpsit.

Secunda hæresis: quod quando vnus militum a lancea latus Christi aperuit, quod adhuc Christus viuus & non mortuus exitebat.

Tertia hæresis: quod anima rationalis seu intellectiua non est forma corporis humani vere, per se & essentialiter.

Quarta hæresis: quod baptismus non est communiter tam paruulis, quam adultis perfectum remedium ad salutem.

Quinta hæresis: quod tam paruulis, quam adultis in baptismo non conferuntur informans gratia, & virtutes.

Infra autem in clement. de vsuris, c. Ex graui. §. sanè, condemnatur vnus articulus, & sit sextus.

Sexta hæresis est, quod exercere vsuras non est peccatum.

Et in tit. de hæret. in Clem. Ad nostrum. condemnantur ista octo hæreses, seu errores.

Supra parte 2. pag. 113.

Primus error est, videlicet, quod homo in vita presenti tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam, vt dicunt, si quis posset semper proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.

Secundus error est, quod ieiunare non oportet hominem, vel orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus, quia nunc sensualitas est ita perfecte spiritui & rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quicquid placet.

Tertius error, quod illi qui sunt in predicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligantur, quia, vt asserunt, vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Quartus error est: quod homo, ita potest finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in presentia assequi, sicut eam in vita obtinebit beata.

Quintus error, quod qualibet intellectualis natura seipsa naturaliter est beata, quodq; anima non indiget lumine gloriæ: ipsam eleuante ad Deum videndam, & eo beate fruendum.

Sextus error, quod se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimus error, quod mulieris osculum, cum ad hoc non inclinet natura, est mortale peccatum, actus autem carnalis cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens.

Octauus error, quod in eleuatione corporis Iesu Christi, homo non debet asurgere, nec ei reuerentiā exhibere, alscentes, quod esset imperfectionis eiusdem, si à puritate & altitudine suæ contemplationis.

templationis tantum descenderent, quòd circa mysterium, seu sacramentum Eucharistia, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum.

COMMENT. XXXII.

Hæreses, & errores per ecclesiam condemnati, de quibus agitur in Decretalibus, qui sunt? In quaestione proximè præcedenti retulit auctor hæreses, seu verius hæresarchas, siue hæresim auctores, de quibus agitur in Decreto: nunc vero eas prosequitur, quæ in reliquis iuris Canonici voluminibus continentur; ut hinc etiam cognoscant fidei indices, falsitates dånatas, & catholicas veritates illis contrarias cõstanter stabilitas. Tam eodem sepe ordine, quo vtitur hic Eymericus, tractant rem eandem Sanctus Antonius par. 4. titu. 11. cap. 7. §. 2. 3. & 4. & Turcremata in Summa de Ecclesiis, li. 4. par. 2. c. 35. & 36.

b Quem Abbas Ioachim assererat. De Abbate Joachim abunde diximus supra par. 1. super ca. Damnanus, de sum. Trinit. & fide cath.

c Doctrina impij Almarici. De Almarico etiã pauca quadam diximus supra par. 1. super c. Damnanus, de sum. Trinit. §. reprobanus etiam, ea videnda sunt, ut hic locus apertior fiat.

d Secunda hæresis est, quòd quãdo vnus militũ.) Hanc hæresim & duas sequentes hic in ver. Tertia hæresis, & in vers. Quinta hæresis, tenebat quidã Petrus Joannes, ut refert Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Petri Ioannis, c. 1. 2. & 3. cuius plures etiam errores commemorat Eymericus infra in hac 2. parte, quaestio. 9. vbi videtur quæ copiosè, de hoc Petro Ioanne scripsimus.

e Et in titu. de heret. in Clement. Ad nostrum, condemnantur istæ octo hæreses, seu errores. Hos errores profitebantur Beguardi, sicut constat ex Clemen. Ad nostrum, & ex Eymericus infra in hac 2. parte, quaestio. 15. Eisdem cum aliis multis refert & confutat Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Beguardorum, & Aluarus Pelagius lib. 2. de plaustru Ecclesie, cap. 52.

QVAESTIO VIII.

De hæresibus condemnatis in Extrauagantibus.

SUMMARIUM.

- 1 Errores Ioannis de Pollaco condemnati in extrauag. Vas electionis.
- 2 Errores Beguardorum damnati in extrauagantibus. Gloriosam Ecclesiam.
- 3 Errores dånati in extrauag. Cũ inter nonnullos.
- 4 Errores damnati in extrauag. Quia quorundã.
- 5 Errores damnati in extrauag. Benedictus Deus.

ACTAVA quaestio est: Hæreses & errores per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in extrauagantibus, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quòd prout nunc non sunt extrauagantes, in quibus cõdētur hæreses & errores nisi domini Ioannis xxii. & Domini Benedicti xii. Nã si ante aliquæ fuerunt, in corpore iuris postmodũ sunt insertæ: & ea propter extrauagantes nõ possunt dici hodie. In extrauagantibus autem domini Ioannis sunt hæreses & errores huiusmodi condemnati.

1 Primus, quòd confitentes fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerunt, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus quòd stante statuto: omnis vtriusque sexus, edito in Concilio generali, ¶ Romanus Põtifex non potest facere, quòd parochiani non teneatur cõfiteri omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, quem dicit esse parochialem curatũ: immo nec Deus possit hoc facere: quia, ut dicebat, implicat contradictionem.

3 Tertius error: quòd Papa non potest dare licentiam generalem seu potestatem audiendi confessiones: immo nec Deus, quin confessus habet generalem licentiam, teneatur eadem iterum confiteri seu proprio sacerdoti, quem dicit esse (ut prædicitur) parochialem curatum.

Isti tres errores condemnantur in extrauagante dicti domini Papa Ioannis xxii. quæ incipit: Vas electionis, quæ est supra.

Horumbautem errorum auctor fuerat ac inuentor quidam magister in Theologia, Parisijs magistratus, uo:atus Ioannes de Polaco.

2 Quartus error & hæresis: quòd dua sunt Ecclesie, scilicet carnalis diuitiis pressa, affluens delictis, sceleribus maculata, cui Romanum præsul, aliosque inferiores prælatos dominari, hæretici isti fingunt, alia spiritualis stugalitate nõdã, virtute decora, paupertate succincta, in qua ipsi soli Beguardi, eorumque complices continentur.

Quintus error quòd venerabiles Ecclesie sacerdotes, alique ministri, sic sunt iurisdictionis & ordinis auctoritate deserti, ut nec sententiam ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere: sed sunt priuati omni ecclesiastica potestate, nisi sint de eorum Beguardorum perfidia, apud quos solos, ut ipsi fingunt, sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic & ecclesiastica auctoritas per seuerat.

Sextus error est, illos mortalis criminis contagione pollui, & pena teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi.

7 Septimus error est: sacerdotes ritè & legitime secundum formam Ecclesie ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta.

Octauus error est, quòd Euãgelium Christi in solos Beguardos hoc tempore completum, quod hætenus, ut ipsi Beguardi somniant, obreptum fuerat, immo prorsus extinctum.

Isti quinque errores condemnantur in extrauag. di-

mag. dicti domini Ioannis quæ incipit: Gloriosa Ecclesiam, quæ est infra. †

Nonus error est: quod Dominus noster Iesus Christus, eiusque Apostoli, non habuerunt aliqua nec in proprio, nec in commun.

Decimus error & hæresis est: quod Dominus noster Iesus Christus, eiusque Apostoli in his, quæ ipsos habuisse sacra scriptura testatur, non habuerint, seu eis non competierit ius ipsis utendi, nec illa vendendi, seu donandi, aut ex ipsis aliqua acquirendi.

Isti duo articuli verè, vt hæreticales condemnantur in extrauag. dicti domini Ioan. quæ incipit. Cum inter nonnullos, quæ est infra. †

Undecimus error & hæresis est: quod Dominus noster Iesus Christus, & eius Apostoli in his, quæ habuisse leguntur, tantum habuerunt ab iure aliquo simplicem usum facti.

Hic articulus tanquam verè hæreticalis condemnatur in extrauagan. dicti domini Ioan. quæ incipit: Quia quorundam mentes, & etiam in extrauagan. eiusdem, quæ incipit: Vir, reprobis, quæ sunt infra. †

In extrauagante autem domini Papæ Benedicti. xii. quæ incipit: Benedictus Deus, quæ est supra, sequentes hæreses condemnantur, & eorum opposita esse catholica, & fide tenenda omnia comprobantur.

Prima hæresis est, quod secundum Dei communem ordinationem, animæ iustorum decedentium ante Domini nostri Iesu Christi passionem, in quibus nihil erat purgabile, mox per eandem passionem eiusdem Domini nostri Iesu Christi ante resurrectionem suorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur; nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in cælo cælorum regno, & paradiso cælesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Secunda hæresis est: quod secundum Dei communem ordinationem, animæ iustorum decedentium ante Domini nostri Iesu Christi passionem, in quibus aliquid purgabile remanebat, purgatione peracta ex toto, mox post eandem passionem Domini nostri Iesu Christi ante resurrectionem suorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident; nec videbunt diuinam essentiam clarè & apertè, nec illa etiam perfruuntur; nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in cælo cælorum regno, & paradiso cælesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Tertia hæresis est: quod secundum Dei ordinationem communem, animæ iustorum decedentium post sanctum baptismum ab eis susceptum, in quibus nihil est purgabile, cum decedunt, ante suorum corporum resurrectionem & iudicium generale, non vident, nec videbunt clarè & apertè diuinam essentiam; nec illa etiam perfruuntur, nec sunt, nec erunt in cælo cælorum regno & paradiso cælesti cum Christo sanctorum Angelorum

rum consortio aggregata.

Quarta hæresis est, quod secundum communem Dei ordinationem, animæ iustorum decedentium post sanctum baptismum ab eis susceptum, in quibus est aliquid purgabile cum decedunt, peracta etiam purgatione ex toto, ante suorum corporum resurrectionem & iudicium generale, non vident nec videbunt clarè & apertè diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruuntur; nec sunt, nec erunt in cælo cælorum regno, & paradiso cælesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Quinta hæresis est, quod secundum communem Dei ordinationem, animæ paruulorum sacro baptismata renatorum, decedentium ante usum liberi arbitrii, ante suorum corporum resurrectionem & iudicium generale, nec vident, nec videbunt clarè & apertè diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruuntur; nec sunt, nec erunt in cælo cælorum regno, & paradiso cælesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Sexta hæresis est: quod secundum Dei communem ordinationem, animæ iustorum omnium decedentium prædictorum, ante nostrorum corporum resurrectionem & iudicium generale diuina visione & fruitione non erunt beata; nec habebunt uitam & requiem sempiternam.

Septima hæresis est: quod diuinæ essentia visio animarum beatarum, non est visio intuitua & facialis.

Octaua hæresis est, quod secundum communem Dei ordinationem, diuinæ essentia intuitua & facialis visio & fruitio in beatis euacuabitur, nec cōtinuabitur vsque ad finale iudicium, nec ex tunc vsque in sempiternum.

Nona hæresis est, quod secundum communem Dei ordinationem, animæ decedentium in mortali peccato, mox post mortem suam ad inferna non descendunt, nec penis infernalibus cruciatur.

Decima hæresis est: quod in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus non comparebunt reddituri de factis propriis rationem, vt referat vnusquisque propriis corporibus, prout gessit, siue bonum, siue malum.

COMMENT. XXXIII.

Hæresis & errores per Ecclesiam cōdenati de quibus agitur in Extrauagantibus. De hoc eodem instituto agunt sanctus Antonius in summa, par. 4. tit. xi. c. 7. §. 5. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 37. quibus locis aliorum errores in alijs Extrauagantibus condemnati referuntur, quos non recensuit hic Eymericus; enumerat tamen eorum multos in alijs locis sicut occasio & series dicendi postulabunt.

Horū autem errorum auctos fuerat, & cat. Ioannes de Poliacio. Huius Ioannis Poliaci errores refert etiam Bernardus Lutemburgus in catalogo hæreticorum lib. 2. & Prateolus lib. 9. de vitis & scellis hæreticorum, cap. 26. obiter autem hic est obseruandum, Ioannem hunc Poliacum in his erroribus non mansisse pertinaciter; nam & a sententia sua

suarecessit, & errores publicè reuocauit, vt cõstat ex extrauagan. incipien. *Vas electionis*, quam hic citat Eymericus, quod factum fuit anno quinto Pontificatus domini Joannis xxii. qui incidit in annum Domini, MCCCXXI.

c Quartus error & hæresis est, &c. Hic est primus error ordine eorum, qui damnati sunt per Ioanem xxii. in extrauagan. incipien. *Gloriosam Ecclesiam*, cuius quoddam fragmentum refert Eymericus infra in hac 7. parte, q. 6. Hos autem errores profitebantur Fraticelli Begardi, quorum dux & caput fuit Henricus de Ceua, vt constat ex dicta extrauagan. *Gloriosam Ecclesiam*, & ex Eymericis infra in hac 2. parte, q. 16.

d Nonus error est, &c. Hunc item errorem & duos sequentes defendebant Fraticelli seu Begardi, vt constat ex Eymericis infra in hac 2. par. q. 11. et ex Beato Antonino in summa par. 4. ti. xi. c. 7. §. 5.

e In extrauaganti autem domini Papæ Benedicti duodecimi. Antea legebatur, undecimi. Sed locum restituimus tum in hac questione, tum alibi, vt de Benedicto duodecimo accipitur, sicut ostendimus super extrauagan. *Benedictus Deus*, relata supra in hac 2. parte, folio 134. vbi nonnulla tradidimus, quæ hunc locum illustrabunt.

QVÆSTIO IX.

De hæresibus à Rom. Pont. dānat is post mortem auctorum earum.

SVMMA RIVM.

- 1 Petri Ioannis errores xx. damnati.
- 2 Alij duo insuper eiusdem errores.
- 3 Michael de Cesena hereticus.
- 4 Errores Ioanni de Parma tributi.
- 5 Raymundi Lulli errores quam plurimi.
- 6 Lullistarum errores.

Nona quæstio est: Hæreses & errores per diuersos summos Pontifices de fratrum consilio condemnati, post mortem illorum, qui errores huiusmodi posuerunt, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod ante condemnationem prædictorum errorum factam per dominum Ioanem xxii. in Extrauagan. Cū inter nonnullos, & Quia quorundam mentes, de quibus infra, & ante a condemnationem statum dictorum errorum factam per dominum Benedictum xii. in Extrauagante, *Benedictus Deus*, de qua supra.

† Quæst. 17. huius part. 15.

fol. 127.

PETRVS
IONNAES
ET EIVS
ERRORES
DAMNATI

† scilicet, epistolasi.

Idem dominus Ioannes Vigessimus secundus condemnauit de multorum consilio magistrorum in theologia postillam fratris Petri Ioannis ordinis Fratrum Minorum super Apocalypsim, oritur de villa, quæ dicitur Seriatum, diceces. Biterren. propter hereticas & erroneas articulos in frascriptos in dicta postilla contentos: quos articulos cū postilla pariter condemnauit. Condemnauit etiam postillā eiusdem fratris Petri Ioannis super Mattheum, & postillā etiā eiusdem super

A canonicas, & in quibus, vt in postilla super Apocalypsim continentur hæreses aliquæ in effectum consimiles. Hæreses autem dictæ postillæ sic, vt prædicatur, condemnata, sunt istæ.

Aduertendum tamen prius est, quod infra partem, per Babyloniam meretricem magnā intelligit vniuersalem Romanam Ecclesiam militatē, quam nos, & vere, vocamus Sanctam Catholicam & Apostolicam. Per Ecclesiam Catholicam intelligit idem, scilicet vniuersalem Romanam Ecclesiam. Per bestiam intelligit idem. Per synagogam Satanae intelligit idem. Per mysticū Antichristum intelligit Papam, seu Pontificem Romanum. Per Angelum consignatum intelligit Beatum Franciscum. Per Christi militiam intelligit Begardos, seu eorum hæresibus & erroribus credentes. Per Euāgelicam vitam, seu regulā intelligit nihil habere nec in proprio, nec in communi, nec ius, seu dominium in rebus habere donandi, vendendi, seu ex illis acquirendi, vel alias alienandi, sed habere in eis simplicem usū facti. Per ecclesiam spirituales intelligit idem, scilicet & eius erroribus credentes.

Errores Petri Ioannis.

Prima hæresis est: quod sextus status Ecclesie quæ incepit, vt dicitur à tempore Beati Francisci, & plenius à tempore condemnationis Babylonis meretricis magnæ, quando Angelus Christi signo signauit per suos futuram militiam Christi, & durabit vsque ad tempus Antichristi, & præeminet notabiliter quinque primis.

Secunda hæresis est: quod sicut in primo Christi aduentu formata est noua Ecclesia, veteri synagoga reiecta, sic & in initio sexti status, ventitas prioris temporis est vniuersaliter repellenda, vt videatur nouum sæculum, seu noua Ecclesia tunc formari veteribus iam reiectis. Et sicut in sexta ætate reiecto carnali Iudaismo, & veritate prioris sæculi, venit nouus homo Christus cū noua lege, vita, & cruce: sic in sexto statu reiecta carnali Ecclesia, & veritate prioris sæculi, renouabitur Christi lex, & vita, & crux: propter quod in eius primo initio Franciscus apparuit cauteratus, & Christo totus crucifixus, & consignatus.

Tertia hæresis est: quod sicut gloria, quæ fuerat synagoga parata, & pontificibus suis, si in Christum credidissent, translata fuit ad primitiuā Ecclesiam, & ad pastores eius: sic & gloria parata finali ecclesie quinti status, propter eius militiam ad electos sexti status fuit translata.

Quarta hæresis est: quod constat regulam fratrum Minorum per Beatum Franciscum editā esse verè & propriè illam Euāgelicam, quam Christus in seipso seruauit, & Apostolis imposuit, & Euāgelij suis conscribi fecit.

Quinta hæresis est: quod regula Beati Francisci est condemnanda à pluribus ab Ecclesia carnali, & superbiorū negter, & sophysticè, sicut Christus eodēnatus fuit à synagoga reprobata Iudeorum, & hoc oportet prætere terminium Ecclesie sicut Christi & suorum condemnatio à Iudeis præiuit temporalem exterminium synagoga.

Sexta hæresis est: quod beatus Franciscus est ille

ille Angelus, de quo dicitur in Apocalypsi: Vidi alterum angelum habentem signum Dei viuus Euangelica vita, & regula sexto, & septimo tempore, pagada, & magnificada renouator, & sumus post Christum, & eius matrem obseruator.

Septima hæresis est: quod decet condensationem regula beati Francisci præire exterminium carnalis Ecclesia, ad hoc, vt iusto Dei iudicio carnalis Ecclesia prout meruit excitetur, & eius malicia crescat, & consumatur ꝑ vique ad impugnationem vita, & Spiritus sancti.

Octaua hæresis est: quod ferè omnes clerici, & regulares possidentes aliquid in communi, videntur minus bene sentire de abrenunciatione Evangelica huiusmodi in communi.

Nona hæresis est: quod sicut synagoga propagata est ex duodecim Patriarchis, & Ecclesia de gentibus ex duodecim Apostolis: sic finalis Ecclesia reliquitur Iudæorum, & gentium est per duodecim viros Euangelicos propaganda: vnde beatus Franciscus habuit duodecim filios, & socios, per quos, & in quibus fuit fundatus, & initiatus ordo Euangelicus.

Decima hæresis est: quod tertia tribulatio transigit manus per apparentiam celeberrimam auctoritatis Ecclesia, & plebeia multitudinis sibi subdat, & per apparentiam contrarij in spiritualibus viris.

Vndecima hæresis est: quod Angelus Franciscus sentiet se prosperari, non ita in carnali Ecclesia Latinorum, sicut in Græcis, & Sarracenis, & Tartaris, & tandem in Iudæis.

Duodecima hæresis est: quod omnes abbates quinti temporis conuenient in quintum caput bestie, quæ est diabolus, aut Antichristus, & congregatio malorum.

Tridecima hæresis est: quod illa Ecclesia, quam nos vocamus vniuersalem Ecclesiam catholicam militatam, est Ecclesia carnalis, Babylon meretrix magna extensiuè, quia boni sic sūt in ea, sicut pauca grana auri inter immentos aceros arenas, & sicut pauca grana tritice sub immento cumulo palearum, quæ etiam Ecclesia carnalis publicè, & impudentissimè adulteratur à suo sponsò Christo: quæ etiam se, & omnes gētes sibi subiectas corrūpit, scedis carnalitatibus, & simoniacis cupiditatibus, & terrena gloria huius mundi, quæ etiam nunc exarsit in iram contra viros spirituales, & contra vires, & influxus Spiritus sancti, quæ etiam cecidit intus spiritaliter, & exterius corporaliter, & quæ per temporale exterminium cecidit in mundo, deinde ad æternum supplicium cecidit in inferno, & quæ sua malitia, & potestate impediuit, & angustiauit spiritum electorum, & controuersionem totius orbis: quæ etiam est exterminanda, & eius exterminium erit Sanctis quasi exitus de carcere, ad libertatis lautudinem, & volatum, & exitus de tenebrosissimo fumo fornacis ad lucem solarem, & sicut exoneratio à lapide molari, seu à monte imenso.

Quartadecima hæresis est, quod sicut per quatuor animalia quatuor primos status Sanctorum

A designata, sublimata est generalis sedes Romana Ecclesia ceteris patriarchalibus seu orientalibus à Christo, & ab eius vera fide, & reiectis, sic in eodem tempore per quatuor bestias à Daniele visas, quatuor primis ordinibus Sanctorum

Dan. c. i.

contrarias, sublimata est sedes bestia, id est bestialis caterua, ita vt numero, & potestate preualeat, & fere absorbeat sedem Christi, cui localiter, & nominaliter est commixta, vnde & sic appellatur Ecclesia fidelium, sicut & illa, quæ verè est per gratia Sedes, & Ecclesia Christi. Super huiusmodi vero malitia, non cessant zelatores sancti huius quinti temporis effundere phialam detestationis, & celebris increpationis, ita quod regnum eius, vel it nolit euidenter apparet omnibus. & etiã ipsi sunt tenebrosi, id est, fœda & enormi luxuria, & avaritia, & simonia, & superbia, & dolosa negotiatione, & astutia, & ferè omni malitia dissipati, & abominandum: Vnde & infra vocatur Babylon meretrix habens in manu sua poculum aureum plenum abominatione. Per hæc autem sedem bestia designatur principaliter carnalis clerus, in hoc quinto tempore regnans, & toti Ecclesia præsidens: in quo quidè bestialis vita transcendenter, et singulariter regnat, et sedet sicut in sua principali sede: Et longe plus, quam in laicis plebibus sibi subiectis.

Quintadecima hæresis est, quod tempore Antichristi mystici, carnalis Ecclesia, per quæ intelligitur in toto suo processu Ecclesiam Romanam, contra doctrinam Sanctorum, & vitam & zelum, acutus exardescens, quasi omnino sicetur ꝑ spirituali sapientia, & virtuali gratia, & opulentia Christi: sicut factum fuit in Iudæis, & in Græcis, ita vt pateat omni errori.

† al. sicabitur.

Sextadecima hæresis est, quod sicut Vasthi regina à regno, & coniugio regis Assueri abiecta, electa est Esther humilis, & sancta ad eiusdem regis conubium, & regnum, fecitque rex magnificum conuiuium cunctis principibus, & seruis suis, sic reiecta synagoga, electa est Ecclesia plenitudinis gentium: sicque in sexto statu Ecclesia reiecta Babylone adultera, oportet spiritualement Ecclesiam exaltari, & celebre ac spirituale conuiuium post eius nuptias celebrari.

Esther. c. i. & 2.

Decima septima hæresis est: quod sub mystico Antichristo fienda est subuersio & commotio, per quam tota carnalis Ecclesia terribiliter excitabitur, & commouebitur contra Euangelium spiritum Christi.

† al. excæcabitur.

Decima octaua hæresis est: quod sub mystico Antichristo cadet Babylō meretrix carnalis Ecclesia, quo tempore sancti patres fortiter prædicabunt dicentes, quod ex tunc non est Ecclesia Christi, sed synagoga satanæ, & habitatio demoniorum, quæ ante in corde suo dicebat superbiendo: Sedeo regina in magna præsentia, & gloria, super regnum meum dominor, & quiesco, & vidua nō sum; id est, non sum desuita gloriosis episcopis, & regibus.

Decima nona hæresis est: quæ Romana Ecclesia est mulier illa meretrix magna, de qua agitur in Apocalyp. quæ fuit quondam in statu paganis, &

Apoc. c. 17. & 18.

mi, & postmodum fuit in fide Christi, quæ nunc multus criminibus cum hoc modo fornicata est, quæ merito vocatur meretrix magna, quia à fidei cultu, & à sincero amore, & delictis Christi sponsi sui recedens, adhæret huic sæculo, & diuitiis, & delictis eius, & diabolo, & regibus, & magnatibus, & prælatibus, & omnibus alijs amatoribus huius sæculi.

Vigesima hæresis est: quod magis appropriatè competit doctoribus status tertii generalis, qui est sextus, & septimus, esse spirituales portas a pertas introducentes aperitores, seu explicatores sapientiæ Christianæ, quàm Apostolis.

Multa alia hæreticalia posuit iste frater Petrus Ioannes in epistola prædicta: sed hæc sunt principalia, & ad hæc cætera reducuntur: potius quæ plura alia falsa temeraria, blasphæma, periculosa, præsumptuosa pariter, & infana.

Articuli autem postilla super canonicas, & postilla super Matthæum, continent prædictos articulos in sententiâ, & effectu, de condemnatione Ecclesiæ carnalis Babylonice meretricis magnæ, & exaltatione ecclesiæ spiritualis: sed in speciali ponuntur in postilla super Matthæum duæ hæreses, quæ sunt postmodum condemnatæ, una per dominum Clemeatem V. & alia per dominum Ioannem XXII.

1 Prima hæresis est: quod quando vnus militum lancea latus Christi in Cruce pendentis aperuit, quod Christus adhuc erat viuus, & nondum mortuus. Et hæc condemnatur in Clem. de sum. Trin. & fide Cartho. cap. Fidei.

2 Secunda hæresis est: quod Christus, & Apostoli eius non habuerunt aliqua in proprio, nec in communi, nec in rebus, quibus utebantur, habuerunt nisi simplicem vsum facti. Hæc condemnatur in extrauagantibus prædictis, cum inter. & Quia quorundam mentes.

Errores Michaelis de Cæsana.

3 Postmodum vero factis dictis condemnationibus de præfatis hæresibus, & erroribus, & præfertim de hæresibus condemnatis in sepe dictis extrauagantibus, fuerunt condemnatæ hæreses istæ iterum, & consimiles. cõtente in libello fratris Michaelis de Cæsana hæretici Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum, propter hæc causam à ministerio ¶ depositi: quem fecit contra dominum Ioannem XXII. prædictum, vocas eundem dominum Ioannem Papam, Ioannem de Caturco hæreticum, gerentem se pro Papa in Auinione: qui dominus Ioannes eundem fratrem Michaelem deposuit, & suum libellum, & contentos in ipso dictos errores condemnauit, & cõdemnando doctrinam eius hæreticalem, & pestiferam, condemnauit etiam & personam, eum hæreticum promulgando, vt patet in extrauagante eiusdem domini Ioannis XXII. quæ incipit: Quia vir reprobis Michael de Cæsana, & Magister ¶ Generalis ordinis Fratrum Minorum.

Errores Ioannis de Parma.

4 Aduertendum tamen, quod ante cõdemna-

tionem prædictorum librorum editorum à prædicto fratre Petro Ioanne factam Auinione per dominum Papam Ioannem XXII. dominus Alexander Papa III. condemnauit Romæ quædam librum, Euangelium æternum communiter appellatum: cuius auctor fuit, vt fertur communiter, quidam frater Ioannes de Parma licus monachus: in quo libro sequentes hæreses & errores sunt reperti.

Primus error est: quod doctrina Abbatis Ioachim excellit doctrinam Christi, & consequenter nouum, & vetus testamentum.

B Secundus error: quod Euangelium Christi non est Euangelium regni, & ideo non est ædificatorium.

Tertius error: quod nouum testamentum est euacuandum, sicut vetus est euacuatum.

Quartus error: quod nouum testamentum nõ durabit in virtute sua, nisi per sex annos proxime tunc futuros, videlicet vsque ad annum Christi incarnationis Mccx.

Quintus error: quod illi, qui erunt ultra prædictum tempus, erunt in statu perfectorum.

C Sextus error: quod Euangelium Christi aliud Euangelium subdet, & ita pro sacerdote Christi aliud Euangelium succedat.

Septimus error: quod nullus simplex homo est idoneus ad instruendum hominem alium de spiritualibus, & æternis, nisi illi, qui incedunt pedibus nudis.

Octauus error: quod quantumcunq; Deus alligat Iudæos in hoc mundo, illos tamen seruabit, & quibus benefaciet etiam manentibus in Iudaismo: & quod in fine liberabit eos ab omni impugnatione hominũ, etiã in Iudaismo manentes.

Nonus error: quod Ecclesia nondum peperit nec pariet filios ante finem regni temporalis, & si nieriur per sex annos tunc proxime sequentes.

Et per hoc datur intelligi ibidẽ, quod religio Christiana, quæ iam multos peperit vocatos ad fidem Christi, non est Ecclesia.

Decimus error: quod Euangelium Christi neminem perducit ad perfectum.

Vndecimus error: quod adueniente Euangelio Spiritus sancti, siue clarescete opere Ioachim (quod ibidem dicitur Euangelium æternum, siue Spiritus sancti) euacuabitur Euangelium Christi.

E Duodecimus error: quod spiritualis intelligentia noui testamenti non est commissa Papæ Romano, sed tantum litteralis.

Et per hoc datur ibi intelligi, quod Ecclesia Romana non potest iudicare de spirituali intelligentia noui testamẽti; & si iudicat, temerariũ est eius iudiciũ, & ei non est acquiescendũ; quia Ecclesia Romana (vt dicunt) animalis est, & non spiritualis.

Tertiadecimus error: quod recessus ecclesiæ Græcorum à Romana Ecclesia fuit bonus.

Sup. pag. 7.

Hæbetur inf. q. 15. huius parcis.

¶ al. magisterio.

¶ al. Ministe.

Et per hoc datur intelligi, quod viri spiri-
rituales non tenentur obedire Romanæ
Ecclesiæ, nec acquiescere eius iudicio.

Quartusdecimus error: quod tertius ordo cle-
ricorum, qui secundum prædictum librum est
ordo religiosorum, non tenetur se exponere
morti pro defensione fidei, aut conseruatione
cultus Christi, sed secus de alijs hominibus.

Quintusdecimus error: quod populus Græ-
cus magis ambulat secundum spiritum, quam
populus Latinus.

Et per hoc datur intelligi, quod popu-
lus Græcus magis est in statu saluando-
rum, & magis est adhærendum ei, quam
populo Romanæ Ecclesiæ.

Sextusdecimus error: quod sicut filius opera-
tur salutem populi Romani siue Latini, qui si-
lium repræsentat: sic pater operatur salutem po-
puli Græci, qui Spiritum repræsentat.

Et per hoc datur intelligi: quod pater
saluum faciet populum Grecum, & Iudai-
cum: qui spiritum repræsentant.

Decimusseptimus error: quod sicut veniente
Ioanne Baptista, ea quæ præcesserunt, refutata
sunt necessario, propter noua superuenientia: ita
adueniente tempore Spiritus sancti, siue tertio
statu mundi, ea quæ præcesserunt, refutabuntur
necessario, propter noua quæ superuenient.

Ex quo datur intelligi, ibidem, quod
nouum testamentum refutabitur, & vetus
projicietur.

Decimus octauus error: quod Spiritus san-
ctus aliquid recipit ab Ecclesiâ, sicut Christus
in quantum homo accepit à Spiritu sancto.

Decimus nonus error: quod Christus, & Apo-
stoli eius non fuerunt perfecti in vita contem-
platiua.

Vicesimus error: quod actiua vita vsq; ad tẽ-
pus Abbatis Ioachim fructuosa fuit: sed nũc fru-
ctiuosa non est: contemplatiua vero vita ab ipso
Ioachim fructificare cœpit, & amodo in perfe-
ctis successoribus eius perfectius manebit.

Et per hoc datur intelligi ibidẽ, quod
ordo clericorum, ad quem pertinet vita
actiua, amodo non fructificabit in ædifica-
tione Ecclesiæ, & conseruatione; nec om-
nino in regimine; sed ordo monachorum
in his fructificabit.

Vicesimus primus error: quod aliquis de ordi-
ne religiosorum futurus est, qui præferetur om-
nibus dignitate, & gloria, in quo implebitur pro-
phetia, & promissio Psalmistæ dicentis: Hunc
cecidit mihi in præclaris: etenim hæreditas
mea præclara est mihi.

Vicesimus secundus error: quod ille ordo in
quo complebitur prædicta promissio Psalmistæ
nunquam conualecet, quando ordo clericorum desi-
nerit petire.

Vicesimus tertius error: quod ille ordo paruu

lorum est, in quo complebitur promissio prædi-
cta Psalmistæ.

Vicesimus quartus error: quod sicut in primo
statu mundi fuit commissum regnum, seu regi-
men totius Ecclesiæ à Patre aliquibus de ordine
coniugatorum, in quo auctorizatus fuit ille or-
do: sic etiam in tertio statu mundi committetur
alicui, vel aliquibus de ordine monachorum à
Spiritu sancto, in quo vel quibus ab ipso gloria-
bitur ille ordo.

Vicesimus quintus error: quod illi, qui præsit
collegijs monachorum, in diebus istis cogitare
debent de recessu à sæcularibus, & parare se ad
reuertendum ad antiquum populũ Iudæorum.

Vicesimus sextus error: quod prædicatores,
qui erunt in ultimo statu mundi; erunt maioris
dignitatis, & auctoritatis, quam prædicatores
primitiue Ecclesiæ.

Vicesimus septimus error: quod prædicatores,
& doctores religiosi viri quando infestabuntur
à clericis, transibunt ad infideles, & timendum
est ne ad hoc transeant, vt cogant eos in prælium
contra Romanam Ecclesiã, iuxta doctrinã
Ioannis, Apoc. 15.

De Raymundo Lullo, & eius erroribus.

Postea sdominus Papa Gregorius X I. in
Consistorio etiam de consilio fratrum interdi-
xit, & condemnauit doctrinã cuiusdam Ray-
mundi Lulli Catalani mercatoris, de Ciuitate
Maioricarum oriundi, laici, phatistici, imperiti,
qui quãplures libros ediderat in vulgari Catala-
nico, quia totaliter grammaticã ignorabat: quæ
doctrina erat plurimum diulgata, quam credi-
tur habuisse à diabolo, cum eã non habuerit ab
homine, nec humano studio, nec à Deo, cum

Deus non sit doctor hæresum, nec errorum: li-
cet ipse Raymundus asserat in libris suis, q̃ cam
habuit in quodam monte à Christo, qui sibi (vt
dixit) apparuit Crucifixus: qui putatur fuisse dia-
bolus, & non Christus. Quæ doctrina durauit fe-
rè per octauaginta annos quousque scilicet, fra-
ter Nicolaus Emerici ordinis Prædicatorũ Ara-
goniæ Inquisitor ex certis causis habens eandẽ
multum suspectam de hæretica prauitate, illam
multo cum labore transcurrit, & postea præsen-
tauit prædicto Domino Papæ Gregorio viginti
volumina, & causa cõmissa domino Cardinali
Hostiensis, de eius mandato fuerunt per vigin-
ti & ultra Magistros in Theologia diligenter exa-
minata: & tandem de fratrum consilio, vt verè hæ-
reticalia condẽnata, & tota doctrina generaliter
interdicta: quæ doctrina continebat plus quam
quingentos articulos erroneos, de quibus, vt pro-
lixitati parcatur, centum præsentibus inseruntur.

Primus articulus est: quod Deus habet multas
essentias. In lib. de philosophia amoris.

Secundus: q̃ in diuinis essentia nõ est otiosa,
sed essẽtiat, & natura naturificat, bonitas bonifi-
cat, & infinitas infinificat, & æternitas æternifi-
cat.

Raymundi
Lulli errores

cat. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. super primo sententiarum. q. 2.

Tertius: quod sicut leo se habet ad leonificandum, & homo ad hominificandum: sic & multo plus diuina natura se habet ad naturificandum, & diuinitas ad diuinitificandum. In lib. super primo sententiarum. q. 2.

Quartus: quod sicut diuina natura requirit agere intrinsecè, scilicet, naturare: sic sua bonitas requirit bonificare, magnitudo magnificare, aternitas aternificare, & sic de alijs, cum sint cum ipsa natura vnum numero. In lib. super primo sententiarum. q. 2.

Quintus: quod sicut Deus naturale habet intelligere, & amare intrinsecè: ita intrinsecè habet naturale bonificare, aternificare, possificare & virtuosificare. In lib. super primo sententiarum. & in lib. de centum Dei nominibus.

Sextus: quod quia non est altera aternitas nisi Dei, oportet, quod substantia se habeat, ut suppositum aternans, ut de seipsa producat aternum bonum. In lib. contemplationum.

Septimus: quod in diuinis est dare commune suppositum, quod respondet secundum suam naturam rationibus diuinis in producendo bonum. In libro contemplationum in pluribus locis, & in lib. de septem arboribus.

Octauus quod in diuinis sunt tres personae, & non plures, nec pauciores, scilicet, vnus, vnibilis, & vnire: deificans, deificabilis, & deificare: aternificans, aternificabilis, & aternificare. In lib. de septem arboribus.

Nonus, quod in diuinis deificatiuus, bonificatiuus, & aternificatiuus, virtuosificatiuus, possificatiuus, & in amore intellectiuus est Pater deificabilis, bonificabilis, aternificabilis, virtuosificabilis, possificabilis: & in amore intelligibilis est Filius: sed deificare, bonificare, aternificare, virtuosificare, possificare, & in amore intelligere, est Spiritus sanctus. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. de vij. arboribus.

Decimus: quod essentia & natura Dei patris generat filium. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. de ecclesiasticis prouerbijs.

Vndecimus: quod Deus pater est antequam Deus filius. In lib. de vij. arboribus.

Duodecimus: quod Deus pater, in quantum pater, est suppositum singulare, sed in quantum respondet iuis rationibus ad procedendum filium, est suppositum commune. In lib. de 7. arboribus.

Tertiusdecimus: quod si Deus non fuisset pater, non potuisset esse pater aternitatis, cuius est pater. est, in quantum eam dedit filio per generationem. In lib. de ecclesiasticis prouer.

Quartusdecimus: quod Deus pater est multiplicabilis, & Deus filius conformiter. In lib. de cõtritione, confessione, satisfactione, & oratione.

Quintusdecimus: quod Deus filius est à Deo patre totus generatus, & tota eius essentia, & natura. In lib. orationum.

Sextusdecimus: quod Deus filius sic essentia liter est de essentia productus, sicut personaliter de persona. In libro super primum sententiarum.

rum, quæst. 4.
Decimusseptimus: quod Dei filij essentia relata ad personam filij sic est genita, sicut est ingenta essentia patris relata ad personam patris. In lib. super 1. sent. q. 24.

Decimusoctauus: quod Deus, qui est filius deitatis, est pater hominis deificati, propter hoc ut deificare patri assimilatur. In lib. de centum Dei nominibus.

Decimusnonus: quod Spiritus sanctus est conceptus de patre, & filio. In lib. de ecclesiasticis prouerbijs.

Vigésimus: quod Spiritus sanctus procedit à patre, & filio, ut æqualis sit patri, & filio, ita quod habeat duas passiones, vnã scilicet à patre, & alia à filio, sicut pater habet duas actiones, & filius vnã actionem, & vnã passionem. In lib. de 7. arboribus, & in lib. super 1. sent. q. 12.

Vigésimus primus: quod duæ passiones Spiritus sancti sunt de tota actiuitate patris, & stant sicut vna persona, sicut duæ actiuitates vnum principium. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus secundus: quod de patre, filio, & Spiritu sancto sic est, quod quilibet eorum statim cõpletus, sicut alius, & stant omnes tres vnus Deus nõ distincti in aliquo. In lib. de cõfessione cõtritione, satisfactione, tempore, & oratione.

Vigésimus tertius: quod tantum sunt tres personae diuinæ in vnione, quod nulla illarum trium potest aliquid agere intrinsecè sine alijs: quia nec generare, nec spirare. In lib. contempl.

Vigésimus quartus: quod generatio, & processio non possunt esse in diuinis, per vnã vel duas personas solum minus de omnibus tribus. In lib. de contempla.

Vigésimus quintus: quod stante filio de toto patre, & stante Spiritu sancto de totis ambobus sine aliqua conditione contrarietatis, stat eorundem distinctio, & concordia in maiori parte. quæ potest esse, & tres personae diuinæ distinguuntur maiori distinctione, quæ potest esse. In libro de 7. arboribus.

Vigésimus sextus: quod sicut inter patrem, & filium in diuinis est maior vnitas, & concordia, quæ potest esse, sic inter eos est maior distinctio, quæ potest esse. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus septimus: quod male faciunt illi, qui dicunt, quod inter patrem, & filium, & Spiritum sanctum non sit tanta distinctio, quanta est inter Deum, & equum, cum inter diuinas personas sit maior concordia, quæ inter Deum, & equum: quæ maior concordia non potest esse sine maiori distinctione personarum. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus octauus: quod extra Deum differentia est maior in pluralitate, & concordia in vnitate, sed in Deo est æqualitas in differentia, & vnitate. In lib. amati, & amiet.

Vigésimus nonus, quod in quantum filius in diuinis est distinctus à Patre, & Spiritu sancto personaliter, potest esse incarnatus sine hoc quod illi non sunt incarnati: sed in quantum omnes tres personae sunt vna essentia, & natura, oportet quod Pater, & Spiritus sanctus sint ita veraciter homo per

per incarnationem, sicut Filius. In li. 7. de arbo.

Trigesimus: quod unitas naturæ, & essentia diuina facit stare æqualiter tres personas diuinas hominem deitatum. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus primus: quod in persona filii Dei accepit natura humana participatione cum persona Dei patris, & Dei Spiritus sancti. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Trigesimus secundus: quod tunc quando Filius Dei accepit humanam naturam, produxit personam hominem in sua persona: sic in amando esse hominem, sicut produxit cum Patre Spiritum sanctum. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus tertius: quod esse humanum est nobilior esse, quod Deus creauit, & homo melior creatura, quæ sit: & sicut essentia diuina est summum esse in bonitate, ita Filius Dei fuit incarnatus in meliori esse, quod sit post diuinum esse. In lib. contempla.

Trigesimus quartus: quod diuina natura, quæ est Filius Dei, uoluit esse induta de humana natura, quæ est Christus homo. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus quintus: quod Deus pro humano genere saluando sine hoc quod humanum genus non petiuit veniam, uoluit ei indulgere per incarnationem, quam accepit misericordia, quæ est Deus. in lib. de 7. arboribus.

Trigesimus sextus: quod si humana natura potuisset elongare à diuina natura, & eam fugere, ut non incarnaret se in ea, fecisset: sed natura diuina accessit ad humanam naturam, & incarnauit se in illa in lib. contempla.

Trigesimus septimus: quod natura diuina in Christo uita humanitati à peccato originali purificauit, custodiuit, & mundauit eius humanitatem, ut non esset in ea. in lib. contemplationum.

Trigesimus octauus: quod in Christo sunt tres naturæ, scilicet diuina, anima rationalis, & corpus humanum; & propter quamlibet istarum naturarum est rex, nam propter naturam diuinam est rex diuinus, & æternus, propter animam rationalem est rex omnium spirituum creatorum, & creabilem, sed propter corpus humanum est rex totius corporalis naturæ. in lib. de Benedicta tu.

Trigesimus nonus: quod substantia Christi humanitatis distinguitur in tres res, scilicet, animam, corpus, & spiritum, qui exit à duobus, scilicet, à corpore & anima. in lib. contempla.

Quadragesimus: quod anima Christi diligit suam formam, & suam materiam: quæ forma anime Christi est nobilior, pulchrior, melior, & honorabilior forma quæ sit; nec alia forma aliarum creaturarum habent tantam uirtutem, sicut habet sola forma anime Christi: in qua propter eius pulchritudinem illi, qui sunt in paradiso, habent magnam gloriam. In lib. contempla.

Quadragesimus primus: quod per Christum principaliter est mundus creatus de nihilo. in lib. de centum Dei nominibus.

Quadragesimus secundus: quod diuina natura, & humana in Christo sunt magna in differentia & concordia; & tam magna, quæ sicut est concordia maior, quam alia concordia, quæ sit inter

A creatorem, & creaturam, oportet quod sit differentia maior inter diuinam naturam, & humanam in Christo, quæ aliqua differentia, quæ sit inter creatorem, & creaturam. in lib. de 7. arboribus.

† Videtur his decessit dicitio ita.

Quadragesimus tertius, quod inter uerbum diuinum, & animam, quam assumpsit, est magna concordia per coniunctionem, & unionem; & ita magna, quod uerbum est anima, & homo, & homo est uerbum cum omnibus partibus suis, & uerbum conuertitur cum anima. in lib. super primo senten. q. 7.

Quadragesimus quartus: quod anima Christi est instrumentum, & uerbum est agens, & ideo mediante anima Christi uerbum comprehendit, & non immediate. in lib. 3. sententiarum. q. 17.

Quadragesimus quintus: quod Christo ita fuit leue in die passionis sue dolores sustinere, sicut dicere. in lib. contempla.

Quadragesimus sextus: quod tota humana natura Iesu Christi in passione penam habebat, & tota diuina natura penam eius sentiebat. in lib. de ecclesiasticis prouer.

Quadragesimus septimus: quod corpus Christi stans in Cruce fuit mortuum, in quantum anima dimisit illud, & non fuit mortuum, in quantum deitas ab eo non recessit; nec coniunctio diuina natura, & humana fuit diuisa: remansit ergo Christus uiuus, & mortuus: fuit mortuus secundum naturam naturalem, sed remansit uiuus supra naturam naturalem. in lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus octauus, quod mortuus fuit Christus homo secundum mortem humanam; sed remansit homo Deus, in quantum Deus remansit homo. in lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus nonus, quod resurrexit Christus propter hoc, ut esset homo coniunctus ex anima, & corpore, sicut erat homo antequam morte retur; & quando, fuit mortuus, fuit homo, in quantum filius Dei erat homo. in lib. de 7. arboribus.

Quinquagesimus, quod in celo imperiali sunt anime sanctorum, & in illo uident Deum, & contemplantur facie ad faciem, & oculo spirituali ad oculum; & in istis locis inferioribus nulla anima potest uidere nec contemplari Deum sine medio, quod est species phantastica. Est ergo nobilior locus ille superior, quam ille inferior; oportet ergo quod Christus ascenderit corpus suum in altum. in lib. de 7. arboribus.

† al. assumptio.

In quo uidetur intelligere, quod anima Christi usque post ascensionem non contemplantur, nec contemplari potuit diuinam essentiam immediate, & facialiter.

Quinquagesimus primus, quod Dei filius est bonus ratione bonitatis beate Mariæ, quæ est bona per naturam, & naturalem habet proprietatem, quod est bona in seipsa in tantum quod non fecit peccatum mortale nec ueniale, sed habet proprietatem per seipsam faciendi bonum. in lib. de beata Maria.

Quinquagesimus secundus, quod beata Maria relaxat peccatoribus culpas, & peccata, & potest plus peccatoribus indulgere, quàm ipsi peccare, do

R natque

natque virtutes, & merita, fidem, spem, & charitatem, cum quibus habeant homines vitam aeternam. In lib. de beata Maria.

Quinquagesimustertius: quod voluntas beate Mariæ est contra iustitiam, quia non dilexit filij sui mortem, quem Deus cum iustitia interemit: & in hoc est stulta, & inobediens beate Mariæ voluntas. In lib. orationum.

Quinquagesimus quartus: quod Papa est Vicarius beati Petri. In lib. de 7. arboribus: & in lib. contempla.

Quinquagesimus quintus: quod propter peccatum primi hominis totus mundus fuit corruptus, & quantum ad vegetabilia, & animalia, & B alia creata ad seruitium hominis: immo etiam quantum ad dæmones, & etiam angelos. In lib. contemplat.

Quinquagesimus sextus: quod propter peccatum originale corpus hominis, non est dignum, quod sumat usum, & seruitium, ac vitam de plantis, nec de animalibus brutis, quæ sunt creaturæ Dei, in quibus non habet ius aliquis, qui sit contra Deum in lib. de articulis fidei.

Quinquagesimus septimus: quod quia anima rationalis est forma corporis, & mouet corpus ad accipiendam vitam de plantis, animalibus brutis, & alijs rebus ei necessarijs, mouet corpus iniuste contra ius, & rationem. In lib. de articulis fidei. Et quod ille, qui est in peccato, non habet ius in aliqua creatura. In lib. de ecclesiasticis pro uerbis.

Quinquagesimus octauus: quod post peccatum originale Deus, & humanum genus fuerunt in magna contrarietate boni, & mali, virtutis & vitij, veri, & falsi; & illa contrarietas erat ita magna, quod Deus in mundo populum non habebat. In lib. super sententiam. q. 110.

† al. & non. Quinquagesimus nonus: quod Deus consentit, quod homo faciat peccatum veniale, ut non faciat peccatum mortale: alias magis distaret a diuina bonitate, & magnitudine per peccatum veniale quam per mortale: & sic Deus non licentiaret hominem, quod faceret peccatum veniale: quod est impossibile. In lib. sententiam. q. 119.

Sexagesimus: quod Deus peccatorem iuuare non potest, dum suum intelligibile, & amabile sunt infirma, & hoc quia participare non potest per suam bonitatem, & virtutem cum malitia: neque Deus contra iustitiam agere potest. In lib. super 2. sententiarum. q. 47.

Sexagesimus primus: quod anima Iudei, & Sarraeni, qui credit esse in veritate, & non peccat mortaliter in peccato actuali non habebit penam spiritualem. In lib. de 7. arboribus.

Sexagesimus secundus, quod nullus est homo ita utilis, nec ita peccator, qui qualibet hora, quæ velit, non possit esse Dei amicus, & familiaris. In lib. contempla.

Sexagesimustertius: quod homo non debet reclamare ad Deum si non diligit eum: & quod ille facit magnam malignitatem, qui orat Deum sine charitate, in lib. de ecclesiasticis pro uerbis.

Sexagesimus quartus, quod in faciendo bonum

non oportet nos sperare, quod Deus incipiat, quia iam incepit, quando nos creauit, & pro cōseruatione nostra mundum nobis dedit, ut ei seruamus, & cum honoremus. In lib. orationum, & in lib. de philosophia amoris.

Sexagesimus quintus: quod virtus est ita bona & quantitate magna, quod omnis homo potest eam habere pro sua voluntate. In lib. de philosophia amoris, & in lib. de ceterum Dei nominibus.

Sexagesimus sextus: quod nullus homo est qui non possit multiplicare amorem suum & velle, in quantum voluerit, in lib. contempla.

* Sexagesimus septimus: quod de amore diuino quilibet potest habere quantum voluerit, & de Deo quilibet etiam potest habere quantum voluerit. In lib. contemplationum, & in lib. de ceterum Dei nominibus.

Sexagesimus octauus: quod quilibet homo potest Deum contemplari quantum vult, & vbi vult, & quando vult. In lib. contempla.

Sexagesimus nonus: quod quilibet homo de charitate, & spe potest habere quantum vult. In lib. contempla, & in lib. de 7. arboribus.

Septuagesimus: quod homo potest venire ad saluationem per virtutes morales, & quod quilibet homo potest habere de gloria paradisi tantam quantum vult habere omni tempore, quo est in isto mundo, potest eam sibi procurare, & in omni loco in quo sit, potest homo eam lucrari. In lib. de articulis fidei, & in lib. contempla.

Septuagesimus primus: quod homo peccat, & est Deo inobediens, si non facit bonum quod intelligit, quod quidem potest facere, licet illud bonum facere non sit ei mandatum. In libro contempla.

Septuagesimus secundus: quod qui non facit id bonum, quod potest facere, non videtur Deum multum diligere. In lib. contempla, & in lib. de ceterum Dei nominibus.

Septuagesimustertius: quod tantum est impotandum omnipotenti bonum facere, & nolens, quantum si faceret malum; quia homo potens facere bonum, & nolens, semper est in culpa. In lib. de contempla.

Septuagesimus quartus: quod qui non facit totum posse suum ad conuertendum omnes infideles, errat, & debet timere Deum, & est sine charitate. In lib. contempla.

Septuagesimus quintus, quod Deus est ita firmus ad indulgentiam, quod nihil potest indulgentiam impedire nisi desperatio. In lib. de ceterum Dei nominibus.

Septuagesimus sextus, quod Deus habet populo suo tantam charitatem, quod quasi omnes homines mundi erunt saluari, quia si plures essent damnati, quam saluati, misericordia Christi esset sine magna charitate. In lib. de planctu.

Septuagesimus septimus, quod sine charitate non possumus habere aliquam virtutem, sicut si ne oculis non possumus videre. In lib. de doctrina puerili.

Septuagesimus octauus, quod quia omnes homines eiusdem speciei sunt, dignum est, quod homo

homo diligit proximum suum quatum seipsum; & si non facit, eius amor est falsus, & deordinatus: & de hoc est Dei mandatum. In lib. contemplationum, & in lib. de 7. arboribus, & in alio de doctrina puerilli.

Septuagesimus nonus: quod illi, qui non diligunt plura multipliciter, vel pauciter, vel sterilitatem, seu siccitatem, caliditatem, & frigiditatem, & alia, quae fiunt in mundo similia, non diligunt opera diuina, sed contrariantur diuina iustitia. In lib. contemplat.

Octuagesimus: quod homo debet amare Deum quia bonus est, non autem propter vllam rem, quam sibi donet; nec propter indulgere suum peccatum; nec propter hoc, quod ipse non sit damnatus: & qui sic voluerit orare, sentiet se tam altum per suum amare, & per suum intelligere, & memorari, quod non poterit altius ascendere. In lib. de contritione, confessione, satisfactione, & oratione.

Octuagesimus primus: quod illi, qui amant Deum propter hoc ut det eis gloriam caelestem, vel bona temporalia, & timent Deum propter hoc ut non det eis poenam infernalem, vel labores temporales, faciunt de prima intentione secundam, & de secunda primam, & eorum intentio est peruersa, & falsa, & contra Dei intentionem: & non est vnus homo solus, qui fecerit tantum malum sicut id, quod fecit Machometus, qui tot homines misit in errorem; & tamen maius malum sequitur cum homo non habet Deum primam intentionem, quam sit totum malum, quod fecit Machometus: quia maius bonum est in homine vno, qui fortiter diligit Deum per primam intentionem, quam sit malum in omnibus hominibus, qui sunt damnati. In lib. intentionum.

Octuagesimus secundus: quod si Deus dat homini de bonis huius mundi, nec propter hoc, quia dat sibi, & multiplicat bona, homo debet eum diligere plus: quia tantum debet eum diligere, quod plus non possit eum diligere. In libro de arte amatiua.

Octuagesimus tertius, quod inconueniens est, quod verus amor propter aliqua, quae facit homini Deus multiplicet, seu minuat suum amare, quia, postquam Deus inchoauit hominem amare bonitate, magnitudine amore, & sic de alijs, & homo contemplari Deum, non conuenit quod contrarie habeat posse in amare: immo oportet esse tam magna magnitudo inchoandi contemplandi in amore, vestitio bonitate, magnitudine & duratione, & sic de alijs, quod non possit suum amare crescere, nec minui: quia si posset crescere & minui, iam initiare & contemplari non intraret medium amoris. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus quartus: quod tantum desiderat & amat amicus; hoc est homo iustus, bonitatem, magnitudinem, & aeternitatem sui amati, hoc est Dei, quod propter suum amorem se concordant bonitas, magnitudo, & aeternitas in esse vnam essentiam, & naturam, & vnam & eandem rem in numero in amico & amato. In lib. de arte amatiua.

A Octuagesimus quintus: quod amicus, & amatus (scilicet homo iustus & Deus) sunt vna indistincta & inconfusa essentia & natura, in bonitate & magnitudine, & aeternitate. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus sextus: quod si amicus, hoc est homo iustus, non fuisset ipsa substantia sui amati, hoc est Dei, & amatus non fuisset ipsa substantia sui amici, iam eorum gloria non fuisset in magna concordia amoris. In lib. de arte amatiua.

B Octuagesimus septimus: quod amicus & amatus, hoc est homo iustus, & Deus, in quibus non est paruus amor, sed magnus: possunt esse, immo sunt vnus essentia & natura diuina indistincta, & indiuisibilis sine vlla contrarietate, & diuersitate essentiae. In lib. de arte amatiua.

Haec verba replicat frequenter in substantia & effectu, quod amicus & amatus (per quos intelligit Deum dilectum, & hominem diligentem Deum) sunt vna essentia in numero, vna natura, substantia vna, actualitas vna, aeternitas vna, magnitudo sine contrarietate & diuersitate essentiae indiuisibilis, & indistincta. In lib. de arte amatiua.

C Octuagesimus octauus: quod de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, sic est, quod quilibet stat tam completus sicut alius: & stant omnes tres vnus Deus non distincti in aliquo. Et qui sic potest leuare suum orare, & potest tam longo tempore stare sine imaginatione de vlla re temporalis, nulla oratio tantum valet: quia homo stabit totus raptus superius per Spiritum sanctum, non curans de re quae sit hic; & suum orare erit sic verum, quod homo non possit addere in contemplando, nec desiderando. In lib. de contritione, confessione, satisfactione, & oratione.

D Octuagesimus nonus: quod infanti, qui non vult assentiri sacramento confirmationis, non valet sacramentum baptismatis. In lib. contemplationum.

Nonagesimus: quod si homo non est confirmatus, & credit esse confirmatus, est a peccato originali mundatus ratione bonae intentionis, quae consumit culpam & peccatum. In libro contemplationum, & in libro de Ecclesiasticis prouerbijs.

E Vbi dat intelligere, quod peccatum originale non mundatur in baptismo, sed in confirmatione; praesertim quia addit, quod sacramentum confirmationis est inuentum ad hoc, ut infantes per se promittant quod eorum patrini pro eis in baptismo promiserunt, & tunc patrini a promissione, quam fecerunt, sunt totaliter liberati. In libris praedictis, & etiam in lib. de doctrina puerili.

Nonagesimus primus: quod quilibet est obligatus ut sit in ordine matrimonij, uel religionis: quia omnis alius status discordat cum finali intentione.

tionem, propter quam quilibet est creatus. In lib. de doctrina puerili.

Nonagesimus secundus: quod in matrimonio generatur homo cum sanctitate: & quod matrimonium sic ligat, quod nullus debet accedere ad uxorem suam, nisi causa prolis. In lib. de Ecclesiasticis prouerbis.

Nonagesimus tertius: quod existentes in purgatorio non possunt Deum tantum diligere, sicut eum diligere si illas penas non sustinerent. In lib. orationum.

Nonagesimus quartus: quod sicut Deus Pater non addit aliquid in filio generando in eternitate: ita sacerdos non addit aliquid Christo, uiuendo sibi substantiam, quam panis & eius accidentia dimittunt. In lib. de Ecclesiasticis prouerbis. ubi supponit quod ueniat.

Nonagesimus quintus: quod sicut Dei filius non accipit additamentum per esse hominem, ita sacerdos facit, quod sanguis, quem accipit Christus de Domina nostra, non accipit additamentum propter additionem, quam facit cum sanguine calicis. In lib. de Ecclesiasticis prouerbis. ubi supponit, quod sanguis, quem Christus accepit de Domina nostra, & qui est in calice, sint duo sanguines distincti, post uentum.

Nonagesimus sextus: quod omnes articuli fidei, & Ecclesie sacramenta, ac potestas Papae possunt probari, & probantur per rationes necessarias, demonstratas, & euidentes.

Et ipse Raymundus dicit se probare per rationes, quas adducit, quas dicit & reputat esse tales: sed homines in seipso, & peccatores non intelligunt eius rationes. In lib. de articulis fidei. & in lib. contemplationum. In lib. de Ecclesiasticis prouerbis. & in lib. de planctu Raymundi.

Nonagesimus septimus: quod fides est necessaria hominibus insens, rusticis & ministris, & non habentibus intellectum eleuatum, qui nesciunt cognoscere per rationem, & diligunt cognoscere per fidem: & quod homines grossi ingenij, & illiterati, & in seipso, diligunt cognoscere articulos fidei per fidem, & non per rationem: & facilius trahuntur ad veritatem Christianorum per fidem, quam per rationem: sed homo subtilis facilius trahitur per rationem, quam per fidem. In lib. contemplationum.

Nonagesimus octauus: quod ille qui cognoscit per fidem, ea quae sunt fidei, potest decipi: sed ille qui cognoscit per rationem, non potest falli: nam fides potest errare, & non errare. Et si homo errat per fidem, non habet tantam culpam, sicut si erraret per rationem. Et sicut uerius cognoscimus ea, quae uidemus, quam ea, quae palparamus: ita uerius sumus dispositi ad cognoscendum ueritatem per rationem, quam per fidem. Sed sicut palpano aliquando inuenimus ueritatem, ita etiam quando per fidem cognoscimus ueritatem sicut caeci, qui aliquando inueniunt quae uolunt, aliquan-

do non. In lib. contempla.

Nonagesimus nonus: quod interficietes hereticos sunt inuicem, & uiciosi in suo memorari intelligere, atque uelle, quia heretici quando interficiuntur, moriuntur morte sensuali, & morte intellectuali: & Christus uoluit, quod eius discipuli & Apostoli essent homines simplices, & qui non interficerent infideles; propter hoc, ne interficiendo eos sensualiter, morerent etiam eorum animas: heretici autem & infideles sunt eiusdem naturae humanae, sicut ceteri, pro qua humana natura filius Dei assumpsit carnem. In lib. contemplationum.

Centesimus articulus, quod Deus contulit ipsi Raymundo Lullo istam artem & doctrinam generalem in quodam monte: qui sibi apparuit, crucifixus, & contulit eam sibi pro huius saeculi tenebris illustrandis, quae est generalis ad omnem scientiam, & naturalem, & medicinam, & ad iuras: & ualeat specialiter ad destruendum errores. In prologo super lib. sententiarum; & in lib. de planctu Raymundi.

Quamplures, & quamplures alios articulos ponit in suis libris haereticos, erroneos, temerarios, & periculosos, qui digni relatione & memoria non existunt: ut pote qui nulla ratione apparente uel colorata fulciuntur: sed potius temeritati, presumptioni, uoluntati propriae, & ignorantiae multae, & imperitiae inueniuntur.

Horum: certum articulum primum, in duobus codicibus, quorum tamen unus ab alio est extractus, non inuenitur taliter totaliter: sed ut mihi uidetur: qui satis legit, contuli, & perlegi, inuenitur equipollenter, seu consequenter. Qui centum articuli a compilatione viginti Magistrorum praedictorum fuerunt abiecti.

De Lullistis, & eorum erroribus.

Iste Raymundus Lullus multos sequaces habuit, atque habet hodie, qui impudenter doctrinam suam, licet haereticam, & peruersam, atque ab Ecclesia reprobam, totis uiribus sustinent, & defendunt, & defendentes in errores varios incedunt: qui sequaces Lullistae ab isto Raymundo Lullo communiter appellantur.

Haereses autem, & errores istorum Lullistarum isti sunt.

Primus error: quod Raymundus Lullus dogma suum non habuit per hominem, nec per studium, sed per reuelationem Iesu Christi, qui in insula Maioricarum in quodam monte sibi apparuit crucifixus, qui dominus Iesus, illi dogma contulit antedictum.

Secundus error: quod doctrina Raymundi Lulli excellit omnium aliorum doctrinam in bonitate & ueritate, etiam Augustini.

Tertius error: quod Theologi nostri & poris moderni nihil sciunt de uera Theologia.

Quartus error: quod Deus ueram theologiam a theo-

† Al. rudibus.

à theologis modernis temporis propter peccata eorum abfultis, & eam Lullistis ipsis contulit. Quinque error: quod omnes doctrina: destruentur nisi doctrina Raymundi Lulli, quæ perpetuò remanebit.

Sextus error: quod tempore Antichristi nos theologi apostatabimus à fide, & tunc Lulliste ipsi per doctrinam istius Raymundi reducent Ecclesiam ad fidem catholicam.

Septimus, quod doctrina veteris testamenti attribuitur Deo patri, doctrina noui testamenti Deo filio; sed doctrina Raymundi Lulli, Deo Spiritui sancto.

Octauus error: quod doctrina Raymundi Lulli non potest haberi nec per studiū, neque per hominē, sed tantum per Spiritus sancti reuelationem.

Nonus error: quod doctrina Raymundi Lulli sic ab eius sectatoribus per Spiritus sancti reuelationem habetur, quod in triginta, quadraginta, quinquaginta sexaginta horis habetur.

Decimus error quod doctrinam ipsius Raymundi Lulli nullus intelligit, nec intelligere potest, nisi soli Lullistæ ipsi.

Vndecimus error: quod dominus Gregorius Papa xi. qui doctrinam Raymundi Lulli in viginti eius voluminibus contentam, vt hereticalem in ducentis articulis a uinione in Consistorio condemnauit, totamque generaliter vt suspectā vehementer de heresi cunctis h' d' libus interdixit, factum collegium, quod consensit; Cardinalis Hostiensis, qui commissarius in illa causa fuit; Magistri in Theologia ultra viginti, qui ad condemnationem prædictam consilium præstiterunt, isti doctrinam istam non intellexerunt, decepti sunt, & turpiter errauerunt.

Duodecimus error: quod Raymundus prædictus est in celis beatus, & pro tali habendus a suis sectatoribus, & nominandus.

COMMENT. XXXIII.

Omnes hæc quæstiones, in quibus particulares quorundam errores recensentur mirabilè habent fructum, & Theologis & Inquisitoribus præsertim sunt valde vriles, ad quos spectat (vt supra monui) non modo catholicas veritates noscere, sed et oppositas falsitate intelligere, ut muneris suo rectius satisfaciant. Docet autem Emericus qui fuerint damnati, propter quid, item à quibus Romanis Pontificibus: nos singulorum historias breuiter more nostro recensimus.

In primis tamen id est, tum in hac quæstione, tum in alijs multis huius operis, in quibus Emericus multorum errores & hæreses commemorat, diligenter obseruandū, eam non putare omnes articulos, quos enumerat vere hereticos esse, id enim manifeste falsum sepe apparet, sed per errores latiori quadam verbi significatione comprehendit varios propositionum in fide peccantium gradus, seu qualitates, de quibus breuiter egimus paulò ante super q. 3. huius partis: nam & concilium Constantiense, & Martini quinquies in eodē Concilio errores Joannis Vireliffi, & Joannis Huss, dānant: nihilominus tamē non

omnia eorū dogmata seu articuli damnantur, vt vere hereticales, sed quidam vt blasphemis, quidā scādaloſi, quidam piarū auris offensiuus, quidā denique aliarum qualitatium, vt constat ex eodem concilio Constantiensi, Sess. 15. & ex Epistola Martini quinti relata in eodē concilio Sess. 45. & inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis in sine huius operis, ita prorsus Emericus dū articulos hereticales nominat, aliarū qualitatū propositiones non excludit, neque. n. vir tam doctus tam est imperius.

a. Et ante condemnationem statim dictorum errorum factam per Dominum Benedictū duodecimum in extrauaganti, Benedictus Deus. Prius legabatur per dominum Benedictum vndecimum caterum ex his quæ diximus supra super dicta extrauaganti, Benedictus Deus relata in hac 2. parte. pagi. 127. constat apertissimè eam Benedicti duodecimi esse: quare cōdemnatio facta per dictam extrauagantem omnino subsecuta est condemnationem factam hic per Joannem xxii. cum Benedictus duodecimus post Joannem xxii. Pontificatum gesserit.

b. Idē dominus Ioannes xxii. condemnauit, & c. post illam Fratris Petri Ioannis ordinis Fratrum Minorum. Gabriel Prateolus lib. 14. c. 26. de vitis & sectis hereticorum, ait hunc Petrum Joannē Cuius temporibus Cælestini Papæ III. circa annū Domini MCCCIX. At Emericus infra in hac 2. par. q. 15. cum insurrexisset in prouincia Narbonæ temporibus Clementis V. hoc est circa annū Domini MCCCXI. testatur; quod ipsum asserere etiam videtur non obscure Alfonso Castrius lib. 2. aduersus hæreses, verbo, Anima, hæresi 1.

Fuit Petrus Joannes Monachus ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci natus in oppido quodam Ciriaco diocesis Biterren. valdeque studuit doctrinæ Abbatis Joachim, de quo egimus supra parte 1. super cap. Damnamus, de summa trinit. cuius etiam Joachim errores tenaciter sequebatur, quos late refert & confutat Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Abbatis Joachim, & Petri Joannis. Hic Petrus, commentarios scripsit in Apocalypsim, Euangelium Matthæi, & Epistolas Canonicas, quos hic Emericus Apostolicam, sine postillam vocat plenos, vt referunt doctores, & somnūs, & mēdacijs, ac vanitatibus, & hæresibus. Idē Prateolus præcitato loco scribit hunc Petrum Joannem de iussu & mandato Cælestini Tertij post mortem exhumatum, & hereticum omnium sententia & calculo declaratum, & eius ossa rogo imposta ac combusta fuisse; quod tamē falsum esse videtur, eū nec tempore Cælestini Tertij, ac nec multis quidem postea annis ortus fuerit hic Petrus: nam à Cælestino tertio vsque ad Clementem V. cētum annos intercesse constat. Prateolus vero ideo fortassis in hoc deceptus est, quia cum apud Guidonem Carmelitam vidisset simul recēseri hæreses Abbatis Joachim & Petri Joannis, & Abbas Joachim vixit circa tempora Cælestini Tertij; putauit Petrum Joannem eisdem temporibus extitisse. Quare verius est eum tempore Clementis V. exortum circa annū Domini MCCCXI. & per Joannem xxii. qui proximè in Pontificatu successit Clementi V. ad annos Domini MCCCXVI. condemnatam eius doctrinam,

legabatur per dominum Benedictum vndecimum caterum ex his quæ diximus supra super dicta extrauaganti, Benedictus Deus relata in hac 2. parte. pagi. 127. constat apertissimè eam Benedicti duodecimi esse: quare cōdemnatio facta per dictam extrauagantem omnino subsecuta est condemnationem factam hic per Joannem xxii. cum Benedictus duodecimus post Joannem xxii. Pontificatum gesserit.

Idē dominus Ioannes xxii. condemnauit, & c. post illam Fratris Petri Ioannis ordinis Fratrum Minorum. Gabriel Prateolus lib. 14. c. 26. de vitis & sectis hereticorum, ait hunc Petrum Joannē Cuius temporibus Cælestini Papæ III. circa annū Domini MCCCIX. At Emericus infra in hac 2. par. q. 15. cum insurrexisset in prouincia Narbonæ temporibus Clementis V. hoc est circa annū Domini MCCCXI. testatur; quod ipsum asserere etiam videtur non obscure Alfonso Castrius lib. 2. aduersus hæreses, verbo, Anima, hæresi 1.

Fuit Petrus Joannes Monachus ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci natus in oppido quodam Ciriaco diocesis Biterren. valdeque studuit doctrinæ Abbatis Joachim, de quo egimus supra parte 1. super cap. Damnamus, de summa trinit. cuius etiam Joachim errores tenaciter sequebatur, quos late refert & confutat Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Abbatis Joachim, & Petri Joannis. Hic Petrus, commentarios scripsit in Apocalypsim, Euangelium Matthæi, & Epistolas Canonicas, quos hic Emericus Apostolicam, sine postillam vocat plenos, vt referunt doctores, & somnūs, & mēdacijs, ac vanitatibus, & hæresibus. Idē Prateolus præcitato loco scribit hunc Petrum Joannem de iussu & mandato Cælestini Tertij post mortem exhumatum, & hereticum omnium sententia & calculo declaratum, & eius ossa rogo imposta ac combusta fuisse; quod tamē falsum esse videtur, eū nec tempore Cælestini Tertij, ac nec multis quidem postea annis ortus fuerit hic Petrus: nam à Cælestino tertio vsque ad Clementem V. cētum annos intercesse constat. Prateolus vero ideo fortassis in hoc deceptus est, quia cum apud Guidonem Carmelitam vidisset simul recēseri hæreses Abbatis Joachim & Petri Joannis, & Abbas Joachim vixit circa tempora Cælestini Tertij; putauit Petrum Joannem eisdem temporibus extitisse. Quare verius est eum tempore Clementis V. exortum circa annū Domini MCCCXI. & per Joannem xxii. qui proximè in Pontificatu successit Clementi V. ad annos Domini MCCCXVI. condemnatam eius doctrinam,

In primis tamen id est, tum in hac quæstione, tum in alijs multis huius operis, in quibus Emericus multorum errores & hæreses commemorat, diligenter obseruandū, eam non putare omnes articulos, quos enumerat vere hereticos esse, id enim manifeste falsum sepe apparet, sed per errores latiori quadam verbi significatione comprehendit varios propositionum in fide peccantium gradus, seu qualitates, de quibus breuiter egimus paulò ante super q. 3. huius partis: nam & concilium Constantiense, & Martini quinquies in eodē Concilio errores Joannis Vireliffi, & Joannis Huss, dānant: nihilominus tamē non

Errinam, & errores, ac iubente eodem domino Papa Joanne xxii. post mortem fuisse exhumatum & combustum, si vera sunt, quae amotatur infra in hac 2. parte super q. 26. quae mihi non videtur à veritate abesse. Bernardus tamen Lutzeburgus in catalogo hereticorum lib. 3. in verbis, Petrus Ioannes ait tempore Clementis Sexti circa annos Domini MCCCXLVI. de mandato eiusdem Pontificis post mortem hereticum declaratum, exhumatum, & combustum fuisse hunc Petrum Ioannem.

Iam illud etiam constat quosdam peculiare errores huius Petri Ioannis, videlicet quod paruulis in baptismo gratia & virtutes non conferantur: item quod anima rationalis in quantum rationalis, non est forma corporis: item quod Christo uicentis et non mortuo fuit lancea aperitum latus: per Clementem V. in Concilio Viennensi fuisse condemnatos, ut habetur in Clem. 1. de Summa Trinit. & fide catho. quos etiam refert Eymericus in varijs locis huius 2. partis, & Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Petri Joannis, c. 1. 2. & 3. De eodem hoc Petro Ioanne agit rursus Eymericus infra in hac 2. parte, q. 15. & 26.

c Cotentem in libello Fratris Michaelis de Casana heretici: Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum. Emerfit Michael de Casana tempore domini Joannis xxii. circa annos Domini Iesu Christi MCCCXIII. fuit minister Generalis ordinis Fratrum Minorum superbia tumidus, non facile sanctorum dictis obtemperans: qui nullos genuit proprios, & professus etiam est aliorum errores. Denique usque adeo à via humilitatis, & limitibus modestiae ac obedientiae deflexit, ut etiam in summum Romanum Pontificem Ioannem xxii. acerbe fuerit inuectus. Hunc Michaellem Ioannes Papa xxii. ob insignes hereses dignitate priuauit, & hereticum declarauit, ceterum is noluit resipiscere, neque Ecclesiae iudicio obtemperare: sicut constat ex extraneis Ioannis xxii. incipient. Nuper in Cónsistorio publico. quae habetur inter litteras Apostolicas, in fine huius voluminis, ubi multa de hoc diximus, & iterum infra in hac 2. parte super q. 15.

d Aduertendum tamen, quod ante condemnationem, &c. Sequentia usque ad vers. Postea dominus Papa Gregorius. desunt in tribus codicibus manuscriptis, Bononiensi, Sabellano, & Cardinalis de Gambara, ea habet solus Barcinonensis, quae quia in scripto EymERICI conueniunt, non fuerunt omittenda.

e Quidam frater Ioannes de Parma Italicus Monachus. Hic emerfit circa annos Domini MCL. post condemnatum libellum Abbatis Ioachim ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi anno Domini MCCXV. Hic fuit doctrinae Abbatis Ioachim sectator tenacissimus: nec modo tuebatur errorem Ioachimianum, sed plures etiam alios, quos refert hic Eymericus: hinc ergo Ioannem Alex. III. damnat prope annis Domini MCCCLIII. de hoc Joanne de Parma rursus agit Eymericus infra in hac 2. parte, q. 26. dum ait ab Alexandro III. condemnatum fuisse librum, Euangelium eternum appellatum, quo loco ostendimus alios libros erroneos propter hunc fuisse per Alexandrum III. damnatos.

A f Postea dominus Papa Gregorius xi. &c. ante dixit & condemnauit doctrinam cuiusdam Raymundi Lulli. Prateolus lib. 16. de uicis sectis hereticorum, c. 2. scribit Raymundum hunc Lullium floruisse tempore Alexandri III. Pontificis Romani circa annum MCLX. de quo tamen si breuius, eadem illa scribunt Prateolus pro citato loco, & Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum li. 3. in verbo, Raymundus Lulli. quae hic copiosius recenset Eymericus. Rescriptum autem Pontificum quo Raymundi tractatus interdicuntur, refert Eymericus paulo post in hac 2. parte, q. 26. quo loco continentur alia haec spectantia.

B g Quod eam habuit in quodam monte, &c. Hunc montem Maioricenses hodie Randa vocant est autem propterea in ea insula valde celebris. h Ministralibus. Sabellanus Magistralibus. codex Cardinalis de Gambara. Ministralibus. sed Brengonen. & Bonon. melius habent, Ministralibus. est autem dictio Hispana quae significatur mechanicarum artium artifices, quos Itali vocant Artefani.

i Horum centum articulorum primus, &c. Haec quae sequuntur usque ad quaestionem decimam desunt in tribus codicibus manuscriptis, ea tamen habet Barcinonensis impressus, & propterea sunt etiam impressa.

QVAESTIO X.

De heresibus ab Inquisitoribus Aragoniae damnatis de Domini Papae mandato.

S Y M M A R I V M.

- 1 Articulus hereticalis de sanguine Christi condemnatus.
- 2 Articuli de Sacramento Altaris, & de Virgine reprobat.
- 3 Hereses vigintiduae publice damnatae, & libro combustus.



ECIMA quaestio est: Hereses seu errores condemnati extra curiam Romanam per Inquisitores Aragoniae haereticae prauitatis auctoritate Apostolica & de expresso mandato domini nostri Papae, qui sunt?

E 1 Ad hanc respondemus, quod dominus Clemens vi. informatus per Fratrem Nicolaum Rosselli ordinis Fratrum Praedicatorum Inquisitorem in partibus Aragoniae & Cataloniae, postmodum vero tituli sancti Sixti presbyterum Cardinalem, quod in Catalonia in ciuitate Barcinonae publice praedicabatur, quod in sanguine Christi spatio in Parascue non remanserat diuinitas, nec sanguis ille erat deificatus, habito solemniter Concilio magistrorum, & aliorum peritorum viros, mandauit per suas pateentes litteras dicto Inquisitori, quatenus dictum articulum ut haereticae, & erroneae, faceret publice reuocari, ac solenniter

niter condemnaret: & sic ipse Inquisitor fecit in Ecclesia cathedrali publice Barchinone, dictum articulum vt verè hæreticalem publicè condemnando.

2. Postmodum vero tempore domini Gregorij xj. Frater Nicolaus b. EymERICI Ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus Aragoniæ & Cataloniae antedictis, successor immediatus præfati Fratris Nicolai Roselli ad Cardinalatus apicem assumpti, informauit eundem dominum Gregoriũ, quòd in dictis partibus infrascripti articuli de sacramento altaris, & Beata Virgine publicè prædicabantur: qui dominus Gregorius præhabito multorum consilio magistrorum, mandauit dicto Inquisitori, & prelati omnibus partium prædictarum per suas litteras, de quibus agitur in prima parte huius operis, quatenus illos articulos interdicerent per sententiam excommunicationis in Ecclesijs cathedralibus partium prædictarum: quòd & fecit. Articuli autem taliter condemnati, sunt isti.

Primus: quòd si hostia consecrata cadat, seu proiectatur in cloacam, lutum, seu alium turpem locum, quòd speciebus remanentibus, sub eis esse definit corpus Christi, & redit substantia panis.

Secundus: quòd si hostia consecrata à mure corrodat, seu à bruto sumatur, quòd remanentibus dictis speciebus sub eis definit esse corpus Christi, & redit substantia panis.

Tertius: quòd si hostia consecrata à iusto vel peccatore sumatur, quòd dum species dentibus teritur, Christus ad cælum rapitur, & in ventrem hominis non traicitur.

Quartus: quòd Beata Maria mater Christi in cõceptione filij sui sic fuit gratia plena, quòd ex tunc in gratia nõ profecit, nec proficere potuit.

Quintus: quòd Spiritus sanctus in die Pentecostes veniens in Beatam Virginem Mariam, & Apostolos, gratiam nullam contulit Beatae Mariæ, sed Apostolis: quia sic erat gratia plena, quòd in gratia proficere non valebat.

3. Cõsequenter vero idem dominus Gregorius xi. informatus per eundem Fratrem Nicolaum EymERICI Inquisitorem, & in quibusdam libellis oculariter eidem ostensis continebantur infrascripti articuli, habitoque super illis pluries consilio magistrorum in presentia dominorum Card. sancti Eustachij, & sancti Angeli in palatio domini Papæ in Auinione, & de mandato eiusdè, tandem ipse dominus Papa per suas patentes litteras mandauit eidem Inquisitori, quatenus ipse Inquisitor cum domino Archiepiscopo Tarracõnen. dictos articulos vt hæreticales, & vere erroneos cum suo libello publicè condemnaret, ac condemnatis, dictum libellum traderet ignibus consumendum: & sic factum fuit. Hæreses autem & errores sunt isti.

Prima hæresis est: quòd peruersũ dogma impiissimi Almarici, Arii, Sabellij, & aliorum hæreticorum, non est hæresis de se, nisi tantũ apud illum, qui ipsum eligit animo pertinaci.

Secunda hæresis est: quòd licitum est crea-

turas adorare & honorare, honore & adoratione latriæ absque peccato, immo meritorie in quantum sunt representatiua sui creatoris.

Tertia hæresis est: quòd licet demones adorare & honorare latria meritorie, si representent suum creatorem.

Quarta hæresis est: quòd non tantum absque vicio hæresis, immo etiam absque vilo peccato possunt demones adorari dulia, nisi quia prohibitum est per Ecclesiam Dei.

Quinta hæresis est: quòd æque & melius potest sacrificans demoni excusari ab idolatria, quàm Christianus adorans imaginem Christi, vel sanctorum.

Sexta hæresis est: quòd de iure naturæ adoratio & sacrificium debentur demonibus.

Septima hæresis est: quòd qui victi supplicij Deum negant ore, sed corde adorant, non solum non peccant, immo sunt digni remuneratione.

Octaua hæresis est: quòd laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicitè credendũ, sed sufficit sibi ista conclusio in genere, quòd eredit omne illud quòd credit sancta mater Ecclesia Dei: & ideo quòd si laicus teneat vel credat oppositum alicuius articuli ex ignorantia & tentatione diaboli non peccat.

Nona hæresis est: quòd omnis inobediens præceptis Dei, vel Ecclesiæ, est hæreticus censendus.

Decima hæresis est: quòd omnis peccans mortaliter est propriissime hæreticus.

Vndecima hæresis est: quòd omnis peccans, dum peccat, conformat suam voluntatem voluntati diuinæ.

Duodecima hæresis est: quòd tantum placet Deo mala esse, quàm bona.

Tertiadecima hæresis est: quòd tantum placet Christo Iudæ desperatio, quantum Petri contritio.

Quartadecima hæresis est, quòd nullum legis præceptum in hac vita potest adimpleri.

Quintadecima hæresis est: quòd in hac vita à nullo viatore (vt viator est) charitas potest haberi, nec aliqua virtus.

Sextadecima est: quòd absque charitate infusa Deus potest super omnia diligere meritorie, & absque ea haberi vita æterna de lege communi & secundum leges nunc currentes.

Decima septima hæresis est: quòd quis sine charitate non potest esse fidelis, & per consequens peccans mortaliter, & non habens charitatem, est propriissime hæreticus, quia peccat contra primum articulum fidei.

Decima octaua hæresis est, quòd omnis peccans, in eo, quòd peccat, conformat suam voluntatem voluntati diuinæ, & quòd homines æque conformant suam voluntatem voluntati diuinæ demerendo, sicut merendo, loquendo de voluntate beneplaciti Dei.

Decimanona hæresis est, quòd tantum placet Deo voluntate beneplaciti Iudæ desperatio, quantum Petri contritio, & tantum aliquem esse in fide

R 4 lem.

† In Bononiæ si ita: si reputent suum creatorem.

† Vide quæ diximus supra p. 1. super q. 9. cõm. 24.

† In Bononia quod tantum placet Deo mala, quantum bona.

Hæreticorum

Ara

con-

liber

les seu Arago oritate indato

s. Cle. m Ro istorè odum inalè, publi i spate, nec ni. Co i viro. eto. In eretica e solè. ter

lem, quantum esse fidelem: & tantum mala esse, quantum bona.

Vigesima hæresis est: quod secta iniqui Mahometi est æq; catholica, sicut fides Iesu Christi.

Vigesima prima hæresis est: quod Christus, Apostoli, & omnes Angeli, & omnes beati sunt Schismatici: & quod perfectius est esse schismaticum, quam catholicum.

Vigesima secunda hæresis est: quod solus Pater est optimus; sed Dei filius est bonus in primo gradu, Spiritus sanctus est bonus in secundo gradu: sed omnis creatura est bona in tertio gradu.

COMMENT. XXXV.

Qua in hac questione cum precedentibus & subsequentibus traditur, eo spectant, ut multos articulos hæreticales, aut alterius generis tradat Emericus ut evitentur: hoc enim est eius precipuum institutum. Sed hoc est advertendum, singulis ferè seculis pro qualitate hæreticorum certas quasdam hæreses pullulare, quæ aliis temporibus omnino sint quasi sopitæ & extinctæ: unde Emericus (ut etiam in præfatione huius 2. par. dicebamus) eas in primis commemorat, quæ suo seculo aut vigeabant adhuc aut nondum omnino erant extirpatæ, & oportet animadvertere: ne quis auctorem aut reprehendat, aut miretur cur has adduxerit, alias vero omiserit: quamquæ nullas potest dici omisisse, quæ etiam antiquorum hæreticorum errores numeraverit.

a Quod in sanguine Christi (parlo in Parasceue non remaneret diuinitas, &c.) Sed vere velut hæreticus vel iam olim à sanctis patribus exploratus videtur talis articulus: illi enim iuxta catholicam veritatem aliud semper docuerunt. Augustinus super Ioan. c. 10. tract. 47. Ambrosius & alij, quos refert Magister Sent. lib. 3. dist. 21. §. sicut Augustinus, & tradit luculenter sanctus Thomas. 3. part. q. 50. artic. 2. & 3. unde commune est certissimum catholicorum dogma, videlicet, quod Filius Dei Iesus Christus nunquam dimisit, quod semel assumpsit, ac sibi vniuit.

Iam quantum ad sanguinem, qui de corpore Christi fluxit, spectat, id tenendum est iuxta catholicam fidem quod Beatus Thomas docet part. 3. questio. 54. artic. 2. ad 3. argumentum, & communiter Doctores Theologi.

b Postmodum vero frater Nicolaus Emerici. Quoties de se loquitur auctor, modestè & causa semper sub tertia persona se nominat.

Quod vero asserit de his tribus articulis de recessu Christi ab speciebus sacramentalibus, supra abundè explicatum est par. 1. pag. 44. ubi asserit condemnationem factam per Gregorium XI. & dixi ibidem copiose quæ ad hunc locum pertinent.

c Quod in quibusdam libellis oculariter, &c. Hos libellos hæreticales ediderat quidam Raymundus Neophytus, ut colligitur ex Emerico infra in hac 2. parte, questio. 27. ubi dixi de isto Raymundo.

d Secunda hæresis est, quod licitum est creaturas adorare, &c. Isti omnes errores de adorandis demonibus, à magicis & incantatoribus ori-

A sunt: nam hi ut tuerentur suam damnatam artem, quam ravo exercent absque adoratione & sacrificijs demoni exhibitis, alium errorem de adorandis demonibus aduixerunt, ut vel inde intelligas quæ sit vere dictum à philosopho, 'Dato rno absurdo, multa inde sequi. Idem ferme articuli, aut sane breuiter valde cõsimiles dånati sūt cõmuni sntia per Theologos Parisien. anno Domini MCCCXCVIII. legunturque in fine lib. Sententiarum Petri Lombardi in quibusdam libris recenter impressis, de quibus dicam copiosius infra in hac 2. par. super q. 43.

e Tertia hæresis est, quod licet demones adorare & honorare latria meritorie. Latria vel theosenia, cultus est qui soli debetur Deo. Magister & ceteri communiter Theologi lib. 3. Sent. dist. 9. B. Thom. 2. 2. q. 84. artic. 1. ad primum argumentum, & q. 103. artic. 3. glo. in clem. si dominus, de relig. & venerat. sancto. glos. in c. venerabiles, de consec. dist. 3. Lapis in c. si canonici, de officio ord. lib. 6. et copiose Tabiæsis in sum. verbos, adorare. & Syluester verbos, latria. ex quibus intelliges quàm sine hac impia, quæ adoratione demonum tradantur.

f Quarta hæresis est, &c. possunt demones adorari dulia. Dulia cultus dicitur creaturis exhibitus, non simpliciter, sed propter aliquam excellentiam, ita Theologi, & B. Thomas locis proxime citatis, & adde quos citavi superiori adnotatione. De differentia vero utriusque adorationis præter citatos in proxima precedenti adnotatione, vide Archidiaconum in cap. Venerabiles, de consecra. dist. 3.

g Octava hæresis est: quod laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicite credendum hinc colliges optime conclusisse Emericum par. 1. q. 12. iuxta mentem Beati Thomæ, quæ principia liter ad fidem spectant, quales sunt fidei articuli, ab omnibus explicite tenenda esse neque excusare pravam consuetudinem in contrarium, cum pauci sint qui explicite articulos sciunt.

h Loquendo de voluntate beneplaciti Dei. Theologi lib. 1. Sentent. dist. in c. 45. voluntati re & proprie non metaphoricè dictam, in Deo appellat voluntatem beneplaciti. Item Beatus Thomas, & ibi Cajetanus parte. 1. q. 105. artic. 11. Quam sit autem impium quod hic traditur de Deo volente malum culpa, eleganter docet uterque Thomas, parte 1. q. 19. artic. 9. & Doctores & scholastici lib. 1. sentent. dist. 46.

Olim vero Floriani hæretici, inter alios hunc etiam profestabant errorem, dicentes, Deum creare mala; qui cum de malis culpa loquerentur, merito ut hæretici damnati sunt, ut scribit Turrecemata in c. Quidam autem, §. Floriani 24. q. 3. contrarium asserbant Coluthiani, scientes Deum non facere mala; qui cum de malis pœnæ, & naturalibus defectibus id intelligerent, ut præcitato loco ait Turrecemata in §. Coluthiani, iure optimo hæretici habitus sunt, quare Sanctus Augustinus in libro de hæresibus, cap. 66. rellè

E ait utrosque in his dogmatibus diuinitis eloqui resistere. It non

Singulis ferè seculis certas hæreses pullulare.

Caro & anima Christi semel verbo vnita nõquã ab eo fuerit separata.

QUESTIO XI.

De hæresibus damnatis ab Inquisitoribus Aragoniæ sine expresso mandato Papæ.

S Y M M A R I U M.

- 1 Arnaldus de Villanoua medicus celebris.
- 2 Arnaldi de Villanoua errores quamplures.
- 3 Petrus Olerij, & Bonanatus hæretici in Hispania.
- 4 Durandus de Baldach Gerunden. combustus.
- 5 Bonanatus princeps Begardorum impenitens, & relapsus.
- 6 Jacobus Justus Begardus immuratus.
- 7 Exhumata hæreticorum cadavera, & ipsi post mortem condemnati.
- 8 Berengarij Monachi Cisterciens. error.
- 9 Nicolai de Calabria hæreses.
- 10 Bartholomæus Ianouesius hæresiarcha.
- 11 Arnaldus Montanerij hæreticus contumax.

Ndecima questio est: hæreses, & errores, & temeritates, & falsitates cõdennatæ in prædictis partib. Cataloniæ & Aragoniæ per Inquisitores hæreticæ prauitatis auctoritate Apostolica, licet nõ de expresso mandato domini nostri Patri Papæ super illis in speciali factõ; qui sunt?

1 Ad hæc respondemus, quòd tempore domini Papæ Clementis V. fuit in partib. illis quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua: qui condidit multos libellos, in quibus erant quamplures infertæ, & multum periculose hæreses, & errores: quæ Tarraconen fuerunt condemnatæ per fratrem Ioanem de longerio ordinis Fratrum Prædicatorum; & per dominum Gaufredum de Crudillis præpositum in Ecclesia Tarraconen. Vicariumque in eadem, sede vacante: & hoc anno domini MCCCXVII. Errores autem, & hæreses a prædictis (vt prædicatur) condemnatæ cum magno cõsilio Theologorum istæ erant.

Errores Arnaldi de Villanoua.

- 2 Primus error: quòd natura humana a Deo assumpta est æqualis Deo in omnibus bonis suis, & quòd tam alta sit humanitas in Christo, quantum deitas, & tantum possit.
- Secundus error: quòd quæ cito anima Christi fuit vnita diuinitati, statim ipsa anima sciuit omnia, quæ deitas scit: quia aliàs (vt dicebat) non fuisset cum ea una persona, præcipue quia scire est circumstantia pertinet ad suppositum individuale, & non ad naturam.
- Tertius error: quòd Diabolus ingeniose fecit totum populum Christianum deuiare à veritate Domini nostri Iesu Christi, sicque suxit, & euauit populum Christianum, quòd nõ dimisit in eo, nisi pellem idest, apparentiam cultus ecclesiastici, quem fecit ex viu: & fides quam habet,

A est talis, qualis est fides dæmonum. Et quòd totus populus Christianus ducitur in infernum. Et quod Christiani per singulos status palam vita, & moribus, & affectibus ipsum abnegauerunt, & quòd in toto corpore Christi collegij vsq; ad verticem a planta pedis, non solum viuunt, sed regnat, & imperat talis apostasia.

Ioan. 10.

Quartus error est: quod omnes claustrales sunt extra charitatem, & damnantur, & quòd omnes religiosi falsificant doctrinam Christi.

Quintus error est: quòd malè fecerunt Doctores Theologi, qui aliquid de philosophia posuerunt in suis operibus: studiũ philosophiæ, & philosophiam totaliter condemnando.

Sextus error: quòd reuelatio facta Cyrillo, est pretiosior cunctis scripturis sacris.

Septimus error: quòd opus misericordiæ plus placet Deo, quàm sacrificium altaris.

Octauus error est: quod stabiliens capellanas, vel faciens celebrari Missas post mortem, non facit opus charitatis, nec ex hoc meretur vitã eternã.

Nonus error, quòd qui in vita sua scit multum dinem indigentium, & maximè amicorum Dei, & congregat, & retinet superflua ad stabilendũ capellanas, & ad perpetuandũ Missas post mortem, quòd certum est, quòd talis cadit in eternam condemnationem.

Decimus error: quòd in sacrificio altaris sacerdos offerens, vel offerri faciens, nihil Deo de suo offert, neque etiam voluntatem.

Vndecimus error: quòd in elemosyna magis repræsentatur passio Christi, quàm in sacrificio altaris.

Duodecimus error, quòd in sacrificio Missæ non laudatur Deus opere, sed solum ore.

Tertius decimus error: quòd in consultationibus Papalibus non est scientia nisi operum humanorum.

Quartus decimus error: quod nunquam Deus cõminatus est eternam condemnationem peccantibus, sed malum exemplum præbentibus.

Quintus decimus error & falsitas est, quod anno ab Incarnatione Domini MCCCXXXV. esset mundi finis totaliter, & ex toto.

Petrus Olerij, & frater Bonanatus hæretici.

- 3 Item tempore domini Ioan. xxij. insurrexit in partibus antedictis in ciuitate Barchinon. quidam vocatus b Petrus Olerij de Maioricis oriundus, cū quibusdam complicibus suis, & presbytero quodam vocato fratre Bonanato: qui posuit multa de hæresibus, & erroribus Begardorum in scriptis, scilicet, de proprio, & communi: tandẽ Barchinon. per fratrem Bernardum de Podio Certofo Inquisitorem, cum Episcopo Barchinon. fuerunt eorum hæreses, & errores condemnati, & ipsi traditi curiæ seculari, & combusti.

Curandus de Baldach hæreticus

- 4 Item tempore eiusdem domini Ioannis xxij. insurrexit in partibus illis in ciuitate Gerunden si quidam

quidam vocatus Durandus de Baldach cuius Gerundensis cum quodam suo complice, qui dogmatizauit hæreses, & errores Beguardorū, de proprio scilicet, & communi; & vltius, quod matrimonium nō erat, nisi meretricium occultatum: tandē Gerunda præfente domino Iacobo rege Aragoniæ bonæ memoriæ, eius hæreses fuerunt condemnata per dominum Episcopum Gerunden. de Villamarino, & Fratrem Arnaldum Burgeti † Inquisitorē hæreticæ prauitatis: & ipsi ut impenitentes fuerunt traditi curiæ seculari, & ignibus concremati.

† al. burgacsi

Frater Bonanatus Beguardorum dux in Catalonia.

Item tempore domini Benedicti xij. insurrexerunt in eisdem partibus in Villafranca de Penedes, quā plures Beguardi, quorum erat primicerius † & hæresiarca prædictus presbiter, vocatus Frater Bonanatus: qui ante abiurauerat postquam traditus fuerat: ut impenitens seculari curiæ, & iam ex vno latere assatus se finxerat pœnitere. Iste cum prædictis posuerunt hæreses Beguardorum, & tandem per dominum fratrem Dominicum Ferrarium de Apulia ordinis Prædicatorum Episcopum Barchinon. fratrem Guilelmum Consta Inquisitorem hæreticæ prauitatis, fuit eorum congregatio cōdemnata, & domus eorum habitationis in Villafranca diruta, & eorum hæreses condemnata, & dictus frater Bonanatus, ut relapsus, & impenitens traditus curiæ seculari, & ignibus consumatus, complicitibus pœnitentibus, & erroribus abiuratis.

Domus hæreticorum diruta.

Iacobus Iusti hæreticus.

Item tempore Clementis vi. insurrexerunt in Partibus illis, videlicet in Valentia multi Beguardi, quorum erat principalis quidam † vocatus frater Iacobus Iusti, qui dogmatizauerunt in fractis partibus hæreses Beguardorum, & inter alia, quod cōdemnati religiosi, clerici, & laici pro dictis hæresibus tam per dominum dictum Clementem in curiā, quam per Inquisitores in alijs mundi partibus erant beati, & in cælis martyres Iesu Christi: Et tandem hæreses eorum fuerunt Valentia condemnata per fratrem Nicolaum Roselli prædictum Inquisitorem, & postmodum presbiterum Cardinalem, et per dominum Hugonem de Fenouel † Episcopum Valentinum.

† al. Fenouel lo.

Et tres iam mortui, scilicet Guillelmus Gilberti, & Bartholomæus Fusterij, & quidam alius fuerunt exhumati, & ut impenitentes hæretici condemnati. Et dictus frater Iacobus Iusti dictis hæresibus abiuratis extitit immutatus, & ibi mortuus.

Berengarius Hæreticus.

Item tempore domini Innocentij Papæ vi. insurrexerunt in partibus antedictis, videlicet in Monte albo quidam, qui ausi sunt dogmatizare, quod oīa de genere bonorum, quæ fienda sunt, sunt siēda Dei puro amore, & non ex alia causa,

nec spe mercedis æternæ. Iste error ibi inualuit, cuius auctor † fuit frater Berengarius † de Monte Falcone ordinis Cisterciensiu de Monasterio Populeti: tandem iste error fuit condemnatus solemniter, & publicè per Fratrem Sancium Archiepiscopum Tarracon. ordinis Fratrum Minorum, & per dominum Fratrem Nicolaum Roselli Inquisitorem de ordine Fratrum Prædicatorum.

Nicolaus de Calabria, & eius errores.

Item tempore eiusdem domini Innocentij Papæ vi. insurrexit in partibus illis, videlicet in Barchinona, quidam vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus, sed in Hispania conuersatus. Iste publicauit subscriptas hæreses, & errores, qui fuerunt condemnati Barchinon. solemniter, & publicè per prædictum Fratrem Nicolaum EymERICI in illis partibus Inquisitorem: & per dominum Arnaldum de Busquetis Vicarium illis diebus domini Episcopi Barchinon. Errores autem & hæreses isti erant.

Primus error quem posuit, est: quod quidam Hispanus hæresiarca magnus, uocatus Gondifalvus de episcopatu Conxensi oriundus, erat Dei filius in cælis æternaliter generatus, licet videtur patrem, & matrem in terris habuisse.

Secundus error: quod dictus Gondifalvus nūquam moreretur, sed viveret in æternum.

Tertius error: quod spiritus sanctus debebat futuris temporibus incarnari; & tunc ipse Gondifalvus totum mundum conuerteret.

Quartus error: quod in die iudicii Gondifalvus ille oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali, & damnatis in inferno, & eius precibus liberarentur & saluarentur.

Quintus error: quod in homine sunt tria: anima, quam formauit Deus pater: corpus, quod formauit Deus filius; & spiritus, quæ creauit Spiritus sanctus, adducens illud, Formauit Deus hominem de limo terre, & spirauit spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem. Quam plura alia posuit hæreticalia, erronea, falsa, temeraria, & periculosa, propter quæ ut relapsus traditus est barchinio seculari.

Bartholomæus Ianouesius, & eius errores.

Item tempore domini Urbani Papæ v. insurrexit in partibus antedictis, videlicet in Barchinona, quidam † vocatus Bartholomæus Ianouesius, de insula Maioricarum oriundus, qui libellum condidit ac publicauit, in quo multæ hæreses, errores, temeritates, & falsitate sde Antichristo, & eius tempore ponebantur, quas, cum suo libello Dominus Berengarius † Daril † Episcopus Barchinon. & dictus Frater Nicolaus EymERICI Inquisitor, de magno consilio multorum magistrorum in theologia, in sede † Barchinon. publicè cōdemnauerunt, & libellum ibidem tradi fecerunt igni, comburendū, ipso Bartholomæo publicè pan-

ce penitente, & errores publicè abiurante. Hæreses autem & errores, ac falsitates, & temeritates in genere istæ sunt:

Primus error & falsitas, quòd præfigebat certum tempus aduentus Antichristi, in quo per totum mundum sui discipuli apparerent, scilicet in die Pentecostes de anno Domini MCCCCLX.

Secundus error & falsitas: quòd tempore Antichristi cessaret sacrificium in Ecclesia, & alia ecclesiastica sacramenta.

Tertius error & hæresis est: quòd Christiani habètes vltim liberi arbitrij, qui peruenerentur per Antichristum, sic starent immobiliter in erroribus Antichristi quòd nūquã conuerteretur, nec cõuerti possent ad fidem Christi: quia chara cter, quem Antichristus eis faceret in fronte, vel in manu, haberet tantam efficaciam in animab. eorum, quòd in illis erroribus faceret eos immobiler perpetuo permanere: & cõsequenter, qd omnes tales Christiani certitudinaliter damnarentur, & in igne de cælo misso etiam corporali ter morerentur.

Quartus error, & falsitas: quòd pueri paruuli Christianorũ, & etiam Iudæi, Sarraceni, & infideles ceteri tam paruuli, quàm adulti per Antichristum peruersi, post mortem Antichristi omnes conuerterentur ad fidem Christi, sed nõ aliquis adultus de Christianis peruersis: & finaliter tota Ecclesia Dei esset de conuersis Iudæorum, Sarracenorum, et infidelium ceterorum. Quam plura alia erronea, falsa, et temeraria, & fatua posuit, quæ relatione digna non existunt.

Frater Arnaldus Montanerijs hereticus, & eius errores.

12 Item tempore dominorum Innocentij vi. et Urbani v. et Gregorij xi fuit quidam de ordine Fratrum Minorum in partibus antedictis, vide licet in Villa Podij Ceritani, & diocesis Vrgelen. vocatus, Frater Arnaldus Montanerijs, qui publicè prædicabat, & defendebat in fra scriptas hæreses, & errores: Et quia dictus Frater Arnaldus prædictas hæreses noluit abiurare, licet finxit se velle facere, sed fugit: & citatus respõsurus super illis, non comparuit, & stetit in tali pertinacia per annos xix. tandem prædictus Frater Nicolaus EymERICI Inquisitor (consultato primitus domino Papa Urbano v. & demũ Gregorio xi.) & dominus prædictus Berengarius Darili, & tunc Episcopus Vrgelen. dictum fratrem Arnaldum pertinacem hereticum in Sede Vrgelli publicè declararunt, & eius hæreses, & errores publicè condemnarunt. Hæreses autem & errores huius heretici isti erant.

Prima hæresis est: quòd dominus Iesus Christus, & eius Apostoli nihil habuerunt in proprio nec in communi.

Secunda hæresis est: quòd nullus potest damnari, qui deferat habitum beati Francisci.

Tertia hæresis siue error est: quòd beatus Franciscus semel in anno descendit ad purgatoriũ, & extrahit inde animas illorum, qui in hac vita

fuerunt de ordine suo seu ordinibus per eundem institutus, & ducit ad paradysum.

Quartus error: quòd ordo beati Francisci in perpetuum duraret.

COMMENT. XXXVI.

VM dicit hic EymERICUS se agere de hæresibus damnatis per Inquisitores Aragonie sine expresso Papa mandato, non intelligas Inquisitores propria auctoritate posse definire dubia circa fidem. Id enim Romani Pontificis munus est, c. quotiens. 24. q. 1. c. maiores, de baptis. & eius effectu. sed hoc uult, Aragonie Inquisitores sine expresso Papa mandato declarasse hæreses iam damnatas, & iussisse ut iuxta sanctiones Canonicas earum puniretur auctoritas. de quo dixi supra in hac 2. parte super c. ad abolendam, vers. vel singuli Episcopi.

Quid sit Inquisitores dũ nare hæreses.

a Quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua. Hic emerfit circa annos Domini MCCCX. libellos, quos edidit hereticos numerat EymERICUS paulo post. q. 28. huius 2. partis: hic cum nollet se intra medicina terminos continere, dum temere uult etiam Theologiam profiteri, misere labitur. Alchimiam etiam profitebatur, in qua tantum se profecisse iactabat, ut laminas aureas ea arte confectas, diceret omnibus se daturum explorãdas, ut scribit Cassianus in Catalogo glorie mundi, p. 11. consideratione 40. Ceterum ea omnia arte de monum, cum quib. familiaritatem habuisse dicitur, constare creduntur: nam hoc est huic hominum generi valde familiare, ut ex Chymica professione ad demonum inuocatione & pãctiones accedant, ut docuit EymERICUS 3. parte tit. de signis, quibus Necromantici heretici cognoscuntur nu. 115. sed hoc eam distinctione recipit, quam ibi attulsi, scilicet p. 3. uers. sic. Alchimista, ut in pluribus.

Arnaldus de Villanoua hereticus.

Alchymistarum incommodum.

De hoc Arnaldo de Villanoua eadẽ qua hic scribit EymERICUS, recessent Bernardus Lutzeburgus in Catalogo hereticorum lib. 2. uerbo Arnaldus de Villanoua. & Gabriel Prateolus lib. 1. c. 69. de uitis & sectis hereticorum.

b Quidam vocatus Petrus Olerij. Emerfit hic Petrus Olerij ad annos Domini MCCCXX. sequebatur cum Bonanato de quo mox dicemus, hæreses Begardorum, de quib. copiose agit EymERICUS paulo post. q. 15. huius 2. partis, cum de hoc heretico disserit. Bernardus Lutzeburgus in Catalogo hereticorum, lib. 3. uerbo Petrus Olerij, penitus consentit cum EymERICO in hoc loco.

c Quidam vocatus Durandus de Baldach. Idẽ scribit Bernardus Lutzeburgus in Catalogo hereticorum lib. 2. uerbo Durandus de Baldach. Emerfit autem eiusdem Domini Ioannis XXII. tempore idest circa annos Domini MCCCXXIII.

Cauendus est ergo Prateolus qui li. 4. de sectis hereticorum, c. 18. cum de hoc disserit, mire labitur, dicens, hunc uixisse temporibus Henrici V. Imperatoris, & Paschalis II. Romani Pontificis, circa annum Domini MCXVII.

fam in cõdice Bononiens. & in altero Cardinalis de Gambara, pro Durando, legitur, Dacandus.

d Item tempore Domini Benedicti XII. insurre-

surrexerunt in eisdem partibus in Villafraica de Penedes quam plures Begardi, quorum erat primicerius, & c. frater Bonanatus.] in codice Barcinonensi impresso scriptum est hunc Bonanatum tempore Benedicti XI. insurrexisse. quod non est verisimile, cum Bonanatus post Petrum Olerium potissimum congregationi Begardorum, qua in Villafraica de Penedes orta est, praesuerit, & Petrus Olerius vna cum Bonanato tempore Joannis XXII. exierit. qui post Benedictum XI. Pontificatum gessit, Clemente V. interposito: quare verius, & certius habet codex Bononiensis, Bonanatum videlicet tempore Benedicti XII. insurrexisse, qui post Joannem XXII. regnavit ad annos Domini MCCCXXIV.

De hoc Bonanato nemo plura quam hic Eymericus, quem omnino sequuntur Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. ver. Bonanatus. & Prateolus, lib. 2. c. 30. de sectis hereticorum.

Id vero oppidum quod hic dicitur Villafraica de Penedes situm est inter Barcinon. & Tarraco. in recto itinere, quo itur a civitate Tarracon. ad Barcinon. vulgo hodie vocatur. Villafraica de Panades.

Traditus curie seculari si dicat se nolle peccare an recipiendus.

Postquam traditus fuerat ut impenitens seculari curie, & iam ex vno latere allatus, se finxerat penitere.] Olim ita quandoque fieri solitum erat; sed hodie recipiendus non esset ad misericordiam, qui semel esset curiae seculari traditus, etiam si promitteret conversionem: quoniam huiusmodi conversiones non praesumuntur fieri de corde non ficto per dolorem peccatorum, sed per metum praesentis, & urentis ignis: & experientia sepe docuit hos homines ita receptos detestari fieri. Et quamquam postquam traditi semel sunt curiae seculari summo iure, si dicant velle converti, dummodo sint relapsi, recipi possunt, quia nullo iure id prohibetur, nihilominus tamen tutius est, & securius ut nullo modo audiantur, imo in Hispania, novissima quadam Madriliana instructione anno Domini MDLXI. c. 44. salubriter cautum est, ut raro recipiantur etiam illi, qui ante sententiae prolationem in tabulato convertuntur. & tamen si ibi de negatiuis sit sermo, idem in impenitentibus locum habere debebat, qui errores, & confessos, & probatos noluerunt detestari: & haec plana sententia valde mihi aqua semper visa est, cum ante quam producantur illi qui tradendi sunt curiae seculari, omnis sit adhibita diligentia, ut convertantur, iuxta consilium Calderini, de haeret. c. 2. Palacium R. ubi in allegatione de haeresi, s. 4. et Sima tam de catho. instit. 48. nu. 32. & saucius valde prudenter Concilium Biturrensis, c. 17. ut dixi supra in hac 2. parte super concilio Tarracoen. s. Heretici persecrantes. & quod hic tradit Eymericus, iterum repetit 3. p. in 10. & 12. modo processum fidei terminandi, in fine; ubi sentit huiusmodi homines de benignitate posse recipi: id tamen nullo iure esse cautum, & valde periculosum esse huiusmodi homines recipere. Mea haec est sententia, tales nullo modo esse recipiendos: Et pro hac sententia faciunt tradita per Zanchinum tract. de haeret. c. 16. nu. 4.

Quidam vocatus frater Iacobus Iusti, Idem Lutzeburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo, Iacobus Iusti, & Prateolus, lib. 9. c. 4. de sectis hereticorum, vixit autem hic Iustus in usque circa

Domini MCCCXLIII. quidquid dicat Prateolus: nam Pontificatus Domini Clementis V. in hac regione incidit.

Videlicet in monte Albo.] Voces vulgares sepe laimitate donat, ac si vnde par. t. quadoque difficultatem. hic locus celebris est in principatu Catalonia vulgo dicitur Montblanch.

Cuius auctor fuit frater Berengarius de Montefalcone.] Bononiensis, et codex Cardinalis de Gamba. Benegrus, Sabellanus, Benigerius, sed melius, Berengarius, Prateolus, lib. 2. de sectis hereticorum, c. 37. hunc vocat, Bugaunum; sed parum refert. hic emerit circa annos Domini. MCCCII.

Quod vero hic dicit de monasterio Populeti: id hodie in provincia Catalonia longe est ditissimum, dictum vulgo Poblet: cuius frequens est mentio in re canonico sub nomine Populeti.

Quidam vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus.] Hic emerit circa annos Domini MCCCII. homo stultissimus, de quo nemo plura quam hic Eymericus, quem sequitur Bernardus. Lutzeburgus in catalogo hereticorum, libro 2. verbo, Nicolaus de Calabria.

Quidam vocatus Bart. Iomaus Ianouesius.] In Bononiensi, & Sabellano, Ianuensis. in codice Cardinalis de Gamba, Ianouelli. & male, nolimus recedere a Barcinonensi in impresso. Emerit autem hic nebulo circa annos Domini MCCCXIII. de hoc eadem qua hic ab Eymericus, tradit Prateolus, lib. 2. c. 11. de sectis hereticorum.

Vocatus frater Arnaldus Montanarij.] Bononiensis, codex Cardinalis de Gamba Montanarij, & Sabellanus, Montanarij sed nolimus recedere a Barcinonensi in impresso, hic emerit ad annos Domini MCCCII. is ortus est, ut ait Eymericus in villa Podij Ceretani, quod oppidum hodie Catalani vocant, & iuxta Cerdan, novae in ea provinciae.

QUESTIO XI.

De haeresibus Pseudo apostolorum in Lombardia.

S Y M M A R I U M.

- 1 Geraldus Segarelli, & Dulcinus haeresiarum.
- 2 Habitus, & mores eorum.
- 3 Errores viginti Pseudo apostolorum.
- 4 Litterae Honorij IIII. condemnatoriae huiusmodi sectae.

Decima a quaestio est: Haereses & errores Pseudo apostolorum, qui insurrexerunt in partibus Lombardia, ibique sunt per prelatos, & Inquisitores condemnati, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod temporibus do minorum Honorij IIII. Bonifacij VIII. Nicolai IIII. & Clementis V. in partibus Lombardia, videlicet in episcopatu Parmensi, & Novariensi, ac in partibus circumvicinis insurrexerunt duo

duo mali hæresiarchæ, scilicet, Geraldus b Segarelli, Parmensis, & Dulcinus e Nouariensis, qui totam terram illâ suis infra positis erroribus im- plentes, congregationem quâdam fecerunt, quâ Apostolos vocauerunt, qui sub nullius obedi- entia viuebant, sed tantû se esse subiectos soli Deo, & nulli homini; & vitam sequi Apostolorum sin- gulariter asserbant.

Isti publice mendicabant: Christi Apostolos se vocabant: in plateis & vicis ea, quæ sibi appo- nebantur, publice manducabant: panitentiam p- vicos & plateas prædicabant cum mâtello albo ad collum per modum pallij eleuato, & tunica al- ba ac longis crinibus: aliquando vtendo ad pe- des soleis, aliquando nudis pedib. incedebant, & a communi conuersatione fidelium vita & mori- bus dissidentes; singulare se vitâ ducere A- postolicam simulabant, virtus hæresum feminabât, ac plures & quamplures inficiebant: post modû vero eorum vita & status per dominum Hono- rium IV. condemnata sunt per suas patentes lit- teras infra positas. Tandem post quadraginta fere annos quibus eorum error in Lombardia in- ualuit, dictus Geraldus a per e piscopum Patmæ sem, & Inquisitorem fratrem Manfredum ordi- nis Prædicatorum tempore Bonifacij VIII. fuit vt hæresiarcha publice condemnatus, & etiâ cõ- crematus xvij. die Mensis Iulij, anno Domini MCCC. Et post annos octo ipse Dulcinus tan- quam hæresiarcha, & Margarita tanquam hære- tica eius confor in seclere & errore fuerunt pu- blice membratim dilaniati, & postmodum cõcre- mati: & finaliter pro maiori parte cum magna diligentia prælatorû illarum partium, & Inqui- sitorum hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorû ipsorum sccta Pseudoapostolorû fuit ab illis hni- bus extirpata, etiâ congregato exercitu magno Crucis signaculo insignito, & collata per domi- num Clementem V. indulgentia generali.

Hæreses autem & errores ipsorum Geraldî & Dulcini hæresiarcharum, & eorum sequaciû Pseudoapostolorum, isti sunt.

Dulcini & Geraldî hæreses.

Primus error est: q tora auctoritas a domino Iesu Christo tradita & collata Ecclesiæ Roma- næ est omnino euacuata, iam dudû cessauit, pro- pter multam prælatorum: & q Ecclesia Roma- na, quam tenent Papa, & Cardinales; & clerici, & religiosi, non est Ecclesia Dei, sed reprobata Ecclesia, quæ perseuerat hodie sine fructu.

Secundus error: q Romana Ecclesia est illa meretrix, quæ a fide Christi apostatauit, de qua scribit Ioannes in Apocalypsi.

Tertius error: quod tota illa potestas spiritalis, quam Christus dedit Ecclesiæ ab initio, est translata in sectam illorû, qui dicuntur Apostoli seu de ordine Apostolorum: quâ sectam vocant congregatione spiritali, a Deo missam & ele- ctam in istis dieb. nouissimis; & ipsi, & nulli alij (vt dicunt) habent potestatem, quam habuit bea- tus Petrus Apostolus.

A Quartus error: q Geraldus Segarelli de Pat- ma prædictus, qui fuit e principû huius sectæ & aucto, fuit noua planta, pullulans in radice fi- dei: in qua Deus cepit reducere Ecclesiam suam ad conuersationem, & perfectionem, & vitam & statum, & paupertatem Ecclesiæ primitiua; in illo statu, in quo Christus commisit Ecclesiam beato Petro Apostolo.

Quintus error: quod ipsi soli, qui dicuntur A- postoli de prædicta secta seu cõgregatione: sunt Ecclesia Dei, & sunt in illa perfectione, in qua fuerunt primi Apostoli Christi: & ideo non tenentur alicui homini obedire, nec summo Pon- tifici, nec alicui: quia eorum regula, quæ fuit a Christo immediate, libera est, & t̄ perfectissima vita.

† al. & perfe- ctissimum v- cam habet.

Sextus error, quod nec Papa, nec aliquis alius, potest eis præcipere, quod deserant statum illû, seu vitam tantæ perfectionis; nec etiam pote- eos excommunicare.

Septimus error est: q de quolibet statu & or- dine potest quilibet licite transire ad eorum vitam, & statum, seu ordinem, siue sit religiosus siue secularis: ita quod vit sine consensu vxoris, & vxor sine consensu tiri potest relinquere sta- tum matrimonij, & aduolare ad ordinem ipso- rum; & quod nullus prælatus Ecclesiæ Romanæ potest separare matrimonium, sed ipsi possunt.

Octauus error, quod nullus de vita, seu statu, vel ordine ipsorum potest licite intrare alium or- dinem, seu regulam sine peccato mortali; nec po- test se supponere obedientiæ hominis cuiuscun- que: quia hoc esset descendere a vita perfectissi- ma ad minus perfectam.

Nonus error est: q nullus potest saluari nec intrare regnum cælorum, nisi sit de statu seu or- dine ipsorum; quia extra statum, seu ordinem illum deinceps nullus saluabitur.

D Decimus error: quod omnes qui persequun- tur eos, peccant mortaliter, & sunt in statu dam- nationis et perditionis.

Vndecimus error: quod nullus Papa Roma- næ Ecclesiæ potest aliquem absoluere a peccatis, nisi esset ita factus, sicut fuit beatus Petrus A- postolus viuendo in omnimoda paupertate sine p- prio, & in humilitate, non faciendo guerras, nec aliquem persequendo, sed permittendo viuere quemlibet in sua libertate.

Duodecimus error est, quod omnes prælati Romanæ Ecclesiæ tam maiores, quam mino- res a tempore sancti Siluestri, postquam decli- nauerunt a modo viuendi priorum sanctorum, sunt præuicacores, & seductores, excepto fra- tre Petro de Marone, qui fuit Papa Cælestinus appellatus t̄.

† al. aposto- licus.

Tertiusdecimus error est, quod omnes ordi- nes religiosorum, et sacerdotum, diaconorum, et subdiaconorum, & prælatorum sunt ad fidei ca- tholicæ detrimentum.

Quartus decimus: quod laici non tenentur, nec debent dare decimas alicui sacerdoti, seu prælato, Romanæ Ecclesiæ, qui non sit in tanta perfectio- ne & in tanta paupertate, in quâ fuerunt primi Apostoli:

olter: ac rē
ves se
ue dif
Ca.
Mō-
de Gē
me-
arri
mre
LII.
d ho-
m, di-
tu in
ortū
II. bo
ymu
us in
us de
us.]
odice
olui-
autē
l. de
olus
] Bo-
outa-
ijce-
mos
ricus
ata-
mca.
um
cbp.
ysme-
Et er-
urre-
sique
nata s
us do
Nico-
ardis
arian
erunt
duo

Apostoli. Et ideo dicunt, quòd decima non debent dari nisi ipsis, qui dicuntur Apostoli, & sūt pauperes Christi.

Quintusdecimus error est: q̄, quilibet homo, qualibet mulier, nudi simul possunt licitè iacere sine omni peccato, in vno & eodem lecto: & licitè tangere mutuo vnus alterum in omni parte sui, & osculari se inuicem sine omni peccato, & quòd coniungere ventrem suum cū ventre mulieris ad nutum, si quis stimuletur carnaliter, ut cesset tentatio, non est peccatum.

Sextusdecimus error est: quòd iacere cū muliere & non committeri carnaliter, magis est, quàm resuscitare mortuum.

Decimusseptimus error est: q̄, perfectior uita est viuere sine voto, quàm cum voto.

Decimusoctauus error est: q̄, ecclesia consecrata non plus valet ad orandum Deum, quàm stabulum equorum, vel porcorum.

Decimusnonus error est: quòd ita bene potest Christus adorari in memoribus, sicut in ecclesijs, vel ḡ melius.

† al. et.

Vigesimus error est: quòd p̄ nulla causa, nec in aliquo casu debet homo iurare nisi pro articulis fidei, & omnia alia possunt celari: Et quantum cumque iurent dicere veritatem coram prelatiis seu Inquisitorib. nō tenentur defendere verbo, seu voce, sed solum in mente retinere: Et quòd in nullo tenentur respondere veritatem, nisi de his, quæ verbaliter continētur in articulis fidei seu preceptis & si de alijs requirant, licet eis sine peccato mortali mentiri, & veritatem suæ sectæ negare ore, dummodo teneant eam in corde, ad hoc vt euadat potestatem Inquisitorū; sed debet respondere tergiversando, colorando, seu palliādo quocunq̄ modo possint pertrahere. Si tamē non possent aliter mortem euadere, tunc in tali casu, apertè debent profiteri, & defendere in omnibus, & per omnia predictam doctrinam suam, mori in ea patienter, & cōstater; & nullatenus aliquos de socijs suis, vel credentibus reuelare.

Propter quod, predictos errores in fide & nonnullos alios in dictis Pseudoapostolis adinuentos, ac plurimas etiam, quas faciebant in simplicibus deceptiones, & cū mulieribus, quas secum ducebant, inhonestates, eos & eorum in ordine dominus Papa Honorius III. condemnauit per litteras suas sequentis.

4. Litteræ Honorij IV. quibus condemnatur lecta Pseudoapostolorum.

Olim falsis recordationis Papa Gregorius X. predecessor noster, in Concilio Lugdunen. omnes religiones, & ordines Mendicantiū, adinuentos post generale Lateranense conciliū, qui nullam confirmationem Sedis Apostolicæ meruerunt, perpetuā prohibitioni subiecit, &

quatenus processerant, reuocauit. Verum sicut ad nostri apostolatus auditum, fama querula deferente, peruenit, quidā qui post generale, & ante Lugdunen. prædicta concilia, sub nomine ordinis Apostolorum, habitum nouæ religionis assumptores, quamquam nullam aliquando confirmationem Sedis Apostolicæ meruissent, prohibitionis ac reuocationis prædictæ, temerarij præsumptores eundem habitum, seu ei consimilem sub eodem nomine vsque hodie deferentes, quāplures etiam alij, assumpto post dictum Lugdunen. Concilium, huiusmodi habitu, per diuersas mundi partes mendicando discurrere non verentur, facientes ea, quæ non cōdecet, in animarum suarum periculum, & graue scandalum plurimorum, præsertim cum nonnulli, prauitatis hęc reuocæ vitio laborantes, sub huiusmodi habitu sint inuenti.

Nos igitur volentes, talium præuicatorum insolentem audaciam refrinari, & prædictam, non tam religionem, quàm perniciosam lectam penitus aboleri, ne forte fidelium simplices, falsa sanctitatis eorum imagine seducantur, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus quoscunq̄ de prædictis in vestris ciuitatibus, & diocesisibus inueniri contingerit, eos ad deponendum huiusmodi habitum, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam, appellatione poposita, compellatis; monentes eodem, vt si religiosam vitam ducere cupiunt, ad aliquæ se transferant de religionibus approbatus. Quod si aliqui eorum censuram prædictam cōtempserint, vos contra ipsos ad penam carceris, seu alia prout expedire videbitis, procedatis, in uocato aduersus eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Caterum, vt prædicti eo facilius a sua insolentia compescantur, quo magis a Christi fidelibus abijci se viderint, & contemni: Volumus nihilominus, quòd huiusmodi processum nostrum, in vestrarum ciuitatum, & diocesium terminis, itineris vicibus publicantes, ac facientes per aliquos publicari, eosdē populos auctoritate nostra moneatis, & inducatis attentè, nec aliquem de prædictis præfarum habitum deferentibus, recipere præsumant in hospicio, vel eis aliquas elemosinas largiantur; nec ad deferendum habitum illum, seu ei consimilem, impendant consilium, auxilium, vel fauorem. Datum Romæ apud sanctam Sabinam, v. Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo. Sub anno Dominicæ incarnationis M C C L X X X V.

Ad instar ergo Domini Honorij III. Nicolaus Papa VI. uniuersis ecclesiarum prelatiis, consimiles litteras destinauit, sub anno Domini MCCXC. Pontificatus sui anno III.

COMMENT. XXXVII.

Recensuit hætenus errores in Hispania condemnatos, nunc de illis qui in Italia repressi.

pressi sunt, sermonem instituit: ac primum orditur ab hæresibus Pseudoapostolorum. hi ducibus Geraldo Segarello & Dulcino multas Italia civitates in fursoria falsis dogmatibus infecerunt. Vocati sunt autem Pseudoapostoli, quia cum Apostolorum vitam & mores imitari se dicerent, longe tamen ab eorum sanctitate & doctrina discedebant.

De his copiose scribit Guido Carmelita in summa de hæresibus Pseudoapostolorum, ubi eorum errores recenset, & confutat: aitque horum sectam inuentam fuisse circa annum Domini MCLX. a Geraldo Segarello de Parma; cui in secula successit Dulcinus Nogaricensis. Segarelli quoque discipulum fuisse Dulcinum testatur Bernardus Lutzenburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. & cum tempore Clementis Quinti Romani Pontificis ortum scribit Lutzenburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo, Dulcinus. Gabriel Præcolus, lib. 4. de vitis & sectis hereticorum, ca. 17. Eym. hic utriusque heresiarchæ, id est, Segarelli, & Dulcini tempora exortum, & incrementa, & finem siue interitum coniungens, eos insurrexisse scribit temporibus Honorij IIII. Bonifacij VIII. Nicolai IIII. & Clementis V. hoc est ab anno MCLXXV. usque ad annos MCCCVI. parum plus vel minus.

b Scilicet Geraldus Segarelli Parmensis. In codice Bononien. & in eos qui est Cardinalis de Gamba Pergamensis, legitur, non Parmensis. ceterum Guido Carmelita & Lutzenburgus præcatis locis cum Parmensem fuisse scribit temporibus Parmensem fuisse indicant sequentia loca, cuius questionis.

In prioribus editionibus huius operis non licuit nobis certius aliquid de hoc Geraldo memorie prodere quam nosiri hic indicant commentarij. sunt enim quædam sacula palæ obscura, & ignorantioris tenebris multum involuta ex defectu historia. Sed cum nuper in bibliotheca Illustrissimi & Reverendissimi Jacobi Sabelli Cardinalis inquisitoris supremi in universa Christiana republica reperit esse liber manuscriptus, qui res gestas in multis Italia urbis superioribus sæculis continebat, inter cætera copiose eius libri auctor Frater Salimbennus de Adâ Parmensis ordinis Minorum San. Francisci, initia, progressus, & incrementa huius Segarelli describit.

Ex eo auctore certum annum annotare, in quam potissimum Segarelli & sequacium (qui se Apostolos appellarunt) initia inciderint, omnino est difficile: sed quantum cõiectura assequi possemus, fuit annus Domini 1146.

Quis igitur & qualis fuerit is Geraldus (quem Salimbennus Gherardinum Segalellum vocat) quale illius secta habuerit initium, his verbis ille docet: Istorum principium fuit in Parma. cum enim in ordine Fratrum Minorum habitaret in Parmensi conventu, sacerdos & prædicator existens, venit quidam iuuenis natione Parmensis, de vili progenti ortus, a literatus & laicus, idiota & stultus, cui nomen Gherardinus Segalellus, & petit, ut à Fratribus Minoribus reciperetur in ordine, quæ non exaudiretur ab eis, tota die quando poterat, morabatur in Ecclesia Fratrum, & cogitabat

A quod postea stultizâdo implevit: nam super coopertoriũ lampadis societatis & fraternitatis Beati Francisci depicti erant Apostoli circumcirca cum soleis impedibus, & cum matellis circa scapulas inuoluti, sicut traditio pictorum ab antiquis accepit & vltus ad modernos deduxit, ubi iste contemplabatur: & excogitato consilio, postquã capillũ nutriuit, & barbã, accepit soleas Fratrum Minorum & cordam: & fecit sibi fieri de bixeto vestitum, & mantellum album de stagmine forti, quod circa collum et scapulas inuolutum portabat credens per hoc Apostolorum habitũ demõstrare; & vendita domũcula sua, et accepto pretio stetit super lapidem, super quẽ antiquitus Potestates Parmenses concionari solebant, & habens denariorum sacculum, non disperfit, & adit pauperibus, nec congregationi pauperum affabilem se fecit, sed vocatis ribaldis, qui ibi prope in platea ludebant, sparsit inter illos alta voce dicẽdo: Quiunque vult accipiat, & habeat sibi. Collegerunt itaque valde cito ribaldi denarios illos, et ierunt, & luserunt ad taxilos, et isto audiente, qui dederat, blasphemauerunt Deum viuẽtem. hæc enim Salibennus.

Adiditque præterea, Segalellũ, ut filio Dei inter homines agenti assimilaretur, circumcidi voluisse, et fascijs inuolutum in ciuitatibus iacuisse, & lac, mammasque cuiusdam stultæ mulieris suxisse, multisque diebus solum cum nullum socium habuisset, Parmã habitasse, donec Robertum quendam, qui fuerat famulus Fratrum Minorum, sibi comitem adiunxerit, ac mirantibus Parmensibus ambos per ciuitatẽ discorrisse, inde vero subito usque ad trigessimũ numerum creuisse.

Quoniam vero Segalellus otiosus per omnia esse nec ullam suscipere volebat impurã congregationis curam, quidam Guido Putaggius etiam Parmensis, qui eidem iam sectæ nomen dederat, primum locum sibi arrogauit, & ceteris dominatus fuit. hunc cum ferre non possent, quendam Matthæum eligẽtes sibi præfererunt, & propterea ingens orta est inter eos contentio, cum multas iam repleuissent Italia urbes, easque malis moribus & damnata doctrina infecissent.

Contingit primum horum dissidium an. 1275. Fauentia, ubi tunc Segalellus degebat, ibique res valde perpetravit obsequas; erant enim omnes magistrũ Segalellum imitantes, impudici, incontinentes, & libidinib. omnis generis valde dediti, quæ causa multiplicandæ sectæ opportuna fuit, sicut semper esse cõsuevit in omni fere secta & hæresi amplificanda; ut in libris de causis vnde hæreses oriuntur, copiose probauimus. Hinc dispersi sunt pseudoapostoli per vniuersam fere Europã, ceterum Segalellus Parmã, quæ fuerat eius patria, remansit.

Fuit ea tempestate Parmensis Episcopus Opizo de sancto Vitali Domini Innocentij Papæ IV. ex sorore nepos, vir auita nobilitate et familia Illustri progenie conspicuus, quem maiorum splendorem eadem de sancto Vitali familia Parmã etiam nunc retinet, & propria virtute conseruat: is Opizo cum multa Segalelli & sequacium flagitia, & nefandas præsertim libidines intexisset, Segalellum capis, & carcere

Segalellus vltimã per omnia agit otiosam

Dissidium inter Segalelli sectatores.

Opizo de sancto Vitali Parmensis Episcopus illi stri familia genitus Segalellum comprehenditur.

carcere oclusum custodiri iubet. & quantum conie-
tura explorare licet, id factum est an. Domini circi-
ter 1280. Segalellus interim amertiam finxit, ideoq;
carcere eductus in Episcopali palatio morionum, et
parasitoru more habitauit & uictitauit, denique an-
no 1286. idem Opizo episcopus exploratis & ple-
nius intellectis Segalelli & pseudoapostolorum sce-
leribus e ciuitate Parmensi, & toto Episcopatu ex-
pult.

Segalellus
Parma & te-
rn eius Epi-
scopatu exu-
lat.

Segalellus ca-
pitor, damna-
tor & combu-
ritur,

Segalelli ini-
tia cur Eyme-
ricus ad an-
Dni 1285. re-
tulcrit.

Segalellus &
aius scato-
res ad opera
boni; erant
inuitiles.

Haereticorū
actiones est
bonae videan-
tur, nou tamē
sunt.

Quid postmodum Segalellus egerit, aut quod se cō-
tulcrit, non explicat liber Salimbem, quoniam mul-
ta ei iniuria vetustatis folia desunt, ex his tamen
qua hoc loco Eymericus recenset, non obscure colligi-
tur, Segalellum non longe a parma recessisse, aut vel
ad eā, vel ad partes circumuicinas reuersum fuisse,
cum idem Opizo Episcopus Parmensis, & Inquisi-
tor Manfredus, xliij. annis post expulsionē transa-
ctis, Segalellum ceperint, condemnauerint, & com-
buserint, nempe die 18. Julij. an. Domini 1300. quo
tempore Dominus Bonifacius Papa V. III. Sedi
Apostolica praerat. Atque ex his accipiunt decla-
rationis lumen, quae breuiter de Segalelli exortu me-
morat hic Eymericus.

Neq; his quae haecenus diximus de Segalelli ini-
tijs, quae in annum sepe Domini 1246. incidisse scri-
psimus, obsistat quae in principio huius quaestionis idē
Eymericus narrat, nempe Segalellum & Dulcinum
temporibus Honorij IIII. hoc est ad an. Domini
1285. insurrexisse, quoniam ut alias obseruauimus,
sepe auctores de vitis & sectis haereticorum scribē-
tes eos aut exortos eo tempore, quo iam vel ma-
gnum incrementum susceperunt, vel inuoluerunt &
haeresim in publicum prodere ceperunt: omnes enim
fere haeresarchae latitant prius, haereses suas astute
componunt, inde ad eas docendas uiam praemuniūt,
postremo in publicum proferunt. Cum itaque ista Se-
galelli & pseudoapostolorum haeresis non statim
susceperit incrementum, neque Ecclesiae innotuerit,
non mirum si Eymericus ita scripserit de eorum
exortu.

Mirum autem est quam esset stultus & vanus
Segalellus, quam imperiti & turpes eius sequaces
& imitatores, qui ut Salimbemus (qui eos uidit &
audiuit) prudenter scripsit, falsissime se Apostolos
esse dicebant, cum longe a uita & moribus discede-
rent Apostolorum: cum nec ad predicandum, nec ad
ecclesiasticum officium decantandū, nec ad Missas
celebrandas, nec ad confessiones audiendas, nec ad
artes, & disciplinas liberales docendas, uiles essent:
sed continuo discurrebant per riuos & plateas inui-
sendo feminas, & decipiendo quas poterant, & cū
eisdem carnaliter se commiscendo.

Equidem initia, progressus, uita, & mores non
modo istorum, sed omnium haereticorū quotquot fue-
runt aut futuri sunt, efficacissima ad eos plene con-
futandos argumenta subministrant; uita enim,
mores, conuersatio, doctrina, & denique actiones
eorum cum paulo diligentius inspicuntur; ualde à
Christiana pietate & Ecclesiae catholicae ritu discre-
pare inueniuntur. Si quae uero bona in ipsis quan-
doq; apparent, si etiam sunt, & ea secundum speciem
bona uidentur, nō secus ac chymicum aurum uel ar-
gentum, uel gemma, quae tametsi uerum aurum,

A & argentum, aut gemma uideantur, non tamen
sunt.

c Et Dulcinus Notariensis.] Dulcini huius hae-
resarchae creberrima extat mentio in libris Pari-
sconconsultorium, qui circa ea tempore & paulo post flo-
ruerunt.

Huius quoque acta, initia, incrementa & exitū
in uetusto reperta archiuio, Vercellensi Inquisitor
nuper nobis transmisit, quorum summam in proxi-
ma futura editione in lectoris gratiam edemus.

Flud autē quod de hoc haeretico affert ualde sin-
gulare auctori quidam innominatus in tractatu de
forma procedendi contra Inquisitos de haeresi in Rab.

B De haeticis credentib. &c. nu. 6. nō est hic con-
tendum: ait enim huic Dulcinum, antequam curiae
saeculari traderetur, se excusasse dicēdo, quod ea quae
praedicaauerat & docuerat contra fidem & bonos
mores, dixerat, nō quia ita crederet, sed propter omni-
ta commoda, & delectabilia temporalia, et propter
vanam gloriam, & propter dominium quod ex tali
doctrina habebat. carerem haec uana excusatio eum
non inuit, quominus traderetur curiae saeculari: nec
facile sunt huiusmodi haereticorum excusationes ad-
mittendae, ut dixi infra p. 3. tit. de forma examina-
tionis testium.

C Dicitus Gerardus per episcopum Parmen-
sem.] In codice Cardinalis de Gambarā, Perga-
mensis. & Bononiensis corruptissimē habet, Pa-
rien. sed Barcinonen. & Sabellanus ueram lectio-
nem habent, ut ex proxime relata historia constat.
is autem Episcopus Parmensis, fuit Opizo de san-
cto Vitali, ut docuit Salimbemus, qui eodem tem-
pore floruit.

e Et post octo annos ipse Dulcinus tamquam
haeresarcha, &c.] cum his quae tradit hic Eyme-
ricus conueniunt quae scribit Bernardinus Coriis in
historia Mediolanensi, p. 2. anno. MCCCVII. cuius
haec sunt uerba à nobis Latine reddita: Hoc tempo-
re frater Dulcinus haereticus Mediolano fugiens,
D ad uicinos Nouariae montes sese recepit. ceterū
ab Inquisitore haeretice prauitatis inquisitus, uide-
cum Margareta eius concubina haeretica, & ple-
rifque alijs captus fuit, & Vercellas deductus ibi
dem combustus extitit. haec illa.

f Etiam congregato exercitu magno Crucis
signaculo insignito.] Ut hic locus intelligatur, hi-
storia de his haeticis breuiter est mihi enarranda.
Dulcinus ergo, de quo est sermo, tam pudenda ac ef-
frenata libidinis extitit, ut ad sex millia uirumque
sexus sub charitatis specie & deceperit, & cohabitare
docuerit. Hi Alpes incolentes in omnem luxu-
riam prolabeantur: A deo quidem ut haec pestis p-
duorum aut trium annorum spaciū multos corru-
perit: tanta quidem uis, ut summus Pontifex Clemēs
V. ad tantum malum sedandum Inquisitores ordi-
nis Praedicatorum eo destinare decreuerit, qui Dul-
cinū & suos cōplices a tam nefario scelere aut reuo-
arent, aut diligenti & accurata disquisitione facta
ad eum referrerēt, num ita se res haberet, sicut a mul-
tis fide dignis nuntijs audierat: qui cum reuersi es-
sent, ac Pontifici summo retulissent quae uiderant
& audierant; cognitis nefandis sceleribus & im-
puritatibus, contra tantam impietatem Crucia-
ta ab

Historia
Cito uide-
re in sacra-
mento.

da ab eodē summo Pontifice indultū fuit, & magnū ac liberales indulgentiæ promulgatae, quas consequerentur, qui se tam pio bello contra tam nefarios homines accigerent. Collectus est itaque exercitus, & illuc missus cum Apostolico legato, cumque ad loca, in quibus pseudoapostoli habitabant, peruenisset, & repentino bello esset aggressus, eos partim inedia & frigore, partim armis oppressi exercitus catholici (Crucesignatorum: captusque fuit Dulcinus, & Margareta, indeque puniti sicut narrat hic. Eymericus, & nos quoque; apertius paulo ante reuulimus.

Singuli autem Crucesignati magno protegendæ fidei desiderio excitati proprijs impensis ibat in bellum: nam inter cetera hoc volebant: unde Inquisitores tunc tamen si pauperes, & menduci in hereticos animaduertebant. Huc spectat rex, in c. excommunicamus. §. catholici, extra de heret.

Qui fuit principium, & auctor huius sectæ. Post hæc verba in codice Cardinalis de Gahara adduntur hæc: Qui, ut Dulcinus dicit, et asserit, fuit noua planta, & c. Barcinonensis ita: Qui fuit præcipuus huius sectæ auctor, sed Bononiensis, & Sabellani lectionem secuti sumus, ut est impressus.

Vigesimalis error est: quod pro nulla causa, & c. Codices hic sunt varij: Sabellanus, & Bononiensis prope conueniunt cum Barcinonensi impresso, sed codex Cardinalis de Gahara hunc articulum ita habet: Quod, pro nulla causa nec in aliquo casu debet iurare homo, nisi pro articulis fidei, vel præceptis Dei, et omnia alia potest celare. Et quâ tumcunque iuret dicere veritatem coram prælati seu Inquisitoribus, non tenetur respondere de aliquo alio, nec reuelare doctrinam suam, siue errores suos, nec tenetur defendere verbo seu voce, sed semper corde tenere. Si tamen cogatur iurare metu mortis, in eo casu debet iurare verbo seu voce solum, & in mente retinere. Et quod in nullo casu tenetur respondere veritatem, nisi de his, quæ verbaliter continentur in articulis fidei, seu præceptis & si de alijs requiratur, licet ei sine peccato mortali mentiri, & veritatem suæ sectæ negare ore, dummodo teneat eam in corde, ad hoc ut euadat potestatem Inquisitorum, sed debet respondere inficiando, vel negando, seu paliando, quocumque modo tergiverfando, colorando, seu palliando quomodocumque possit pertranfere, & c. Hic errorem a Pauperibus de Lugduno seu Valdensibus acceperunt Pseudoapostoli: Pseudoapostoli germen sunt Valdensium. hoc tamen, quod de iuramento horum hic dicitur, lumen accipiet ex summa fratris Iuoneti, p. 5. c. 2. cuius fragmentum extat in vetustissimo illo codice membranaceo manuscripto bibliothecæ Vaticanæ, ubi plene agitur de secta Valdensium, is ergo agens de dispensatione eorum in iuramento ita habet: Distinuerunt olim non iurare omnino, sed quia per hoc facilius deprehendebantur, & condemnabantur cautè dispensauerunt modo iurare, pro se vel pro alio a morte liberando vel defendendo. Cum autem iurare compelluntur, aut paliatis verbis iurant, ne purentur iurasse, sed fictè agunt huiusmodi, & diuersis modis: aut si coguntur ab aliquo iurare, refundunt peccatum in Christum, ut ipsi videantur immunis: aut si iurant per se

A timore mortis, proponunt facere penitentiam, ut pro quatuordecim periculis teneantur vnum attrahere ad sectam suam pro satisfactione peccati. hæc ibi.

i Tenoris sequentis. In codice Cardinalis de Gahara additur solita Pontificis præfatio in hunc modum.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus Patribus, uniuersis patribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs cathedralium ecclesiarum electis, & vicarijs earundem, ad quos litteræ istæ peruenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Huius extrauagantis meminit Turrecremata in summa de ecclesijs, lib. 4. par. 2. c. 37. quo loco refert etiam Pseudoapostolorum errores.

QUESTIO XIII.

De hæresibus Manichæorum in Italia exortorum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quo tempore noui Manichæi emerferint.
- 2 S. Petrus Martyr pro fide ab illis occisus.
- 3 Recentiorum Manichæorum errores.
- 4 Manichæorum figmenta de sacramentis.

Triodecima questio est: Hæreses & errores Manichæorum, qui insurrexerunt in partibus Italia, & ibi sunt per prælatos, & Inquisitores condēnati, qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod tempore Domini Innocentij Papæ III. in partibus Italia, videlicet in Archiepiscopatu Mediolanensi, & alijs partibus circumvicinis a insurrexit quidam dicitur Manes, a quo & eius sequaces Manichæi dicitur sunt, qui multas hæreses, & errores publicè diuulgauerunt, & publicè ac imprudenter in Italia prædicauerunt.

2 Pro quarum extirpatione frater Petrus de Verona ordinis Predicatorum, Inquisitor in partibus antedictis, ab ipsis Manichæis hæreticis est gladijs interfectus, ac martyrizatus: & post eodē anno sui martirij sanctorum cathalogo aggregatus, ac per sanctam Ecclesiam canonizatus; & hodie clarè multis miraculis gloriosus.

Istorum autem Manichæorum hæreses, & errores sunt isti.

3 Primus error est: quod duos Deos, aut duos dominos asserunt, & færentur. Benignum Deum videlicet, & malignum creatorem omnium rerum visibilium, & corporalium: asserentes non esse facta hæc a Deo patre caelesti, quem dicunt Deum benignum: sed a diabolo malo & Satana, quem ipsi vocant Deum malignum, & dominum huius sæculi, & principem huius mundi, sicque ponunt duos

S creato-

creatores, Deum videlicet, & diabolum; & duas creationes; vnam scilicet corporalium, & visibilium; aliam inuisibilium, & incorporalium.

Secundus error est: quod fingunt duas esse ecclesias, vnam benignam, quam dicunt esse sectam suam eamque asserunt ecclesiam Iesu Christi: aliam vero ecclesiam vocant malignam, quam dicunt esse Romanam Ecclesiam, eamque impudenter appellant matrem fornicationum, Babylonem magnam meretricem, & basilicam diaboli, & Satanæ synagogam.

† al. Ecclesie
sanctæ.

Tertius error a est: quod omnes gradus, & ordines, & ordinationes ecclesiasticas, & statuta despiciunt, & deprauant, & omnes qui fidem eius tenent, appellant hæreticos, & errantes, nec aliquem posse saluari in fide Romanæ Ecclesiæ dogmatizant.

Quartus error est: quod omnia sacramenta Romanæ Ecclesiæ, domini nostri Iesu Christi, videlicet Eucharistiæ seu altaris, & baptisimi, qui fit in aqua materiali, nec non confirmationis, & ordinis, & extremæ vnctionis, & pœnitentiæ, & matrimonij inter virum, & mulierem; omnia & singula asserunt esse inania, & vana: & confingunt eamquam similia quædam alia loco ipsorum, quæ quasi similia videantur.

Quintus error est: quod confingunt loco baptisimi sancti in aqua, baptisimum alium spirituale, quem vocant consolamentum Spiritus sancti: quando scilicet recipiunt aliquam personam in sanitate, vel in infirmitate ad sectam, vel ad ordinem suum per impositionem manuum, secundum ritum suum execrabilem.

Sextus error est: quod loco consecrati panis Eucharistiæ corporis Christi confingunt quandam panem, quem appellant panem benedictum, seu panem sanctæ orationis: quem in principio mensuræ suæ, tenendo in manibus, secundum ritum suum, benediciunt, & frangunt, & distribuunt assistentibus credentibus suis.

Septimus error est: quod loco sacramenti pœnitentiæ, dicunt esse veram pœnitentiam, suscipere, & tenere sectam, & ordinem suum; & suscipientibus dictam sectam, & ordinem, siue in sanitate siue in infirmitate, dicunt omnia peccata esse dimissa, & tales esse absolutos ab omnibus peccatis suis, siue alia quacunque satisfactione, & absque etiam restitutione, si haberet aliquid de alieno, dummodo seruent sectam & ordinem illum: asserentes se super his habere potestatem eadem, & tantam quantam habuerunt Petrus, & Paulus, & alij Apostoli Domini nostri Iesu Christi: dicentes confessionem peccatorum, quæ sit sacerdotibus Romanæ Ecclesiæ, nihil valere penitus ad salutem: nec Papam, nec aliquem alium de Romana Ecclesia habere potestatem absoluedi aliquem à peccatis.

Octauus error est: quod loco sacramenti matrimonij carnalis inter virum, & mulierem confingunt esse spirituale matrimonium inter animam, & Deum, quando videlicet ipsi hæretici Perfecti seu consolati recipiunt aliquem ad sectam, &

A ordinem suum.

Nonus error est: quod incarnationem Domini nostri Iesu Christi ex Maria semper Virgine negauerant asserentes ipsum non habuisse verum corpus humanum, nec veram carnem hominis, sicut habent ceteri homines ex natura humana: nec verè fuisse passum, & mortuum in Cruce: nec verè resurrexisse a mortuis: nec verè ascendisse ad celum in corpore, & carne humana, sed omnia in similitudinem facta fuisse.

Decimus error est: quod Beatam Virginem Mariam, negant fuisse veram matrem Domini nostri Iesu Christi: negant etiam fuisse mulierem carnalem. Sed sectam suam, & ordinem suum dicunt esse Mariam, Virginem, veram pœnitentiam, castam, & Virginem, quæ generat filios Dei, quando recipiuntur ad eandem sectam, & ordinem.

Vndecimus error est: quod negant resurrectionem corporum humanorum futuram, loco eius confingentes quædam spiritalia corpora, & quendam interiorem hominem, in quibus & quolibet dicunt resurrectionem futuram esse intelligendam.

Duodecimus error est: quia dicunt, quod nunquam debet homo comedere carnes, nec rigere eas, nec caleum, nec oia, nec aliquid quod nascatur ex carne per via generationis, seu coitus: sicut ipsi faciunt.

Tertiodecimus error est: quod dicunt, & credunt, quod in animalibus brutis, & etiam in auibus, sunt spiritus illi, qui recedunt de corporibus hominum, quando non sunt recepti ad sectam, & ordinem suum per impositionem manuum ipsorum, secundum ritum eorum; & quod transeunt de vno corpore in aliud corpus: quare non comedunt ipsi aliquod animal, nec aliquod volatile, nec occidunt.

Quartodecimus error est: quia dicunt, quod nunquam debet homo tangere aliquam mulierem.

Prædicti Manichei faciunt congregationem, quam vocant, la conuinenza, pro eo quod habet illi de congregatione inter se multa pacta, atque seruant, quæ sunt peruersa, & iniqua, & Ecclesiæ Dei, & Reipublicæ multum nociua.

Prædicta secta Manicheorum propter eorum præfatos errores, fuit per sanctam Romanam Ecclesiam condemnata, & condemnatur, 24. q. 3. cap. e. quidam autem hæretici, ut in sexta questione prædicta habitum est.

E COMMENT. XXXVIII.

Quæ hac questione commemorat Eymericus de erroribus alicui possent: quoniam tempore Innocentij Papæ III. videlicet circa annos Domini MCC. aulli heretici Manichei vocati Italiam infestauerunt, sed Cathari, Leonis, & si qui fuerunt alij huius sectæ imitatores. Rursus quæ dicuntur ab Eymérico de Manicheis, & erroribus eorum, Catharis illius ætatis penitus conueniunt: unde fit ut lapsus hic auctor videtur. Sed non est planè ita, tum quia et si Catharis hæc conue-

A SANCTI PETRI MARTYRIS HISTORIA.

PRO quarum extirpatione frater Petrus de Verona ordinis predicatorum, &c.]

Breuitur hic mihi pauca quaedam dicenda erunt in gratiam Inquisitorum de B. Petro Martyre Inquisitoru principe, & acri haereticorum hoste, vt vitam & mores eius intuitu discamus pro fidei catholicae defensione humiliter & fortiter sanguinem profundere. Hic ergo vir sanctus cu protinus ab ineunte aetate singularis probitate & sanctitatis praeuissit specimen, relictis mundi huius fallacis insidijs, aduertens non esse tutum cum scorpionibus, hoc est, cum haereticis habitare (nam ex parentibus haeresi deprauitatis traxit originem) sacram ordinis Praedicatorum religionem professus est, in qua multa probitate & doctrina claruit spacio multorum annorum, denique cum anno MCCL. I. sedis Apostolicae auctoritate esset Inquisitor in partibus Mediolano subiectis, cumque eodem anno Mediolanum pergeret, relicta ciuitate Como, ad extirpandam haereticam prauitatem, quidam de ipsorum haereticorum credentibus, prece illorum inductus & pretio, in itinere eum inuadens multis impressis vulneribus crudeliter iugulauit. Memoriae proditum est, pridie eius diei quam esset interfectus, sublati ad caelum oculis, fuis lachrymis gemebundum humiliter a Domino postulasse, vt non sineret eum ex hac luce migrare, nisi sumpto pro Christo passionis calice: cuius orationem exauditam fuisse apertissime sequentis diei effectus demonstrauit, quo interfecto perductum fuit sacrum illius corpus Mediolanum, sepultumque ad sanctum Eustorgium, ubi adeo claruit miraculis, vt haereticos non minus vicerit, ac strauerit occisus, quam antea fecerit viuens. Cum itaque multis miraculis clareret, Innocentius III. cunctis rite celebratis, ac obseruatis sacrosanctae Ecclesiae Romanae ritibus, Petrum Martyrem nodum exacto post martyrium anno primo, octauo, Calendas Aprilis Perusij in catalogum Sanctorum retulit: extatque hodie huius apotheosis, seu canonizationis authenticum

coenatis, & ceteris eius suisque haereticis, de Manichaeis etiam accipienda sunt: quoniam Cathari antiquorum Manichaeorum errores penitus sequebantur, quibus & alios novos adiuuebant: unde Emericus re ipsa inspecta, non Catharos, sed Manichaeos appellauit: quia hi per omnia Manichaeorum insaniam imbibebant, cum quia scitula vitam horum haereticorum utraque appellatio est Manichaeorum & Catharorum, praesertim apud viros doctos in vserat: Emericus vero antiquam appellationem est secutus, cum sub ea illius aetatis haeretici comprahenderentur: & plane errores, quos hic commemorat, & for partim vetustiorum sunt Manichaeorum partim recentiorum: qui antiquorum sunt, velut notummittentur a nobis; qui recentiorum apertius explicabuntur: nam difficilius noscuntur, quae non sunt passim monumentis litterarum prodita.

De his autem nouis Manichaeis seu verius Catharis, eorumque erroribus, agit Guido Carmelita in summa de haesibus tit. de haesibus Catharorum, & Bernardinus Corius in historia Mediolanensi parte 2. anno MCCXXXIII. & MCCL. & alibi ex quo intelliges vera esse quae de horum exortu in partibus Mediolanensibus scribit hic Emericus.

Sancti Cathari (vt testatur frater Raynerius ordinis Praedicatorum in Summa, quia de eis scripsit, quae manuscripta apud nos extat) in tres partes siue sectas principales diuisi erant: nam quidam dicebantur Albanenses, alij Concorrenses, alij vero Baglensenses, de quibus dicemus opportunis locis.

Insuper quidam dictus Manes, &c. in codice Bononiensi, Manens, nec male: nam Theodorus in lib. haereticarum fabularum Manichaeos de Manente dictos ait. Manens autem seu Manes priusquam errorem suum diuulgaret, vt ait B. Augustinus in lib. de haesibus. c. 46. Vrbicus dicebatur, siue Subricus, vt scribit sanctus Epiphanius haeresi 46. Theodorus Scythianus, Philastrius Turbonense appellat. Suidas eius vitam, & facta egregie est profecutus. Beatus Augustinus in lib. de haesibus to. 6. c. 46. Manichaeos dixit dictos fuisse a verbo greco, quod significat insaniam fundere. qd Manichaei fugientes Manichaeos per duplex, n. quasi mana & diuinitatem fundentes se ipsos iactabant vt, verbi lenocinio rudiores ad se homines pertraheret. Hi in tres partes fuerunt olim distributi, alij auctoris nomen mordicus retinuerunt: alij Macarij, tertij Catharistae siue purificatores, dicti sunt ab Augustino loco citato: ex quibus etiam apparet non incepte Emericum hic Catharos vocasse Manichaeos, cum & Cathari seu Catharistae de ea familia essent: quando autem fuerint condemnati, dicam in fine huius quaestionis.

Horum autem nouorum Manichaeorum siue Catharorum auctorem fuisse quendam dictum Manentem, qui tempore Innocentij III. insurrexerit, vt hic scribit Emericus, mihi nondum constat.

tiquum rescriptum in libro priuilegij ordinis, Prædicat. fol. 26. pag. 2. Innocentio autem quarto vita functo, Alexander quartus ad Pontificam se de euectus protinus sui Pontificatus initio 7. anno videlicet Domini MCCCLIII. Petrum etiam Martyrem egregio commendauit encomio, & canonizationem ab Innocentio celebratam confirmauit rescripto incipiente: Magna magna de Beato Petro Martyre. quod habetur in lib. priuilegij ordinis. Prædicato. fol. 33.

Huius sancti vitam scripsit Thomas Lentinus Patriarcha Hierosolymitanus, qui eodem tempore floruit eam refert Laurentius Surius tomo 2. de probatis sanctorum historiis, die 29. Aprilis.

Illud memoria dignum est, quod scribit Bernardus Corius in historia Mediolanensi parte 2. anno MCCXX. nempe fratrem Petrum Veronensem auctoritate Apostolica Inquisitorem, statuisse & ordinasse, ut inter cetera statuta reipublice Mediolanensis, multa quoque ponerentur & obseruaretur contra hæreticam prauitatem, que breuitatis causa nunc omitto: refert autem ea prædicato loco Bernardus Corius idem vero in eadem historia Mediolanensi parte 2. anno Domini MCCCLII. minutissime persequitur factionem credentium hæreticorum, qui ad occidendum Petrum Martyrem conuenerunt, ubi luculenter totum hunc tractatum ponit ob oculos, cum nominibus coniuratorum, patientia Martyris, & miraculis, & ceteris, que interitum eius antecesserunt, & subsequuta sunt.

Postremo sciendum est, Romæ die 29. Aprilis huius Beati Petri Martyris festum duplex, & de eo capella solemnem in Ecclesia sanctæ Mariæ supra Mineruam, a Reuerendissimis dominis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, alijs sanctæ Inquisitionis officialibus, singulis annis celebrari, ex iussu tuo pape V. anno Domini MDLXIX. Sixtus vero V. Pont. Max. anno incarnationis Dominicæ 1586. Idibus Aprilis, eiusdem diem natalem sub eodem duplici officio ab omnibus ecclesiasticis celebrari & recitari iussit constitutione quadam incipientem Sanctorum Christi militum.

Primus error est: quod duos deos, &c. Hi Cathari etiam siue recentiores Manichei eadem errorem mordicus defendebant, ut intelligas vere scripsisse Tertullianum in libro de præscriptio. hæreticorum, c. 1. nullam fuisse tam turpem hæresim, quam habentibus seculis alij non excitarent, secuti que fuerint.

Quod vero recentiores Manichei seu Cathari de duobus deis seu principijs impie fabulantur, non est vno modo inter eos receptum, nam Belazmansa Veronensis, qui fuit princeps horum hæreticorum in Italia circa annos Domini MCCXXV. & Ioannes de Lugio Bergomensis, qui eisdem fere temporibus vixerunt, valde inter se dissidebant, ut latissime docuit frater Rainerius de ordine Prædicatorum, in summa quam anno Domini MCCL. scripsit de Catharis & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno, quem vidi-

Belazmansa
& Ioannes de
Lugio Catha-
rorum duces
in Italia.

mus in vetusto illo codice manuscripto bibliothecæ Vaticanæ, & manuscriptam nunc habemus, in qua singillatim omnia horum dogmata persequitur, quæ nos hic breuitatis causa omittimus, salibi forsitan commodius tradituri.

Tertius error est: quod omnes gradus, & ordines, & ordinationes Ecclesiæ sanctæ, & statuta decipiunt & deprauant. Ita Barcinonensis, Bononiensis, & Sabellianus. Unde velle videntur, quod omnia sacramenta, ceremonie, & leges Ecclesiæ, si deales & catholicos decipiunt, deprauant, & corrumpunt: qui sensus satis aperte colligitur ex sequentibus erroribus, quibus Cathari, seu Manichei reiectis Ecclesiæ sacramentis, alia ipsorum loco substituebant, ut mox dicemus ex summa fratris Raynerij de erroribus Catharorum. In Directorio tamén Cardinalis de Gamba legitur, despiciunt & deprauant, qui etiam sensus optime potest eorum sententia conuenire: nam Cathari & Ecclesiastica sacramenta & ritus despiciunt, hoc est, aspernantur: item etiam & deprauant, quoniam loco verorum falsa sacramenta, & ceremonias substitunt.

Et confingunt tamquam simiæ, quadam alia loco ipsorum, quæ quasi similia videantur. Tres errores, quos nunc persequitur Eymericus, videlicet, 5. 6. & 7. ad sacramenta Catharorum spectant, quæ mihi breuiter sunt declaranda, ut & hic & alia iuris loca de sacramentis, & consolatione Catharorum loquentia intelligantur, & præsertim cap. filij. de hæret. lib. 6. & c. 19. Concilij Narbonensis.

Sciendum ergo est, hos recentiores Manicheos, seu Catharos (ut in prædicta summa docet frater Raynerius) reiectis veris Ecclesiæ sacramentis, quatuor sibi sacramenta inania, illicita, & sacrilega co-finxisse, videlicet: manus impositionem, panis benedictionem, penitentiam, & ordinem.

Manus impositio vocatur ab eis consolamentum, & spiritualis baptisimus, seu baptisimus Spiritus sancti: sine qua secundum eos, nec mortale dimittitur, nec Spiritus sanctus alieni datur: sed per eam solummodo ab eis factam, utrumque conferri mentuntur.

Hæc autem manus impositio hoc ritu absoluitur apud eos, eorum præpositus (de quo mox dicemus) cum aliquis ex ipsis incidit in peccatum, aut ad sectam eorum conuertitur, per manus impositionem consolamentum daturus librum Euangeliorum, vel totius noui testamenti tenet ante peccatum suum: si vero qui consolamentum est recepturus, ubi coram Catharis confessus est in genere dicens se esse peccatorem, & humiliter accedere ad petendam veniam, tunc præpositus absolutione peracta ponit prædictum librum supra caput illius, & ceteri Cathari qui adsunt, manum dextram, & incipiunt suo ordine dicere Dominicam orationem. hoc ritu consolamentum & peccatorum remissionem dicunt se conferre, quam non habent miseri Cathari: de qua extat insignis locus in Concilio Narbonensi, cap. 19. in hæc verba: Si consolationes eorum, ubi eum quem consolantur, in hæreticum recipientes per impositionem manuum se saluare produntialiter

horum principes fuerunt in Italia valde inter se dissidebant. Eymericus vero insigniores quasdam eorum hereses numeravit.

Quando damnati Manichæi tam veteres quam recentiores.

K Prædicta secta Manichæorum fuit per sanctam Romanam Ecclesiam condemnata. Non dicit a quo fuerint Manichæi damnati, ceterum si de vetustis Manichæis loquamur, sepius damnati sunt, & repressi per viros sanctos & summos Romanos Pontifices. in eos enim inuehit Augustinus in libris contra Faustum Manichæum. Vicentius Lyriensis, Titus Bostra, & Diodorus Metropolis Cilicia Episcopi, Gregorius Laodicensis, & Eusebius, et in Decretis Siricij Pape rescriptum extat quorundam Episcoporum, quo etiam insania Manichæorum comprimitur, & Anastasius Papa primus, qui seddit anno Domini CCCC. Epistola quædam decretali prima, & tertio, multa contra Manichæos statuit, & demans eos. Et leges quoque, civiles seuere in eos animaduertunt. I. Manichæos. C. de heret. Iam tempore Pij secundi, Joannes Turcremata Pontificis insu tractatum collegit quinquaginta veritatum contra quinquaginta errores Manichæorum. Damnatis autem vetustis Manichæis, ceteri quoque, qui eos sequuntur, damnati censentur.

Quod si de recentioribus. Catharis, seu Manichæis damnationem postules, eam fecit primum Alexander Papa III. in Concilio Lateranensi cap. 27. anno Domini MCLXXX. quo tempore iam oriri ceperat Cathari: postea vero Gregorius Papa Nonus, anno Domini MCCXXXVI. & habetur in cap. excommunicamus 2. extra de heretic.

QVÆSTIO XIII.

De hæresibus Valdensium:

S Y M M A R I V M.

- 1 Valdensium, seu pauperum de Lugduno origo.
- 2 Valdenses varijs nominibus appellati: & quare.
- 3 Valdensium hæreses viginti.



Vartadecima quæstio est: Hæreses & errores Valdensium, seu Pauperum de Lugduno, vel in zabbatato rum (quod idem est) qui insurrexerunt in partibus Franciæ, ibidem per prælatos, & inquisitores condemnata, & ad huc frequentius condemnantur, qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod tempore domini Gregorij Papæ IX. & circa annum Domini MCCCLXX. insurrexit in partibus Gallicanis, in Archiepiscopatu, & Ciuitate Lugdanensi, quidam vocatus Valdensius seu Valdensis, qui relictis omnibus proposuit seruare Euangelicam paupertatem, sicut Apostoli seruauerunt, qui plures sibi adherentes habuit, & congregationem magnam virorum, & mulierum fecit. Hi hereses, & errores infra scriptos secretè, & publicè dogmatizauerunt: & tandem Archiepiscopum, & Ecclesiam metuentes, inde fugerunt per partes Franciæ, & Italiæ dispersi: quam plures complices habuerunt, multumque creuerunt,

& vsque hodie errores suos hinc inde seminauerunt.

2 Hi enim vocantur Valdenses à Valdese eorum magistro errorum, & auctore. Vocantur etiam Pauperes de Lugduno à Ciuitate Lugdunensi, unde traxerunt originem, & quia vitam elegerunt pauperum. Vocantur, vltius Inzabbatati, quia in eorum secta magis perfecti in zabata courtu, seu sotulari, signum, & speciale distinctum, ad modum seuti, publicè deferebant.

Errores autem & hæreses istorum Valdensium isti sunt.

3 Primus error & hæresis est: quod ipsi nõ sunt subiecti Romano Pontifici, nec alijs prælati Romanæ Ecclesiæ: asserentes, quod eos Ecclesia persequitur, & condemnat in debitè, & iniuste.

Secundus error & hæresis est: quod non possunt excommunicari à Romano Pontifice, nec ab alijs prælati Ecclesiæ, nec ei tenentur obedire, etiam vbi mader, quod dictam eorum sectam deserant, & abiurent.

Tertius error, & hæresis est: quod iurare in iudicio, siue extra iudicium, pro quacunque causa, & in quocunque casu, est illicitum, & mortale peccatum.

Quartus error & hæresis est: quod de iurare in iudicio coram iudicibus si dei, de dicenda veritate, & reuelandi complices suis in hac secta, nõ est illicitum, nec peccatum; immo licitum, atque sanctum.

Quintus error & hæresis est: quod iudicare hominem ad supplicium, vel ad mortem in nullo casu est licitum, immo semper peccatum mortale.

Sextus error & hæresis est: quod decretales Ecclesiæ, & constitutiones domini Papæ de ieiunijs, & festis colendis, non sunt obseruande; sed refutanda, & totaliter condemnanda.

Septimus error est: quod ipsi Valdenses quæcumque sint illiterati, nec ab Episcopis Romanæ Ecclesiæ ad sacrum aliquem ordinem promoti tam viri quam mulieres habent potestatem à Deo solo, sicut Apostoli habuerunt audiendi confessiones in foro penitentiali virorum, & mulierum, & penitentias iniungendi, etiam salutare.

Octauus error est: quod indulgentiæ, quæ à Romano Pontifice, seu alijs Prælati Ecclesiæ conferuntur, nullius sunt valoris, efficacis, seu virtutis.

Nonus error, & hæresis est: quod in sacramento altaris panis non transubstantiatur in verum Christi corpus, nec vinum in sanguinem, si sacerdos consecrans sit peccator.

Decimus error & hæresis est: quod omnis homo est peccator, nisi sit de secta eorum; & consequenter quod nullus celebrans, verè conficit Corpus Christi, nisi sit de secta eorum, & credes erroribus eorumdem.

Vndecimus error & hæresis est: quod quilibet siue sit laicus, siue sit clericus, siue sit vir, siue sit mulier, dum tamen sit de secta eorum, potest verè consecrare, & conficere corpus Christi.

Duodecimus error, & hæresis est: quod om-

nis vir, & omnis mulier, de secta eorum est verè A
sacerdos.

Tertius decimus error est, quòd animæ deceden-
tium, statim vt decedunt, euolant ad paradysum,
vel ad celum, & descendunt damnati ad infer-
num: nec aliquis intrat purgatorium.

Quartus decimus error, & hæresis est: q; pur-
gatorum nihil est & q; missæ, elemosynæ, ora-
tiones, & suffragia, & alia, quæ fiunt in Romana
Ecclesia pro defunctis, nihil eis profunt, nec pro-
desse possunt.

Quintus decimus error, & hæresis est: quòd san-
cti, qui sunt in celo, orationes nostras nõ audiunt
nunquam, nec exaudiunt: nec pro nobis ad Deũ
orant, quia non est licitum eos orare, nec eorum
suffragia implorare, nec pro eorum reuerentia
festa celebrare; sed miracula eorum, quæ a gen-
tibus recitantur, tanquam falsa, & ficticia repro-
bare, nec fidem illis dare oportet.

Sextus decimus error, & hæresis est: quòd me-
lius est fastidiari libidini, quocunque actu turpi,
quam carnis stimulis fatigari: sed est (vt dicunt,
& ipsi faciunt) in tenebris licitum, quemlibet cũ
qualibet indistinctè carnaliter commiseri, quan-
doque, & quotiescunque carnalibus desi-
deriis stimulentur.

Decimus septimus error, & hæresis est: q; sym-
bolo fidei non est standum, nec credendum, nec
pro oratione dicendum, cum sit per Romanam
Ecclesiam (vt dicunt) ordinatum.

Decimus octauus error & hæresis est: q; nec
salutatio angelica, scilicet, Ave Maria, nec oratio-
nes quæcunque alia sunt admittenda, nec dicen-
da, quantumcunque per Romanam Ecclesiam
fuerint ordinata, nisi tantum, Pater noster: cum
hæc oratio sola per Christum fuerit ordinata.

Decimus nonus error, & hæresis est: quòd ip-
si sunt successores Apostolorum in Euangelica
paupertate, & cognoscunt melius fidei veritatè
quàm prelati clerici, seu religiosi de Ecclesia Ro-
mana, & quòd eis, & non illis est credendum. D

Vigésimus error, & hæresis est quòd Papa, Ep-
iscopi & prelati, qui habent diuitias huius mũ-
di, & sanctitatem Apostolorum non imitantur,
non sunt Ecclesie Dei veri pastores, vel gubernato-
res: sed lupi rapaces, & deuoratores; nec talib.
Christus dignatus est Ecclesiam committere spon-
sam suam: quia eis non est credendum, nec obe-
diendum; sed ipsis solis Valdensibus, qui habet
a solo Deo celebrandi, confessiones audiendi, et
penitentias imponendi, plenariam potestatem,
siue mulieres fuerint, siue mares.

Propter huiusmodi errores, et hæreses isto-
rum Valdensium, seu Pauperum de Lugduno, E
peccatu temporis dominus Gregorius Papa IX.
iplos Valdenses, seu Pauperes de Lugduno, aliàs
vocatòs Inzabbatatos, excommunicauit, anathe-
matizauit, et condemnauit, vt patet extra de hæ-
reticis in 5. lib. e. excommunicamus, 2. vbi sic di-
citur: Excommunicamus, et anathematizamus
vniuersos hæreticos, Catharos, Patharenos, Pau-
peres de Lugduno, &c.

AD hanc respondemus, quòd tempore do-
mini Gregorij Papa. IX. circa annum
Domini MCCLXX.] Hoc loco codices sunt va-
rii: *Barcinonensis enim, & Directorum Cardina-
lis de Gambarà, habent ita: tempore Gregorij Pa-
pe IX. circa annum Domini MCCLXX. sed hoc
falsũ est: nã Gregorius IX. an. Dñi MCCXXVII.
floruit, & illud tempus Gregorio Decimo omnino
conuenit: is enim sedit anno Domini MCCLXXI.
Directorum Cardinalis Sabelli ita habet: tempore
Hadriani IV. circa annũ Domini MCLVII.*

B quod videtur uerius: nam pleriq; scriptores tradunt,
*Valdenses, siue Pauperes de Lugduno exortos tem-
poribus Alexandri III. circa annos videlicet Domi-
ni MCLX. qui proximè successit Hadriano IV. qua-
tuor solum annis interpositis. his ad stipulatur Ra-
phael Volaterranus. qui in commentarijs suis Vrbani
libro vigesimo, capitulo secundo. tradit, Valden-
ses sub Hadriano Quarto, auctore Valdone excita-
tos. & Guido Carmelita. in summa tit. de hæresibus
Valdensium ait, sectam Valdensium incepisse cir-
ca annum Domini MCLXX. Itaque in Barcino-
nensi proculdubio est mendum, quod quamuis nõ sit
immutatum, adnotatum est tamen.*

C Nec obstat a Gregorio Nono longo post tem-
pore anathemate percussos in capitulo excommunica-
mus. el secundo, de hæret. sub nomine Pauperum de
Lugduno: quoniam horum secta multis annis dura-
uit, eiusque reliquæ vsque ad Gregorium Nonum,
& ulterius peruenerunt: ideo cum cæteris excom-
municati sunt.

Iam in codice Bononiensi corruptissimè legitur:
tempore Domini Gregorij Papæ Noni, & circa
annum Domini MCLXX. cum constet Grego-
rium Nonum, vt dixi, anno Domini MCCXXVII.
floruisse. nec desunt qui dicant eos temporibus Inno-
centij III. exortos, vt sequens commentarius do-
cet.

b Insurrexit in partibus Gallicanis in Cimita-
te Lugdunensi quidam vocatus Valdenius: seu
Valdenis.] Ita *Barcinonensis impressus in Sabel-
lano, Valde sius: in codice Cardinalis de Gamba-
rà, Valdenius: in Bononiensi, Valdenius. Guido
Carmelita in summa de hæresib. titulo de hæresibus
Valdensium in principio ait, Valdensium secta
principium dedisse quendam ciuem Lugdunensem
nomine Valdensium seu Valdensem. Bernardus Lut-
zemburgus in catalogo hæreticorum, in verbo pau-
peres de Lugduno. & Prateolus libro decimoquar-
to, de sectis hæreticorum, capitulo decimotertio, &
lib. decimonono, cap. duodecimo. Valdonem vocat
hunc ciuem Lugdunensem, qui principium huic secte
dedit.*

De origine autem horum hæreticorum multi scri-
pserunt, nemo tamen distinctius quam frater qui-
dam Iuonetus, qui eorum temporibus floruisse vide-
tur: is enim in summa, parte 5. cap. secundo, (quod
fragmentum extat in peruetusto illo codice membra-
naceo manuscripto bibliothecæ Vaticanæ. fol. 72.
column. 1.) de hoc ita scribit: Ortus illius secte, quæ
Valdensium prima initia & causa.

S 4 dicitur

Quotempore
fuerint exor-
ti Valdenses,

in hoc

dicitur Poure de Lyod, siue Pauperes de Lugduno, sicut a diuersis audiui, & a quibusdam ipsarum qui videbantur ad fidem reuersi dum eorum interese examinationibus, sic se feretur habuisse Apud Lugdunum fuerunt quidam simplices laici, qui quodam spiritu inflammati, & supra ceteros de se praesumentes, iactabant se omnino vel leuere secundum Euangelicam doctrinam, & illam ad litteram perfecte seruare: postulantes autem a domino Papa Innocentio III. hanc viuendi formam, auctoritate sua sibi & suis sequacibus confirmari, adhuc recognoscentes primatum apud ipsum residere Apostolice potestatis: postea ceperunt ex se, vt plenius se Christi discipulos, & Apostolorum successores ostenderent, etiam sibi, officium praedicationis iactanter assumere, dicentes Christum praecipisse discipulis suis Euangelium praedicare, & quia sensu proprio verba Euangelij interpretari praesumpserunt, videntur nullos alios Euangelium iuxta litteram seruare: quod se facere velle iactauerunt, se solos Christi veros imitatores esse dixerunt; cumque Ecclesia videret eos officium praedicationis vsurpare, quod eis commissum non fuerat, cum essent idiotae & laici, prohibuit vt debuit, & nolentes obedire, communicauit. Illi autem contempserunt in hoc clauis Ecclesiae, dicentes, clericos hoc facere per inuidiam, quia viderent eos meliores esse, & melius docere, & maiorem ex hoc populi fauorem habere, cum pro bono & perfecto opere nullus debeat, aut possit excommunicari, quale est docere fidem & doctrinam Christi; & quod nullus debeat huiusmodi tantum bonum prohibenti quatenus obedire, & illam excommunicationem reputabant sibi aeternam benedictionem, gloriam se a Apostolorum successores, quod sicut illi, per doctrinam Euangelij a scribis & Phariseis, extra synagogas eieci, maledictioni eorum & percussioni subiacebant, ita & ipsi a clericis similia patrentur, sic superba praesumptio palliata sanctitatis, & a sanctitate singularitatis, cacitatem induxit haereticae prauitatis: cum Euangelica perfectio magis doceat humiliter obedire Doctoribus & rectoribus Ecclesiae, quam per amorem singularitatis, se scindere a catholica vnitate. *habet unus ille.*

Ex his tota haec quaestio valde illustratur. item docemur paulo recentiores esse Valdenses, cum Iuonetus hic, cui magna fides habenda est cum non longe ab illis temporibus vixerit, dicat eos exortes temporibus Innocentii III. nempe circa annos Domini MCC. a quo tempore non valde discedit Lutzemburgus, qui in Catalogo haeticorum, verbo, pauperes de Lugduno, scribit eorum, haesim incepisse anno Domini MCCXVIII. & plane non leui coniectura ducor ad credendum hanc opinionem vera esse: quoniam in Epistolario regesto inpresso Innocentij III. lib. 2. fol. 409. Epistola extat, cuius initium est. Et est, qua committit quibusdam Abbatibus, vt animaduertant in eos, qui officium praedicationis temere vsurpabant, quam habes in bullario litterarum Apostolicarum pro offi. sanctissime Inquisitionis, in principio.

A Vocantur vltius Inzabbatati, quia in eorum secta magis Perfecti in zabata eorum seu sotulari, &c.] *Variarum appellationum causas tradit autor: & inter eos qui dicuntur Perfecti abunde docui supra in hac 2. parte super Concilio Tarraconensi vers. Perfecti vero haeretici.*

B Inzabbatati dicti sunt a zabata, quod est pedis indumentum ex corio confectum, hoc Itali, scarpa, Hispani, zapato, vacant.

d Signum speciale distinctum ad modum scuti publicè deferebant.] *alibi legitur, signum singulare, mihi reponendum videtur, signum circulare, propter illa uerba: ad modum scuti, sed omnes fere codices his, speciale, habent,*

e Errores autem & haeresis istorum Valdensium isti sunt.] *Errores Valdensium recenset & confutat Guido Carnelita in summa de haesibus: tit. de haesibus. Valdensium, nonnullos etiam commemorat sanctus Antonius in summa par. 4. tit. xi. c. 7. §. 2. & Bernardus Lutzemburgus in Catalogo haeticorum verbo: pauperes de Lugduno, M. Prateolus lib. 17. cap. 17. de sectis haeticorum, & Aeneas Silvius de origine Boemorum, c. 37. Eymericus hic xx. tantum eorum errores commemorat: sed frater Iuonetus in summa illa sepe citata, p. 5. ca. 2. plusquam xxx. illorum haereses assert. eorum habitus pulchre describit Eymericus p. 3. n. 112. tit. de signis, per quos Valdenses cognoscuntur,*

f Propter huiusmodi errores & haereses, &c. processu temporis dominus Gregorius Papa Nonus, &c. condemnauit in ca. excommunicamus, 2. de haeret.] *Ex his verbis credo inductum esse medium in principio huius quaestionis, cum dicat hic Eymericus, Gregorium Nonum eos condemnasse; sed considerari oportuit illa verba, processu temporis quae indicant apertissime autorem non sensisse eos tempore Gregorij Noni exortes. Facta est autem haec exortio per Gregorium IX. anno Domini MCCXXXVI. per bullam incipien. Excommunicamus, quam habes in bullario litterarum. Apostol. pro officio sanctae Inquisitionis: sed ante Gregorium, alij Romani Pontifices, eos anathemate percusserunt, ex praedictis.*

E Quoniam vero, vt docet Eymericus initio huius quaestionis, Valdenses metu poenarum propter vsurpationem sedibus in varias prouincias se contulerunt, etiam ad Hispaniam profecti sunt, et in regnis regis Aragonum conati sunt latere, & suas haereses paulatim docere. Caterum Alfonso Rex Aragonum pius catholicus, maiores suos imitatus, qui nunquam in eius Regnis haereses viuere passim sunt sed debitam Romanae Ecclesiae obedientiam, & fidelitatem praestiterunt, sedictis cauit, vt Valdenses & ceteri eiuslibet sectae haeretici de regnis suis exularent. Id editum ex Bibliotheca Illustrissimi Iulij Antonij Scriptorij Cardinalis sanctae & Seuerinae unius ex Inquisitionibus generalibus in tota Repub. Christiana, & nobis singulari benignitate exhibuit, eodem libentius proponendum curari, quia gratum futurum lektoribus notitiam antiquitatis eximo, & vt intelligatur Principum cura in exterminandis haeticis habet autem ita.

EDICTVM REGIS
Ildefonsi contra hereticos Val-
denses, vt exeant de re-
gno suo.

Ildefonsus Dei gratia Rex Aragonum,
 Comes Barchinone, Marchio Pro-
 uincie, vniuersis Archiepiscopis, E-
 piscopis, & ceteris Ecclesiarum Dei Pre-
 latis, Comitibus, Vicecomitibus, Militi-
 bus, & vniuersis populis in regno & in
 potestate sua constitutis, Salutem, &
 integram Christiane religionis obseruan-
 tiam.

Quoniam Deus populo suo nos prae-
 se voluit, dignum est & iustum, vt de salua-
 tione & defensione eiusdem populi conti-
 nuam pro viribus nostris geramus sollicitu-
 dinem. Quapropter praecedentium nostrorum
 imitatores, & iure canonibus obtemperan-
 tes, qui haereticos a conspectu Dei, & catho-
 licorum omnium abiecerunt, vbiq; daem-
 nos, atque persequendos censuerunt, Val-
 deses videlicet, siue Inzabbataros, qui alio
 nomine se vocant Pauperes de Lugduno,
 & omnes alios haereticos, quorum non est
 numerus, a sancta Ecclesia anathematiza-
 tos, ab omni regno nostro & potestatiuo,
 tanquam inimicos crucis Christi, Christia-
 naeque religionis violatores, & nostros &
 regni publicos hostes, exire ac fugere pra-
 cepimus. Si quis igitur ab hac die, & de-
 inceps praedictos Valdenses & zaptatos
 aliosve haereticos cuiuscunque fuerint pro-
 fessionis, in dominibus suis recipere, vel ho-
 rum funestam praedicationem aliquo loco
 audire, vel his cibum, vel aliud aliquod be-
 neficium largiri praesumpserit, indignationem
 omnipotentis Dei, & nostram se no-
 uerit incurrisse, bonisque suis absque appel-
 lationis remedio confiscandis, se tanquam
 reum criminis laesae maiestatis puniendum.
 Et hoc nostrum edictum, & perpetuam con-
 stitutionem per omnes ciuitates, castella
 & villas regni nostri & dominationis, ac per
 omnes terras potestatis nostrae Dominicis
 diebus recitari ab Episcopis, ceterisque Ec-
 clesiarum rectoribus, atque a Vicarijs, Ba-
 luis, Iustitijs, Merinis, & Zenalmedinis,
 omnibusque populis, obseruari & praedi-

ctam penam transgressoribus inferendam
 mandamus. Notandum etiam, quia si qua
 persona nobilis, aut ignobilis aliquos sa-
 pe dictorum nefandorum, quibus iam per
 triduum edictum nostrum innotescere con-
 siterit, alicubi regionum nostrarum inue-
 nerit, non prorsus, aut cito tamen exeun-
 tes, sed potius contumaciter commoran-
 tes, aut deambulantes omne malum, dede-
 cus, & grauamen, quod his, praeter solum-
 modo laesionem mortis, aut membrorum
 detractionem intulerit, gratum & acce-
 ptum erit in oculis nostris, & nullam in pe-
 nam pertimescat, quae quomodo incur-
 rere, sed potius gratiam nostram se noue-
 rit promereri. Damus autem nefandis illi in-
 ducias (quamuis quodammodo propter
 debitum, & contra rationem fieri videatur)
 usque in Crastinum Sanctorum omnium,
 quo vel egressi fuerint de terra nostra, vel
 egredi incaperint, deinde spoliandis, ce-
 dendis, ac fustigandis, & turpiter, & male
 tractandis.

*Signum † Ildefonsi Regis Aragonum
 Comitis Barchnonis, Marchionis Pro-
 uincie. Signum † Petri regis Aragonum,
 & Comitis Barchinonis in originalis hu-
 ius chartae, & signum Domini Regimun-
 di Archiepiscopi Tarraconensis, & Do-
 mini G. Episcopi Tiraasonensis, & Do-
 mini R. Episcopi Iaccensis, & fuit facta
 charta illa apud Illerdam a Gulielmo de
 Bassia regio notario, Anno Domini
 MCXCIIII Fuit collationata cum origina-
 li. Ita est Martinus de Scribas notarius.*

QVAESTIO XV.

De haeresibus Begardorum, &
 Beguinorum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Petrus Joanes heresiarcha caput Begardorum.
- 2 Michael de Casena sectator Petri Joannis.
- 3 Begardorum & Beguinorum errores.
- 4 Haeretici pro martyribus habiti a suis.
- 5 Beguinorum maledicta contra Rom. Pontifice.
- 6 Litterae Joannis Papae xxii. in quibus damnatur eorum doctrina.



Vintadecima quaestio est: Haereses & er-
 rores Begardorum, Beguinorum, Fra-
 ticellorum, vel Fratrum de penitentia
 de

de tertio ordine beati Francisci, (quod idem est) qui insurrexerunt in prouincia Prouincia, & in prouincijs Narbona, Tholosæ, Carcaffona, Sicilia insula, & Calabria, Tuscia, Alemania, & alijs diuersis mundi partibus, & adhuc danabiliter pferuerant in dictis partibus, eod. nata p prelatos & Inquisitores, & quæ quotidie cōdēnātur, q sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis V insurrexit in prouincia Narbona homo quidam vocatus frater Petrus Ioannis de ordine fratrum Minorum, de villa, quæ dicitur Criacum, diocesis Biteren. oriundus. Hic quamplures hæreses & errores in dicta prouincia verbis, ac scriptis pariter publicauit, & quamplures ad se traxit. Hic condidit, dum uiueret, Postillam super Apocalypsim, Postillam super Canonicas, Postillam super Mathæum, quendam tractatum de mendicitate, & quendam alium de dispensationibus, in quibus libris, præsertim in Postilla super Apocalypsim, quamplures hæreses & errores inseruit: vt supra patuit in quaestione 9. ubi recitantur. Ex euius fratris Petri Ioannis prauis verbis, & informationibus factis suis, familiaribus dum uiueret, & etiã ex eius prædictis libellis & Postillis: & præsertim super Apocalypsim quæ remanserunt post eius mortem, & remanent hodie apud Begardos, licet per Ecclesiam condenata,

2 Et ex proprijs inuentionibus eius sequacium, vt pote fratris Michaelis de Casena hæretici, dicti ordinis Minorum Generalis Ministri, nonnullorum aliorum multorum eiusdem ordinis, hæreses & errores, ac abominaciones, & blasphemix contra sanctam Ecclesiam pullularunt, & quam plurimum creuerunt, & hodie crescunt. Et quamplures in Catalonia, & in Narbona, Biteris, Tholosæ, Montepessulano, Capitefagni, Lunello, Marfilia, Calabria, Sicilia, Tuscia, Alemania: ac modernis temporibus Auinione, existente ibi Romana curia tempore Clementis Papæ VI. & Innocentii VI. ac in Viterbio tempore Urbani Papæ V. fuerunt vt pertinaces hæretici dānati, & ignibus concremati.

Hæreses autem & errores Begardorum, Beguinorum, Fraticellorum, vel Fratrum de penitentia de tertio ordine beati Francisci, isti sunt.

3 Primus error & hæresis est: quod Dominus Iesus Christus in quantum fuit homo, & eius Apostoli nihil habuerunt in proprio, nec etiã in communi: quia fuerunt perfecti pauperes in hoc mundo.

Secundus error & hæresis est: quod dicunt hanc esse perfectam Euangelicam paupertatem videlicet nihil habere in proprio, nec in communi.

Tertius error & hæresis est, quod habere aliquid in communi diminuit de perfectione Euangelicæ paupertatis.

Quartus error & hæresis est: quod Apostoli sine diminutione perfectionis eorum, & sine peccato, non potuerunt habere aliquid, nec in proprio nec in communi.

Quintus error & hæresis est, quod dicere &

credere, ac asserere contrarium prædictorum, est hæreticum.

Sextus error est: quod regula beati Francisci, est illa vita Iesu Christi, quam Christus seruauit in hoc mundo, & quam Apostolis suis tradidit, & imposuit obseruandam.

Septimus error est: quod sanctus Franciscus tradidit fratribus sui ordinis in regula sua prædictam Euangelicam paupertatem, ita quod professores dicte regule nihil possunt habere nec in proprio nec in communi.

Octauus error est: quia dicunt, quod beatus Franciscus post Christum, & eius matrem (& aliqui addunt, post Apostolos) fuit summus & præcipuus obseruator vitæ & regule Euangelicæ, ac renouator eius in isto statu sexto Ecclesie, in quo dicunt iam nos esse.

Nonus error & hæresis est: quod regulam sancti Francisci dicunt esse Euangelium Christi, ac eundem esse cum Euangelio Christi.

Decimus error est: quod quicumque impugnant, vel contradicunt in aliquo regulae sancti Francisci (quam dicunt esse Euangelium) impugnant, & contradicunt Euangelio Christi, & per consequens errant, & sunt hæretici, si in hoc perseuerant.

Undecimus error est: quod sicut Papa, vel aliquis alius, non potest aliquid immutare in Euangelio, nec addere, nec subtrahere ex eodem, ita non potest aliquid immutare in prædicta regula, nec addere, nec subtrahere ex eadem, quantum ad vota, seu consilia Euangelicæ, ac præcepta contenta in ipsa.

Duodecimus error est: quia dicunt, quod Papa non potest dictam regulam Euangelicam sancti Francisci cassare, vel immutare; nec tollere ordinem sancti Francisci, quem Euangelicum ordinem esse dicunt. Idem dicunt de tertia eius regula.

Tertiusdecimus error est: quia dicunt, quod Papa non potest facere constitutionem vel decretalem, per quam dispenset ac concedat fratribus Minoribus, quod possint habere bladum, vel vinum ad seruandum in communi in granarijs vel cellarijs, pro tempore futuro ad suum usum, seu victum necessarium: & quod hoc esset facere contra Euangelicam regulam sancti Francisci, & Euangelium Christi.

Quartusdecimus error & hæresis est; quoniam dicunt, quod dominus Papa Ioan. xxii. faciendo quandam constitutionem, quæ incipit: Quorundam. in qua dicitur concedere, ac dispensare eum fratribus Minoribus, quod possint congregare vinum & bladum in granarijs, vel cellarijs, pro tempore futuro ad arbitrium prelatorum ordinis ipsorum, fecit contra Euangelicam paupertatem, & per consequens (vt aiunt) contra Euangelium Christi: & ideo dicunt, quod factus est hæreticus: & quod ex hoc perdidit potestatem Papalē ligandi & soluendi, & alia faciendi. si in hoc perseuerauerit, & quod prelati per eum facti ex quo dictam constitutionem fecit, non habent aliquam ecclesiasticam iurisdictionem, seu potestatem.

Quin-

Quintusdecimus error, & hæresis est: quod omnes prælati, & alij, qui eidem domino Papæ in dicta constitutione faciendâ consenserunt, ac consensuerunt scienter, ex hoc facti sunt hæretici, si in hoc pertinaciter perseuerent: & quod omnem potestatem seu iurisdictionem ecclesiasticam perdididerunt.

Sextusdecimus error est: quia dicunt quod omnes fratres Minores, qui dictam constitutionem fieri procurarunt, ac qui eidem consensuerunt, & eam recipiunt, vel ea vtiuntur, ex hoc hæretici sunt effecti.

Decimusseptimus error est: quia dicunt quod dominus Papa non potest facere secundum Deum, quod aliquis frater Minor etiam de licentia ipsius Papæ, transeat ad aliam religionem, seu ordinem, ubi ipse frater Minor, sicut & alij fratres eiusdem ordinis habeant aliquas diuitias in comuni. Quia ut dicunt, hoc esset descendere a maioribus, & alioquin gradu, seu statu perfectionis virtutis ad minorem, & inferiorem: & hoc esset destitueres, & non constituitur: & potestas Papæ est data solum in constructionem, & non in destructionem.

Decimus octauus error est: quod si aliquis frater Minor factus fuerit Episcopus, vel Cardinalis, vel etiam Papa, tenetur seruare votum paupertatis à se prius factum, secundum regulam sancti Francisci.

Decimus nonus error & hæresis est: quia dicunt, quod perfectior status qui sit in Ecclesia Dei, est status ordinis fratrum Minorum, qui paupertatem Euangelicam vouerunt, & promiserunt, nec status prælatorum ad perfectionem eius pertingit: sed illi prælati, qui de ordine fratrum Minorum assumuntur, ubi paupertatem Euangelicam promiserunt, ad quam seruandam sunt perpetuo obligati, ad eandem perfectionem pertingunt, si votum seruauerint à se prius factum.

4. Vigésimus error est: quia dicunt quod illi quatuor fratres Minores, qui sub anno Domini MCCXXVI. apud Marsiliam per Inquisitorem hæretica prauitatis, qui etiam erat de ordine fratrum Minorum, fuerunt velut hæretici condemnati (ex hoc, ut ipsi dicunt, quod volebant seruare, & tenere puritatem, & veritatem, & paupertatem regulæ dictæ sancti Francisci, & quia nolabant assentire in laxationem regulæ, nec recipere dispensationem prædicti domini Papæ factam super illam, nec sibi nec alijs super hoc obedire) fuerunt condemnati iniuste, pro veritate Euangelicæ regulæ defendenda: & ideo dicunt ipsos non fuisse hæreticos, sed catholicos, & etiam martyres gloriosos ipsorumque implorant orationes, & suffragia apud Deum.

Vigésimus primus error est: quia dicunt multi ex eis se credere, eos esse non minores martyres, nec minoris meriti apud Deum, quam sanctos Laurentium, & Vincentium martyres.

Vigésimus secundus error est: quod quidam ex ipsis dicunt, quod in ipsis quatuor fratribus Minoribus, fuit Christus iterum spiritualiter Crucifixus, tanquam in quatuor brachijs Crucis, cum

paupertas Christi, & vita eius fuerint in ipsis condemnata.

Vigésimus tertius error est: quia dicunt, quod si dominus noster Papa mandauit, ac consensit, quod prædicti quatuor fratres Minores fuerint per Inquisitorem velut hæretici condemnati, ex hoc ipse factus est hæreticus, & maior etiam inter alios, cum deberet ipse, sicut caput Ecclesiæ, perfectionem Euangelicam defendere, & ideo (ut dicunt) Papalem perdidit potestatem, nec etiam credunt ipsum esse Papam, & quod non est ei obediendum in aliquo à fidelibus, & quod ex tunc vacauit Papatus.

Vigésimus quartus error, & hæresis est: quia dicunt, quod omnes illi Beguini vulgariter appellati, qui se ipsos fratres de penitentia, de tertio ordine sancti Francisci appellant, qui in istis tribus annis præcedentibus, videlicet ab anno Domini MCCCXVII. vel circa, fuerunt per iudicium Prælatorum, & Inquisitorem hæretica prauitatis velut hæretici condemnati in prouincia Narbone, & in Capite stagni, & Bitteris, & apud Lodonam, & in diocesi Agatan, & apud Lunellum, & Magolon, diocesi, qui credebant, prædictos quatuor fratres Minores esse sanctos martyres, & credebant, & tenebant, & sentiebant, sicut ipsi de paupertate Euangelica, & de Potestate Papæ videlicet quod eam perdidit, & quod sit factus hæreticus, & quod etiam Prælati, & Inquisitores qui dictos fratres persecuti fuerunt, ex hoc facti sunt hæretici, & quod doctrina fratris Petri Ioannis, olim tota erat vera & catholica, & quod ecclesia carnalis, scilicet Romana Ecclesia, erat Babylon mæretix magna, destruenda, & deiiciens, sicut olim destructa fuit Synagoga Iudeorum incipiente ecclesia primitiua; tales etenim Beguini, quamuis prædicta omnia crederent, & defenderent, fuerunt (ut dicunt) iniuste condemnati, & pro veritate defendenda, & non fuerunt hæretici, sed catholici, & dicunt eos esse coram Deo martyres gloriosos.

Vigésimus quintus error, quia dicunt, quod Ecclesia Dei adhuc recognoscat, quod dicti quatuor fratres Minores, & dicti Beguini, qui fuerunt velut hæretici condemnati sunt sancti martyres, & de eis fiet solempne festum in Ecclesia, sicut de alijs magnis martyribus.

Vigésimus sextus error: quia dicunt, quod Prælati, & Inquisitores, qui ipsos iudicauerunt, & condemnauerunt velut hæreticos, & etiam omnes illi, qui consenserunt ac consensuerunt, in condemnationibus eorum, ex hoc facti sunt hæretici, si in hoc perseuerant: & ex hoc perdidit ecclesiasticam potestatem ligandi, & soluendi, & administrandi ecclesiastica sacramenta, nec est eis obediendum à fidelibus Christianis.

Vigésimus septimus error est: quia dicunt, quod omnes, & singuli prædicti, quos dicunt esse factos hæreticos propter prædicta, non sunt de Ecclesia Dei, nec de numero fidelium: sed sunt extra Ecclesiam, si in hoc perseuerant.

Vigésimus octauus error est: quia dicunt, quod omnes illi, qui tenent, & credunt sicut ipsi Beguini, seu

ni, seu fratres pauperes de tertio ordine, credunt & tenent de predictis omnibus; & sicut tenuerunt & crediderunt illi, qui fuerunt veluti heretici condemnati; & etiam alii fideles, qui non sunt de tertio ordine, siue sint clerici, aut religiosi, aut laici, qui credunt aut tenent de predictis sicut ipsi Beguini; omnes inquam tales (vt aiunt) sunt Ecclesia Dei, ac de Ecclesia Dei, & intra ecclesiam Dei viuunt.

Vigesimus nonus error est: quod multi Beguini, & Beguinae, ac etiam credentes ipsorum erroribus, recollecterunt occulte ossa combusta, & cineres predictorum combustorum, qui fuerunt veluti heretici condemnati, ad conferendum sibi pro reliquijs, & tanquam reliquijs sanctorum, seu labantur, & venerantur, sicut aliorum sanctorum ob deuotionem & reuerentiam eorum dem: sicut compertum extitit, & inuentum per inquisitionem, & confessionem, ac confessiones, ac de positiones quorundam Beguinorum receptas in iudicio, qui talia secum habebant, & alios habere, & habuisse viderant, & sciebant, sicut quotque nos inquirentes de talibus reliquijs apud eos inuentis, palpauimus, & vidimus, & fide probauimus oculata.

† al. quando que.

Trigesimus error est: quod aliqui ex Beguinis scripserunt, & notarunt nomina predictorum condemnatorum, & dies siue Calendaris, in quibus passi fuerunt sicut martyres (vt ipsi asserunt) secundum quod Ecclesia Dei, de sanctis, & iustis martyribus facere consuevit, & nomina eorum adnotauerunt in suis Calendaris, & in suis inuocant Litanijs.

† al. communitatis.

Trigesimus primus error est: quod Papa non potest dispellere cum aliqua persona in voto virginitatis, seu castitatis, etiam si votum id fuerit simplex, & non solemne, quantumcumque etiam ex tali dispensatione sequeretur aliquod magnū bonum ciuitatis: si pura reformatio pacis alicuius prouincia siue regni: vel conuersio vnius gentis ad fidem Christi: quia persona, eum qua dispensaretur, de maiori, & altiori gradu perfectionis suae descenderet ad minorem.

Trigesimus secundus error est: quia dicunt quod si omnes mulieres essent mortuae, excepta vna, quae uouisset castitatem vel virginitatem Deo, & etiam si genus humanum deficeret, nisi talis mulier contraheret, Papa non posset cum tali muliere dispensare; nec talis mulier teneretur obedire Papae praecipienti, vt contraheret, & si obediret, mortaliter peccaret, & si propter hoc excommunicaretur per Papam, talis excommunicatio esset iniusta, & eam non ligaret, et si sustineret propter hoc mortem, esset martyr.

Trigesimus tertius error est: quia dicunt, quod non tenentur iurare coram Praelatis, & Inquisitoribus, quamuis delati sunt de secta, & haeresi Beguinorum ad respondendum eis, nisi solum de fide, ac articulis fidei.

Trigesimus quartus error, & haeresis est: quia dicunt, quod si excommunicarentur propter hoc, quia recusant iurare simpliciter, & absolute de veritate dicenda in iudicio de requisitis, ni

si tantum de articulis fidei, & praecipis, ac sacramentis; & quia nolunt de alijs respondere, & quia recusant suos complices reuelare, quod talis excommunicatio est iniusta, & quod non ligat eos.

Trigesimus quintus error est: quia dicunt quod Papa non potest secundum Deum in hibere Beguinis, etiam per sententiam excommunicationis, quod non uiuant de medicitate, quamuis possent laborare, & de arte sua victum sibi congruum procurare, nec tenentur sibi obedire: & si propter hoc condemnarentur ad mortem, dicunt quod essent martyres gloriosi.

Trigesimus sextus error est: quia dicunt, & asserunt, quod tota doctrina, & scriptura fratris Petri Ioannis olim de ordine fratrum Minorum, est vera & catholica, & eandem credunt, & dicunt fuisse ei a Domino reuelatam, & dicunt fratrem Petrum Ioannis hoc ipsum, dum uiuebat, suis familiaribus reuelasse.

Trigesimus septimus error est: quod fratrem Petrum Ioannem communiter uocant sanctum Petrum non canonizatum, quia dicunt ita eum esse martyrem.

Trigesimus octauus error est: quia dicunt, eum esse ita magnum Doctorem, quod ab Apostolis, et Euangelistis citra, non fuit aliquis maior eo: & aliqui addunt, quod fuit maior in sanctitate, & doctrina.

Trigesimus nonus error, & haeresis est: quia dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petrum Ioannem ueritatem tenuisse, & dixisse, in eo quod dixit, & tenuit, quod Christus uiuebat, quando fuit pendens in Cruce, in latere lanceatus dicentes quod anima Christi secundum rei ueritatem, adhuc erat in corpore, sed quia Christus erat multum exinanitus, ideo aspicientibus mortuus uidebatur: Ioannes autem Euangelista, ideo dicit eum tunc esse mortuum, quia mortuus apparebat, Mattheus autem Euangelista scripsit, quod Christus tunc uiuus erat, quia secundum rei ueritatem ita erat, sed Ecclesia abrahit hoc de Euangelio Matthei, ne Ioanni Euangelista contrarius uideretur.

Quadragesimus error est: quia dicunt, quod scriptura, et doctrina predicti fratris Petri Ioannis sunt magis necessariae Ecclesiae Dei, pro isto tempore finali, quam aliqua alia scriptura: quorum eunquē Doctorem, & Sanctorum, exceptis scripturis Apostolorum, & Euangelistarum; quia (vt dicunt) ipse magis declarat, & dat intelligere malitiam Antichristi, & discipulorum eius, uide licet Pharisaorum, quos dicunt esse praelatos, & religiosos moderni temporis.

Quadragesimus primus error est: quia dicunt quod illi, qui non recipiunt doctrinam eius, sunt caeci: & illi, qui reprobant eius doctrinam, & condemnant, sunt haeretici.

Quadragesimus secundus error est: quia dicunt, quod si Papa condemnaret doctrinam vel scripturam fratris Petri Ioannis condemnando eam esset haeticus, quia condemnaret vitam, & doctrinam Christi.

Quadragesimus

Quadragesimus tertius error est: quia dicitur
 (sicut inueniunt in Postilla fratris Petri prædi-
 cti super Apocalypsim) Ecclesia carnalem, per
 quam intelligunt Romanam Ecclesiam, non solum
 pro ipsa Roma, sed quantum se extendit Roma-
 ni Imperii latitudo, esse illam Babylonem mere-
 tricem magnam, de qua loquitur Ioannes in Apo-
 calypsi. Et de ipsa exponunt & intelligunt, quæ
 leguntur ibidem, videlicet, quod ipsa est ebria de
 sanguine martyrum Iesu Christi; & exponunt
 de sanguine illorum quatuor fratrum Minorum,
 qui fuerunt apud Marsiliam combusti ut hæreti-
 ci condemnati: & de sanguine Beguinorum de
 tertio ordine, qui fuerunt in istis retro annis tan-
 quam hæretici condemnati & combusti in provin-
 cia Narbonensium, sicut superius plenius continetur,
 quos asserunt esse martyres Iesu Christi.

Quadragesimus quartus error est: quia dog-
 matizant, quod ecclesia carnalis, videlicet Romana
 Ecclesia, ante prædicationem Antichristi est de-
 struenda per bella, quæ contra ipsam faciet Fre-
 dericus Rex Siciliae, qui tunc regnabat cum cõ-
 plicibus suis, qui vocantur decem Reges, qui in-
 telliguntur per decem cornua bestie de quibus
 scribitur in Apocalypsi. Et quadam alia de Re-
 ge Frederico contra Regem Franciæ, & Regem
 Robertum. Et circa hoc fabulabantur multa
 alia tam erronea quam insana.

Quadragesimus quintus error est: quia isti dog-
 matizant, quod in fine sexti status Ecclesiæ, in
 quo statu dicunt nos esse, qui incipit a sancto
 Francisco citra; prædicta Ecclesia carnalis, Baby-
 lon meretrix magna, est reiicienda à Christo, si-
 cut reiecta fuit Synagoga Iudæorum, quia cruci-
 fixit Christum: Quia carnalis Ecclesia crucifigit
 & persequitur vitam Christi, in illis fratribus,
 quos vocant pauperes & spirituales, ordinis sancti
 Francisci: exponendo tam de primo, quam de
 tertio ordine, & persecutione, quæ facta est con-
 tra eos in provincia Prouinciæ, & in provincia
 Narbonensium, de qua superioribus est per actum.

Quadragesimus sextus error est: quia dogma-
 tizant, quod sicut reiecta synagoga à Christo, fue-
 runt pauci viri electi per eum, per quos fuit funda-
 ta Christi Ecclesia primitiua, quatum ad primũ
 statum Ecclesiæ, ita reiecta & destructa carnalis
 Ecclesia Romana in sexto statu Ecclesiæ: nunc
 etiam remanebunt pauci viri electi spirituales,
 pauperes Evangelici, quorum maior pars (vt aiunt)
 erit de vtroque ordine sancti Francisci, videlicet de
 primo & de tertio, per quos fundabitur Ecclesia
 spiritualis, quæ erit humilis & benigna in septimo
 & ultimo statu, qui incipiet mortuo Antichristo.

Quadragesimus septimus error est, quia dog-
 matizant, quod omnes religiones seu ordines de-
 struentur in persecutione Antichristi, excepto or-
 dine sancti Francisci, quem distinguunt in tres
 partes, quarum vnã dicunt esse communitatẽ
 ordinis, & secundam dicunt esse illos, qui appel-
 lati sunt Fratres in Italia, & tertiam dicunt esse
 tam in fratribus, quos vocant spirituales, seruanti-
 bus puritatem fratre gulæ sancti Francisci, quam
 in fratribus de tertio ordine eiusdem adhaerenti-

A bus. Et primæ duæ partes (vt aiunt) destruentur,
 & tertia remanebit vsque ad finem mundi dura-
 tura: quia (vt aiunt) beato Francisco sic fuit à
 Deo promissum.

Quadragesimus octauus error est: quia dog-
 matizant esse duplicem Antichristum, videlicet
 vnum spirituale seu mysticum, & alium reale
 maiorem Antichristum, & primum dicunt esse
 præparatorem viæ secundi: & dicunt esse primũ
 Antichristum illum Papam, sub quo fiet, & sub
 quo iam fit (vt aiunt) persecutio, & condemnatio
 eorundem.

Quadragesimus nonus error est: quod deter-
 minant tempus, infra quod maior veniet Anti-
 christus, & incipiet prædicare, & finiet cursum
 suum; quem Antichristum iam dicunt esse na-
 tum, & finiet (secundum quosdam ex eis) cursum
 suum, circa annum, quo computabatur in carna-
 tio Domini anno MCCCXXXV.

Quinquagesimus error est, quia dogmatizant
 quod illi viri spirituales, quos vocant euangeli-
 cos, in quibus, & per quos fundabitur ecclesia,
 mortuo Antichristo, prædicabunt xij. tribubus
 Israel, & conuertentur de qualibet tribu, duode-
 cim milia, qui simul congregati erunt centũ qua-
 draginta quatuor millia: & hæc erit militia signa-
 ta per Angelum habentem signum Dei viui: &
 exponunt de Beato Francisco, qui habuit signa-
 ta vulnerum Christi. Quæ militia signata primo
 pugnabit cum Antichristo, & per eum occidetur
 ante aduentum Helie & Enoch.

Quinquagesimus primus error est: quia dicunt
 quod tempore persecutionis Antichristi, ita affli-
 gentur Christiani carnales, quod desperati dicent, quod
 si Christus esset Deus, non permitteret, quod
 Christiani tanta paterentur mala, & sic desperati apo-
 statabunt à fide, & morientur. Sed Deus abscon-
 det prædictos viros spirituales electos, & tunc
 Ecclesia reducetur ad numerum personarum, in
 quo numero fuit fundata Ecclesia primi-
 tiua, ita quod vix remanebunt xii. in quibus etiam
 fundabitur, & in quibus infundetur Spiritus san-
 ctus in æquali vel in maiori abundantia, quã fuerit
 infusus super Apostolos in Ecclesia primitiua.

Quinquagesimus secundus error est, quia dicunt
 quod post mortem Antichristi, dicti viri spiritua-
 les conuertent totum mundum ad fidem Chri-
 sti, & totus mundus erit bonus & benignus: ita
 quod nulla malitia vel peccatum erit in homini-
 bus illius status, nisi forte peccata venialia in ali-
 quibus: Et omnia erunt communia quo ad vsum,
 & non erit aliquis, qui offendat alium, vel sollici-
 tet ad peccatum, quia maximus amor erit inter
 omnes, & erit tunc vnus ouile & vnus pastor:
 Et talis omnium status & conditio durabit (secun-
 dum aliquos ex ipsis) per centum annos: deinde
 deficiente amore, paulatim subingredietur mali-
 tia, & intantum excresecet paulatim, quod Christus
 propter excessum dicte malitiæ; quasi cogetur
 venire ad generale iudicium omnium.

Quinquagesimus tertius error est, quia igno-
 miniose & grauiter obloquuntur contra domi-
 num

num Papam Vicarium Iesu Christi, quem sicut infanti mente, & Schismatici vocant, & dicant esse mysticum Antichristum, maioris Antichristi præcursores, & præparatores viæ eius.

Quinquagesimus quartus error est, quod vocant eum, lupum rapacem, à fidelibus euitandis & prophetam Iuseum, seu cæcum: Caipham Pontificem, qui Christum condemnauit: & Herodem, qui Christum illudendo derisit: quia vt dicunt, ipse condemnat vitam Christi, & deridet Christum in pauperibus suis.

Quinquagesimus quintus error est: quia dicit ipsam Papam esse apum de filia, & singularem ferum, exterminantem & destruentem macerã seu claustrã Ecclesiæ Dei: ita vt in eam possint ingredi canes & porci, id est, homines, qui perfectionem vitæ Euangelicæ dilacerant, atque conculant: & dicunt, quod plus facit de malo in Ecclesiã, quam omnes hæretici præcedentes: quia tempore hæreticorum manebat Ecclesiã in statu suo, nunc vero tempore eius, carnalis Ecclesiã destruetur, quia ipse solus eum duobus Carlinibus fugiet, & latitabit, & morietur præ tristitia & dolore.

Et quia prædicti errores fundantur originali ter in paupertate Euangelicã, quam dicebant esse mendaciter quod Christus & eius Apostoli non habuerunt aliquid in proprio, nec in communi: & q̄ in his quibus utebantur, non habebant aliquid ius, sed solum modo simplicem usum facti: ideo dominus Ioannes XXII. declarauit contrarium esse verum & catholicum, & ista duo esse hæreticalia, & condidit de consilio fratrum extrauagantem, Cum inter nonnullos, tenoris sequentis.

De proprio & communi Extrauagantes Domini Ioannis xxij.

† Hæc habetur inter extrauag. Ioan. xxij. tit. de verbo. sig. c. 4.

Cum inter nonnullos viros scholasticos sæpe contingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter affirmare redemptorem nostrum & dominum Iesum Christum, eiusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua nec in communi etiã, hereticum sit cõsuetudum, diuersis diuersa & aduersa etiam sententibus circa illud; Nos huic concertationi finem imponere cupientes, assertionem huiusmodi pertinacem, cū scripturæ sacræ (quæ in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse asserit) contradicat expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam vtiq̄ fidei orthodoxæ probantur articuli, quo ad præmissa fermentum aperte supponat continere mendacij, ac per cõsequens, quantum in ea est, eius in totum fidem euacuã, fidem catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam & incertam; deinceps erroneam fore censendam, & hæreticam: de fratrum nostrorum consilio, hoc perpetuo declaramus edicto.

dam, & hæreticam: de fratrum nostrorum consilio, hoc perpetuo declaramus edicto.

Rursus in posterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori nostro prædicto, eiusq; Apostolis in his, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsi vtendi competierit, nec illa vendendi, seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expresse: cum talis assertio ipsorum usum & gesta euidenter includat, in præmissis non iusta; quod vtiq̄ de usu, gestis, seu factis redemptoris nostri Dei filii sentire nefas est, sacræ scripturæ contrarij, & doctrinæ catholice inimicij: assertionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam merito, ac hæreticam declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum infringere vel ausu ei temerario contraire. Si quis autem hoc attentare voluerit, seu præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Auinion. ii. Idus Nouembrii, Pontificatus nostri anno septimo.

Et quia prædictæ constitutioni, Cum inter nonnullos, dictus frater Michael de Casena Minister Generalis fratrum Minorum hæreticus, con tradixit, patenter, publice, & impudenter cum suis complicibus mendaciter asserendo, quod Romanus Pontifex constitutionem, Cum inter prædictam; non potuit condidisse: Idem dominus Ioannes XXII. constitutionem edidit, quæ incipit: Ad conditorem canonum. in qua clarissime ostendit, quod constitutionem potuit facere antedictam.

Verum quia ille hæreticus Michael antedictus, cum quam pluribus sociis suis, etiam dictæ constitutioni, Ad conditorem etiam detrahebat: & ambas, Cum inter. & Ad conditorem. pariter condemnabat. Idem dominus Ioannes tertiam constitutionem edidit, quæ incipit: Quia quorundam mentes. in qua constitutione vtramque, Cū inter. & Ad conditorem canonum. confirmauit, & errores duos prædictos de proprio et communi fortius extirpauit, & verbis etiam aliis viuis fuit, vnde dicitur sic.

Extrauagans Ioannis xxij.

Quia quorundam.

Quia quorundam mentes: & infra. Nos itaque ne fabricatores mendaciorum

corum huiusmodi, ac etiam assertores de
tam pestifera, erronea, & damnata doctri-
na, confutatione, ac cōfusione vtiq; om-
ni digna, gloriari valeant, & alios trahere
in errorem, cum ausu nefando, ac petulan-
tia improba, ausi defendere publicè fue-
rint damnatam per constitutionem prædi-
ctam hæresim, ac etiã probare, videlicet,
quod Christus & eius Apostoli in his, que
habuisse leguntur, tãtum habuerint absq;
iure aliquo simplicem vsu facti; ex quo
(si verum esset) sequeretur vsum Christi
fuisse non iustum: quod profecto blasphemiam
continet, & catholicæ fidei inimicũ
cum hoc de pertinaci animositate ac erro-
nea non sit dubiũ processisse omnes & sin-
gulos; qui verbo ac scripto per se, vel per
aliũ, seu alios talia publice præsumpse-
runt, ipsos quoq; qui eos instruxerunt in ta-
libus, & vt præmissa facerent, docuerũt, in
damnatam incidisse hæresim, ac vt hære-
ticos vitandos fore, de fratrum nostrorum
consilio declaramus. Si quis autem dam-
natus per constitutionem, Cum inter, præ-
dictas hæreses, vel ipsarũ alteram deinceps
scienter verbo, vel scripto defendere, vel
approbare præsumperit, de fratrum eorũ
dem consilio decernimus, vt tanquam hæ-
reticus ab omnibus euidenter habeatur.
Adhuc, quod constitutionem nostram, Ad
conditorem canonũ, supradictã, in sano au-
su impugnare, nisi sunt (sicut fertur distri-
ctius de eorundem fratrum consilio inhi-
bemus, ne quisquam contra diffinita, ordi-
nata, seu facta per ipsam, verbo, vel scripto
sciẽter approbet aliquid, vel defendat, Si
quis vero contra, præsumperit, tanquam
contumax & rebellis Romanæ Ecclesiæ
ab omnibus habeatur. Nulli ergo, &c. Da-
tum Auinion. quarto idus Nouemb. Pon-
tificatus nostri anno nono.

Et quia prædictis duobus erroribus in dictis
duabus constitutionibus condemnatis, super ma-
teria de proprio & communi, adhuc in prouin-
cia Tarraconen. nonnulli Begardi, & fratres Mi-
nores, solo nomine religiosi, a conuersatione alio-
rum ordinum fratrum, vita & moribus dissiden-
tes, præfatos condemnatos errores, in dicta prouin-
cia Tarraconen. adhuc defendebant, Ideo do-
minus Ioannes prædictus, Archiepiscopo Tarra-
conen. eiusque suffraganeis, & Inquisitoribus il-
larum partium hæreticæ prauitatis, iterũ dictos
errores, ac fratres eorum defensores vt hæreticos
condemnando, ac tales publicari mandando, gra-
tius & indulgentius sui ordinis priuando, ac eos

A Pralatis & Inquisitoribus subiiciendo, litteras
destinauit tenoris sequentis.

Alia constitutio Ioan. XXII.
super eodcu.

I Oãnes Episcopus seruus seruorum Dei,
venerabilibus Fratribus Archiepisco-
po Tarraconen. eiusque suffraganeis, & di-
lectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis
in prouincia Tarraconæ auctoritate
Apostolica deputatis, salutem, &c.

Quia nonnunquam vnus impunitas: &
infra. Et quia indignum est, et eius, a cu-
ius se obedientia subtrahunt, quemque
impugnare temere setagũt, priuilegiis per-
fruantur: ipsos omnib. & singulis tam ex-
pionis, quam aliis quibuscunq; priuile-
gijs, gratijs, & libertatibus, & immunitati-
bus, tam ordinibus suis, quã personis, & lo-
cis ipsorum, sub quacunque forma, vel ex-
pressionem verborum, ab Apostolica sede
concessis, auctoritate Apostolica omnino
priuamus. Et præter pœnas alias contra ta-
lia præsumentes infictas, quibus ipsos sub-
biacere volumus, priuatos perpetuo, & or-
dinariorum locorum iurisdictioni ordina-
riæ, quo ad causas omnes, & omnia alia de-
cernimus manere subiectos. Quo circa di-
cretioni uestre per Apostolica scripta in
uirtute sanctæ obedientiæ districtius iniũ-
gendo mandamus, quatenus singulis die-
bus Dominicis & festiuis, de quibus uide-
ritis expedire, tales excommunicatos, hæ-
reticos, & Schismaticos (ut prædicitur)
eisdem priuilegijs, gratijs, libertatibus, &
immunitatib. priuatos, uos fratres Archie-
piscopi & Suffraganei facite in Ecclesijs
uestRARUM ciuitatum, & diocesium publi-
ce nuntiari: ac uos, uestrique uices geren-
tes uestra ordinaria: & uos filij Inqutores
auctoritate Apostolica aduersus eos, quos
in præmissis, vel circa ea, summarie, simpli-
citer, & de plano in eisdem ciuitatibus, &
diocesis reperietis deliquisse, tamquam
contra hæreticos & Schismaticos, ad cap-
tionẽ, inquisitionem, correctionem, & pu-
nitionẽ, iuxta sanctiones canonicas, a deo
diligẽter procedere studeatis, quod extir-
patis de finibus uestris hæresibus huiusmo-
di, catholica fides illibata remaneat in hac
parte. Datum Auinion, &c.

COMMENT. XL.

M Vltis nominibus vocantur hi hæretici, nẽpe
Begardi, Fraticelli, Fratres de paupere vita,

Bizochi, ut constat ex quadam extraneagati Toānis XXII. incipientes, Sancta Romana quam affert auctor Repertorij Inquisitorum verba, Beatae tertiae regule, per quam horum secta condemnatur.
 a Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis V. insurrexit in provincia Narbone homo quidam vocatus Petrus Iohannes. De Begardorum origine siue initio non est multum varia auctororum sententia: nam Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Beguinorum in principio, scribit eorum sectam detectam fuisse circa annum Domini M. CCCXV.

Begardorum
secta quando
inceperit.

dupla

Eymericus hic, qui aliquot annis post Guidonem Carmelitam floruit, non multum ab eo differt, dum Begardos, seu Beguinos tempore Clementis Papae V. insurrexisse potissimum significat, nempe circa annos Domini M. CCCX. quorum auctorem constituit videtur Fratrem Petrum Iohannem, de quo diximus supra q. 9. huius 2. partis.

Bernardus Lutzenburgus in Catalogo hereticorum lib. 2. verbo, Begardi, exortos eos scribit sub Iohanne Papa XXII. circa an. Domini MCCCXXX.

Gabriel Prateolus, lib. 6. cap. 13. de vitijs & sectis hereticorum agens de Fraticellis, & lib. 8. cap. 11. agens de Hermanno Italo, ait hunc Hermannum auctorem fuisse heresis Fraticellorum, seu Beguinorum, & eos ortos fuisse temporibus Benedicti V. de cimi Pontificis, maximi circa annum Domini MCCCIII.

Horum sententia vera iudicari possunt, nam qui minora tempora constitutum, de primo eorum exortu loqui putandi sunt: qui vero media tempora narant, de eorum incremento: qui autem maiora, de eorum statu, & damnatione agere intelligi possunt. Nam cum sepe contingat, hereticorum sectas non statim suscipere incrementum, sed sua habere exigua initia, inde vero magis ac magis pullulare, incrementaque suscipere: sit inde, ut scriptores & historici de eisdem hereticis loquentes, interdum circa tempora varij quodammodo videantur, cum tamen non sint: nam quidam exortum primum, alij incrementum, alij denique condemnationem eorum respicientes, dicunt hoc aut illo tempore extitisse: unde si que quandoque varietas circa hac apud graues auctores inueniatur, praedicto modo conciliari potest, nisi aliud evidenti ratione, aut coniectura concludatur.

Ex his ergo constat Begardorum sectam circa tempora Clementis V. & Iohannis XXII. Romanorum Pontificum exortam fuisse, aut sane detectam: quae iidem Pontifices Apostolica auctoritate saepe represserunt ac condemnauerunt, nam sectam Begardorum, praesertim de Alemania, & eorum errores primum condemnauit Clemens V. in concilio Viennensi, & refertur in Clement. 1. de religio. domibus, & in Clemen. Ad nostrum, de heret. inde Iohannes XXII. qui Clementi V. in pontificatu successit Begardos seu Fraticellos vbique existentes, multis constitutionibus condemnauit, sed praecipue per quandam extraneagatem incipient. Sancta Romana, quae habetur inter eius extraneagantes, tit. de religio. domi. Pontificatus sui anno secundo, nempe, anno Domini M. CCCXV. III. & refert auctor repertorij Inquisitorum, verbo, Beatae tertiae regule, & Eymericus

A ricus quae sit, seq. in fine.

Horum hereticorum errores praeter Eymericum hic, refert & confutat Guido Carmelita in summa, tit. de heresibus Beguinorum, & Aluanus Pilegius, lib. 2. c. 5. 2. de planctu Ecclesiae, confutat etiam errores Beguinorum seu Begardorum, de quibus agit in Clemen. Ad nostrum, de heret. Recenset etiam praeter Bernardum Lutzenburgum in catalogo hereticorum lib. 1. verbo, Begardi. Turrecemata in summa de Eccle. lib. 4. parte 2. c. 3. 6. Beatus Antonius in summa, parte 4. tit. 1. c. 7. 8. 4. et 5. et Prateolus, lib. 2. de vitijs & sectis hereticorum, c. 17. tametsi his locis potissimum agant de erroribus Begardorum condemnatis in dicta Clemen. Ad nostrum, de heretico, adde Repertorium Inquisitorum verbo, Begardi, & verbo, Beguina.

b Trigelmus nonus error, & haeresis est: quia dicunt aliqui ex eius, eundem fratrem Petrum Iohannem veritatem tenuisse & dixisse, in eo quod dixit & tenuit, quod Christus vivebat quando suspendens in cruce in latere lanceatus. Hic error, ut alibi diximus, damnatus est in Concilio Viennensi, & habetur in Clement. 1. de summa Trinit. & de cathol. refert quoque Eymericus supra in hac 2. parte quest. 7. nu. 7. per secunda heresis, & quest. 9. nu. 2. vers. prima heresis.

c Mattheus autem Euangelista scripsit, quod Christus tunc viuis erat, quia secundum rei veritatem ita erat, sed Ecclesia abrasit hoc de Euangelio Matthaei, ne Iohanni Euangelistae coeternitas videretur. Hec est insignis & impudentissima blasphemia: neque enim contrarium, inquam scripsit, Mattheus cum solus Iohannes de lanceatione lateris Christi pedentis in cruce egerit: neque catholica Ecclesia id abrasit, aut correxit, ut vere etiam docet Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Petri Iohannis, cap. 3. in fine. Sed visitatus mos est hereticorum, ut ad tuendos errores suos facile confingant quicquid libet, addendo, aut detrahendo sacris literis, sicut late ostendimus, lib. 2. de causis vnde hereses oriuntur. De qua re singularis extat locus apud Tertullianum in libro de praescriptionibus hereticorum, in hac verba: Illa haeresis non recipit quasdam scripturas: Et si quas recipit, adiectio nibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit. Et si recipit, non recipit integras: Et si aliquatenus integras praestatis, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. hactenus Tertullianus.

E Jam eadem haec blasphemia diligenter est praevendenda, quae delenda e plerisque voluminibus iuris canonici recenter impressis, velut ex his quae impressa sunt Antuerpiae anno Domini MDLXXII. in officina Philippi Nutij, in quibus super Clement. 1. de summa Trinit. & fide cathol. recentior quidam vel imperitus, vel non vere catholicus, dum totius Clementinae conatur argumentum enarrare, saepe inculcat hanc blasphemiam, videlicet sanctum Mattheum contrarium scripsisse de lanceatione lateris Christi, his, quae diuinitus narrauit sanctus Iohannes. d. Quadragesimus quartus error est, quia dogmatizant quod Ecclesia carnalis, &c. Ita habet codex Barconensis impressus, in tribus vero manu scriptis

scriptis paulo aliter legitur in hunc modum: Quia dogmatizabant olim, quod Ecclesia carnalis, videlicet Romana Ecclesia ante predicationem Antichristi destrumda erat per bella, quae contra ipsam faceret Federicus Rex Sicilia, qui tunc regnabat cum complicibus suis, &c.

Cum inter nonnullos. Ut apertius intelligatur que tradit Emericus tum in hac tum in sequentibus quaestionibus de condemnatione Fraticellorum, seu Fratrum de paupere vita, breuiter mihi enarranda sunt illa, quae tunc a Fraticellis gerebantur. Scien- dum ergo est, Fraticellos tempore Joannis XXI. uulturn inualuisse in partibus Italiae, necnon in In- sula Sicilia, Comitatu Prouinciae Narbon. & Tho- losan. ciuitatibus & diocesisibus & prouincijs, alijs- que diuersis locis, sicut constat ex quadam extra- uaganti Domini Joannis XXI. incipiente. Sancta Romana. quae habetur inter eius extrauagantes, tit. de religio. domi. adeo ut congregationes & con- uentus facerent, superiores sibi constituerent (quos Ministros, seu Custodes, uel Guardianos, aut alij, nominibus appellabant) plurimos ad suam se- ctam reciperent, domos & habitacula constituerent, ac si essent de religionibus approbatis. His incom- modis longe lateque patentibus occurrere uolens do- minus Papa Ioannes XXII. Aunione tertio Calen- das Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, id est, anno salutis MCCCXVII. die 30. mensis Decem- bris, praeditam extrauagantem incipien. Sancta Ro- mana. edidit, per quam Fraticellorum, seu Be- guinorum sectam penitus condemnauit. inde uero paucis post diebus, id est, die 23. Januarij, Ponti- ficatus sui anno secundo, qui incidit in initium an- ni salutis MCCCXIX. contra eosdem Fraticellos & Henricum de Ceuas, quem sibi constituerat Mi- nistrum Generalem, aliam constitutionem edidit, in- cipien. Gloriosam Ecclesiam. cuius fragmentum quoddam afferit Emericus quaestione sequenti. in qua eorum commemorantur errores praecipui, & breuiter ac eleganter consulantur, ac mandatur insuper ut Henricus de Ceuas, & eius complices caperentur, ac legitime punirentur. Haec extrauagans refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio Sanctae Inquisitionis.

Ceterum quonia impij Fraticellorum conatus no- mino fuerant repressi, immo multi non modo ex congregatione & ordine Fraticellorum, inter quos fuit Guilielmus O Kam Anglicus, sed etiam alij aper- te profitebantur errorem, qui dicit, Christu et. A po- stolos non habuisse aliquid in speciali, nec etiam in communi: & illi, qui falsu quoque asserit, Christo & eius Discipulis, in his quae ipsos habuisse scriptu- ra testatur, nullum ius ipsi uedi competuisse, nec illa uendendi, aut donandi ius habuisse; propterea idem dominus Joannes XXII, secundo idus No- uembris, Pontificatus sui anno septimo, id est, anno salutis MCCCXVIII. tertiam fecit, incipien. Cum inter nonnullos, per quam damnat errores paulo- strea relatos, & quia huic constitutioni, Dum in- ter nonnullos, ut hic scribit Emericus, Micha- el de Casena Minister Generalis Fratrum Mino- rum hereticus, contradixit patenter, publice, & impudenter cum suis complicibus (inter quos pri-

imum sibi in scelere nefario uendebat locum Gui- lielmus O Kam, qui contra hanc decretalem est de- bacchatus, dicens septem ex ea colligi errores, cum- tamen totidem haeresibus se cum suis maculatu esse- offenderit) ideo dominus Joannes aliam constitutio- nem edidit incip. Ad conditorem. in qua plenissime declarat quicquid de dominio rerum, quae ad Fratres- Minores pueniebant, & de simplici usu facti dubita- ri poterat, ut tandem omnis errorum obnubilatio ab eorum animis tolleretur. Edita autem fuit extra- uagans incipiens, Ad conditorem. sexto idus Decem- bris, Pontificatus Domini Joannis XXII, anno se- ptimo, id est, anno salutis MCCCXIII. facta ve- re est haec constitutio, Ad conditorem. omnino post- constitutionem, Dum inter nonnullos, ut constat ex tempore, quo utraque data fuit, licet in codicibus iu- ris canonici impressis, constitutio, Ad conditorem, ponatur ante constitutionem, Cum inter nonnullos, cum reuera constitutio, Cum inter nonnullos, precedere debuisset: nam in eodem anno septimo prior est mensis Nouember, quo data fuit constitutio, Cum inter, qua mensis December, quo data fuit constitutio, Ad conditorem, & Emericus hic cum de his constitutionibus agit, rectam temporis seriem sequitur, ut constat.

Attamen quia idem ille Michael de Casena magna complicum caterua stipatus, de quibus pau- lo post dicemus, proxime relatas constitutiones acri- ter mordebat, atque totis uiribus & uerbis & scri- ptis impugnabat, propterea dominus Ioannes XXII. item Aunione quarto idus Nouembris, pontifica- tus sui an. nouo, hoc est, an. salutis MCCCXXV. aliam constitutionem publicauit incip. Quia quoru- dam. in qua confirmauit constitutionem, Cum in- ter nonnullos, & constitutionem, Ad conditorem. Item praedictos errores de proprio & communi, for- tius extirpauit, & obiectionibus aduersariorum pla- ne respondit, & tandem contraditores tanquam con- tumaces, & Romanae Ecclesiae rebelles & esse, & ab omnibus haberi debere declarauit.

Tres autem haec constitutiones nempe, Cu inter nonnullos. Ad conditorem, & Quia quoru- dam. impresse referuntur inter extrauagantes Jo- nis XXII. de uerb. sig.

Cumque haec errores de proprio & communi tan- quam heretici ex diuinis scripturis, & argumentis solidissimis in his tribus Decretalibus contentis me- rito essent per Romanum Pontificem condemnati, heretici illi & rebelles, qui eos tuebantur, ausu sunt etiam Aunione in consistorio suo, in facie resistere, & appellare, & rursus Pisis in Italia, & adhuc in ciuitate Mondensi in superiore Germania appella- tiones suas soleniter publicare, & dominum Jo- annem XXI. non Papam, sed apostatam & hereti- cum nuncupare. Michael enim de Casena praedictus Generalis Minoritaru, etiam in congregatione Pa- risiensi anno MCCCXXVII. depositus, au- sus est tamen rebellem ceruicem erigere, se pro Ge- nerali & catholico praedicando, Papam autem pro apostata, & heretico, & sic ipso iure deposito, & ad hoc litteras impietatis sua modo ad capitulum Fratrum Minorum, nunc ad Lodouicum II. Ba- uarum assentum Imperatorem, & alios destinare,

& omnia

Extrauagans Ad conditorem quando fuerit edita.

Michael de Casena impudenter inuehitur in constitutiones Pa- pales.

Constitutio Quia quoru- dam.

Michael de Casena im- pudenter inuehitur in Pontificem.

Michaelis de
Casena fau-
tores.

Et omnia contra Papam, imo contra Euangelicam veritatem hac in re moliri. Et habuit fautores, qui pro ipso, & cum ipso contra Romanam sedem similiter pugnarunt, multos: sed inter eos precipuus fuit Guilielmus O Kam Anglicus, qui multa & dixit & scripsit contra Romanum Pontificem, potestatem eius & Romanæ sedis & gloriam & auctoritatem, quantum potuit, minuendo. Adhaerant eidem Michaeli præter O Kam, Bonagratia de Pergamo, conuersus, & Henricus de Chalem, qui multa tamen amicitia, tamen etiam errorum ac hæresium concordia cum Michaeli coniuncti erant. Eisdem erroribus subscripserunt per id tempus nonnulli Theologastri, qui apud imperitam plebem inanis gloriæ nomen aucupabantur, in quibus memoratur Marsilius de Menandrino Paduanus, non ille, qui late scripsit de medicina, sed alius quidam, qui adhaesit Lodouico Bauaro, ut scribit Zabarella in c. Venerabilem. §. verum. extra de elect. & in Clemen. Exiui. §. proinde. verbo. signis. (contra quem scribit luculenter Albertus Pighius. li. 5. Hierarchia ecclesiast. cap. 1. & multis seq.) item Joannes de Laduno homo philosophiæ gloria tumens, quem habuit familiarem, & in hoc errore consiliarium Lodouicus Bauaria Dux, & huius sectæ fautor, ut constat ex processu contra hunc Lodouicum factò per Clementem sextum Pontificem maximum.

Cum autem dominus Ioannes XXI. decretalem illam edidisset, quæ incipit: Quia quorundam, detractores illi & rebelles rursus in ea octodecim prætenso errores notauerunt, quorum quinque videlicet 3. 5. 6. 13. & 14. ius tantum civile concernunt: in quibus totidem errores se habere palam profitebantur. Interim dominus Joannes XXI. ut nullam intentatam relinqueret viam, qua velut prius pater posset errantes ad lumen adducere veritatis, aliam publicauit decretalem incipien. Quia vir reprobus Michael. quæ non est impressa, nec adhuc peruenit ad manus meas, in qua plenissime impietatum appellationibus respondit, veritates catholicas, quas in alijs extrauagantibus definierat, firmiter stabilendo, & errores contrarios confutando. Atque in hac rursus decretali truces illi Ecclesiæ rebelles triginta duos prætenso errores mendaciter notauerunt. exceptis aliquibus, videlicet 18. 19. 20. 23. 24. & 28.

Cum vero post multas blasphemias vbique verbis & scriptis contra constitutiones domini Papæ & sedem Apostolicam prolatas, Michaeli de Casena, qui iam fuerat omni dignitate priuatus, Guilielmus O Kam, & Bonagratia de Pergamo conuersus iussissent non recedere à ciuitate Auinion. ad quæ fuerant perducti, ubi tunc curia Pontificia residebat, illi clam arrepta fuga ad præsentiam Petri de Coruario in Antipapam assumpti, & Lodouici de Bauaria pro Imperatore se gerentis suos gressus dirigere festinarunt, atque in Alemania partibus non sicut veriti hæreses publice prædicare. Quare dominus Ioannes XXII. Aunione quarto idus Ianuarij pontificatus sui anno quintodecimo, id est, anno salutis MCCCXXXI. contra eosdem fugitiuos quædam processum publicauit, cuius initium: Nuper in consistorio publico. quo citantur peremptorie il-

li ipsi rebelles, ut personaliter comparent ad audiendam sententiam, prout excessus exigeret delinquentium. huiusmodi autem processus in fine huius operis habetur impressus inter litteras Apostolicas pro officio Inquisitionis.

Iam illud scire oportet, tempore Ioannis XXII. multos viros pios & doctos contra Fraticellorum errores & verbis & scriptis grauer decertasse, & Pontificiam auctoritatem & potestatem defendisse, in quibus fuit Augustinus Trimpus de Ancona Augustinianus, vir sanctitate & doctrina insignis, in summa de potestate ecclesiastica, quam domino Ioanni Papæ XXII. nunciupauit: Guilielmus de Cremona eiusdem ordinis, & alij, quorum opera de hac re partim impressa circulerunt, partim vero manuscripta adhuc seruantur, virorum diligentia, ut spero proxime edenda.

Hunc vero Augustinum de Ancona in prior editione horum commentariorum super hac ipsa questione dixeram à Michaeli de Casena tractum fuisse cum alijs in errorem Fraticellorum: Caterum cæ in fantasia notatum, tum falso impostam fuisse tanto viro comperi, cum loca eiusdem Augustini in summa de potestate ecclesiastica quæst. 78. & 79. diligentius & attentius perlegerem, quibus mature consideratis animaduerti, eum à Fraticellorum errore procul abfuisse, & quæ tradit cum relictis doctorum sententia conuenire, sicut admonui in summa eiusdem Augustini Romæ impressa an. Do. MDLXXVII. in principio quæstionis 78. Mouit autem me tunc in in eam sententiam descenderem, quoddam additamentum, quod præfixum erat prædictæ extrauaganti sex annis XXII. incipientis, cum inter nonnullos, in diquot voluminibus iuris canonici in breuiori forma cum glossis recenter impressis. Ceterum, ut dixi, id falsum esse deprehendi, postquam diligentius re considerauit: sed ad rem reuertor.

Fraticelli non modo Joanni XXII. quamdiu vixit, impudentissime resisterunt, sed etiam Benedicto duodecimo eius successor: quæ (quia erat sacre theologie doctor) ueriores & damnabiliorem mendaciter me proclamabant, negantes esse Pontificem, sed be restarcham palam esse asserentes, & fucatas rationes plurimos decipiebant, ita ut in diuersis mundi partibus multum durauerit Fraticellorum secta, ut restatur Zabarella in clemen. Exiui. §. proinde. de verbor. signis. & Sanctus Antoninus in summa, parte 4. tit. xi. capi. 7. §. 5. quibus locis nonnulla iussurunt, quæ hanc historiam de Fraticellis poterunt illustrare: quam propterea paulo susus duximus enarrandam, quoniam & pauca ab historijs, & absq; vlllo fere ordine commemorantur, tum etiam quoniam quæ in his tribus quæstionibus, videlicet 15.

16. &

17.

traduntur ab Emerico, vix sine harum rerum, quas adduximus, cognitione percipi possunt.

QVAE-

Constitutio
Quia vir re-
probus.

De erroribus Henrici de Sena.

S V M M A R I V M .

- 1 Henricus de Sena apostata caput Beghinorum.
- 2 Beghinorum errores quinque dānati a Ioa. xxij.
- 3 Secta Beguinorum prorsus damnatur.
- 4 Beguinorum excusationes friuolae.
- 5 Titulo tertij ordinis S. Francisci sese Beguni paliare atque honestare uicebantur.

Sextadecima quaestio est: Hæreses, & errores Henrici de Sena, ordinis fratrum Minorum Generalis sancti Ministri, non veri ordinis beati Francisci, sed fictitij: qui fratrum b^a communi statu ordinis dissidentium in partibus Tusciae, & in insula regni Siciliae caput fuit; qui sunt:

1 Ad hanc e^o respondemus, quod post condemnationem prædictarum duarum hæresum, & errorum de proprio, & communi, factam per dictum dominum Ioannem xxij. in constitutionibus, cum inter nonnullos, & Quia quorundam mentes, quamplures fratres Minores in partibus Tusciae, & insula regni Siciliae, dictis duabus constitutionibus non obtemperantes, sed eas potius condemnantes, à communi statu ordinis beati Francisci uitae, & moribus, ac etiam aliquantulum habitu dissidentes, ac totaliter deuiantes, sibi Henricum de Sena dicti veri ordinis sancti Francisci, cum prædictis suis cõplicitibus fugitiuum, & apostatam, in Ministrum Generale talis peruersæ suæ congregationis & ordinis elegerunt, sibiq; præfecerunt magis in idolum, quam prælatum. Qui pariter Ministros, Custodes, Guardianos, remeritate consimili eligere præsumperunt, plurimos, ad eorum sectam recipere si que recepisse licentiam prædicandi, cõfessiones audiendi, cõcedere ausi sunt: ac sic in hæreses, & errores plurimos incidit. Quorum quidam statum, cum suis erroribus quinque, de quibus actum est supra eadem parte secundam; q. 8. idem dominus Ioannes pariter cõdemnauit, ac eos capiti mandauit per suam constitutionem, quæ incipit, Gloriosam, quæ est tenoris sequentis.

Extrauagans Ioan. xxij. qua damnantur errores Henrici de Sena & sequacium suorum.

Gloriosam d^a Ecclesiam: & infra. Et ne aliquid prædictarum blasphemiarum tolerabile uideatur, aut dubium; de plurimis eorum erroribus, aliquos non latere, & perinde nocere ualeant, præsentibus duximus adnotandos.

2 Primus itaq; error, qui de istorum officina tenebrosa prorupit, duas fingit Ecclesias, unam carnalem diuitijs pressam, effluentem diuitijs; sceleribus maculatam, cui Romanum præfulem, aliosque inferiores prælatos dominari asserunt: Aliam spiritualem, frugalitate mundam, uirtute decoram, paupertate succinctam; in qua ipsi soli, eorumque complices continentur: Cui etiam ip-

A si spiritualis uitæ merito (si qua fides est adhibenda mendacibus) principantur.

Secundus error, quo prædictorum infolentium conscientia maculatur, Venerabiles Ecclesiae sacerdotes, aliosque ministros sic iurisdictionis, & ordinis clamitat auctoritate desertos, ut nec sententias ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere ualeant, uel docere: Illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatos, quos à sua perfidia uiderint alienos: quia apud ipsos solos (ut ipsi somniant) si cut spiritualis uitæ sanctitas, sic auctoritas perseverat. In qua e^o re Donatist. sequuntur errorem: qui olim facti schismate, ab unitate Ecclesiae recedentes, ita in sua secta Dei gratiam dixerunt esse coactam, ut nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum scelere maculatus.

Tertius istorum error in Valentinum errorem coniurat, quoniam & hi, & illi in nullum euentum asserunt fore iurandum: dogmatizantes mortalis criminis cõtagione pollui, & pœna teneri, quos contingerit iuramenti religione cõstringi. Quorum blasphemias pietas Christiana condemnans, non leuitate mota, sed utilitate aut necessitate coacta, ueritate præteritorum, atq; presentium, & certitudinem futurorum, iurandi religione cõfirmat: certissime tenens, quod nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, q. peccatum nõ fecit, sed peccatum omne sua passione damnauit: Iurauit etenim Dominus, iurauit & Apostolus Paulus: suæ operationis exemplo monstrantes, ad hoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facilitas frequentiam, frequentia cõsuetudine, cõsuetudo periurium introducat. Bonum est ergo iuramentum, p^o quod ueritas rerum diuino testimonio cõfirmatur. Sed malum est illi, qui eo male utitur & à malo infirmitatis humanæ est, ut aliquis uerum proferens, iurare cogatur.

E Quarto huiusmodi impiorum blasphemia, de prædictorum Waldensium uenena fonte prorumpens, sacerdotes ritè, etiã & legitime secundum formam Ecclesie ordinatos, quibuslibet tamè criminibus profanos, non posse conficere, uel conferre ecclesiastica sacramenta confingit.

Quintus error sic istorum hominum mentes obæcat, ut Euãgelium Christi in se solis,

hoc in tempore asserant esse completum: quod hactenus (vt ipsi somniāt) obtectum fuerat, immo prorsus extinctum.

Multa sunt alia, quę ibi presumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentū garrere dicuntur: Multa quę de cursu temporum, & sine sæculi somniant, Multa quę de Anthichristi aduentu, quę iam instare asserunt) stibili vanitate diuulgāt. Quę omnia quia partim hæretica, partim infana, partim fabulosa cognoscimus, dānanda potius cum suis auctōribus, quā stylo prosequenda, aut refellenda censemus.

Et quia post prædicta adhuc insurrexit puerla quædam eorum Begardorum, & Beguinorū congregatio, incidentium in errores, & hæreses leuiter supra dictas: ideo idem dominus noster Papa Ioan. xxij. damnauit istam congregationem, & statum eorum per consimilem constitutionē quę incipit: Sancta Romana, tenoris sequentis.

3 Extrauagans Ioannis xxij. qua Begardi, & Beguini damnantur.

Sancta, Romana, atque vniuersalis Ecclesia, cui auctore Domino licet immeriti præsidemus, sicut religiosa, & pia vota benigno favore prosequitur, sic supertuosos conatus insolentium hominū detestatur: videlicet ne sub ouina pelle gregem Dominicū truculentia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine virus hæreticæ prauitatis obrepāt, & sub prætextu cōuersationis angelicę incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sacris est canonibus interdictum, ne aliquis nouū ordinem aut religionē inueniat, vel habitum nouæ religionis assumat. Sed qui cūq; ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnā de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fraticelli, seu Fratres de pāpere vita, ac Bizochi, siue Beghini, vel alijs nominib. nuncupantur in partibus Italiæ, necnō in insula Sicilia, Comitatu prouinciæ, Narbonen. & Tholosan. ciuitatib. & diocesis, & Prouincijs, alijsq; diuersis cismarinis, & vltamarinis partibus contra dictōs canones habitū nouæ religionis assumere, congregationes & conuenticula facere, & superiores sibi ipsi eligere, nos, aut nominibus alijs appellāt: plurimos ad eorum sectā recipere, loca etiam de nouo construere, seu constructa recipere, in

† Habetur in ter extrauag. io. xxij. tit. de reli. dom. hęc autē impressa est iuxta veritatem ipsiusmet cōstitutionis originalis, quā habuimus sub pendenti plūbo.

A quibus habitant in communi, publicē mēdicare, quali eorum secta foret vna de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili præsumpserunt, & præsumunt etiam incessanter.

4 Et vt ipsorum error, veritas, & impietas, religio reputetur: Plurimi eorum regulam ordinis fratrum Minorum, quam sanctus Franciscus instituit, se profiteri, & ad litteram obseruare constringunt: quam sub obedientia Generalis, vel Prouincialium Ministrorum ipsius ordinis nō morentur. Præterdentes se à sanctæ memoriæ Cœlestino Papa V. prædecessore nostro, huiusmodi status seu uitæ priuilegium habuisse, quod tamen etiam si ostenderet, non ualeret: cum bonæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster, ex certis causis rationabilibus omnia priuilegia ab ipso Cœlestino prædecessore concessa, quę per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, uirib. penitus uacauerit, dictumque uitæ priuilegium non inueniatur per eundē Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & uiuendi ritum à quibusdam Episcopis, seu eorum superioribus, uel alijs Ecclesiarum Prælati se recepisse prætendunt, quos nec eis recipere, nec prædictis Episcopis, uel eorum superioribus, seu alijs Ecclesiarum Prælati concedere licuit contra formam Concilij generalis.

5 Nonnulli etiam ex ipsis asserentes se esse de Tertio ordine beati Francisci penitentium uocato, prædictum statum, & ritum eorum sub uelamine talis nominis saragūte palliare, cum tamē in regula ipsius Tertij ordinis, talis uiuendi ritus nullatenus sit cōcessus. Et quia in errorum barathrum facilliter ruunt, qui conceptus proprios Patrum definitionibus anteponunt, ipsorum quam plurimi sicut fide digna relatione percipimus, à ueritate catholicæ fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, & errores alios student multipliciter seminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, & fidelium scandalum, præfati Minorum, & aliorum ordinum opprobrium, & etiam suarum, & aliarum multarum animarum perniciem redundare noscatur: Nos sectam, ritum, & statum huiusmodi: Non obstantibus præmissis eorum excusationibus

nib. quas friuolas reputamus, & quicquid per eos cōmuniter, vel diuifim, sub religionis, conuentus, collegij, seu congregatiōnis nomine, vel colore attētatū extitit, vel exiſtit, de fratrum noſtrorum cōſilio, auctoritate Apoſtolica, nullius fuiſſe & eſſe decernimus firmitatis: & quatenus de facto proceſſerunt, de cōſilio & auctoritate præmiſſis, reuocamus omnino, ac perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & ab Eccleſia Dei penitus abolemus. Eiſdē perſonis, & alijs quibuscunq; ſub pœna excommunicationis (quæ ſi ſecus fecerint, incurrere uolumus ipſo facto) iniungentes expreſſe: ne ſtatū, ſiue ſectā, & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum, ſectetur ulterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquomodo præſumāt. Epifcopoſ quoq; & corū ſuperiores, & etiā alios Prælatos quoſcūque, qui prædictis perſonis, uel alijs ritum viuendi, & habitum ſu prædictos, præter ſpeciale Apoſtolicæ ſedis auctoritatem, deinceps cōceſſerint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipſo iure decernimus ſubiacerē. Dignum eſt enim ut adulterinas plantationes, quas nō pater cęleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plātat, Apoſtolici culminis cenſura diuelſat, nec patiatur in agro Dominico peruerſe cōgregatiōnis uepres excreſcere, cui prius eſt diuina opitulante gratia, uirtutes ferere, ac uitia radicitus extirpare. Nul- li ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reuocationis, ſubiectionis, abolitionis, uoluntatis, iniunctionis & conſtitutionum infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Auinion. iij. Kalen. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno Secundo.

COMMENT. XLI.

Hæreſes & errores Hærici de Sena. Hic Henricus ſicut conſtat ex extrauaganti domini Ioannis xxij. incipit. Glorioſam Eccleſiā, quæ in fine huius operis eſt impreſſa inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctæ Inquiſitiōnis, uocabatur Henricus de Sena. Emerſit autem Henricus in ipſo ſtatim initio Pontificatus Ioannis xxij. ad annos Domini MCCCXVI. ut clarius ex his, quæ paulo poſt dicemus, apparebit.

Qui fratrum à communi ſtatu ordinis, &c. hic locus in omnibus codicibus erat penitus deprauatus, ita ut nullus omnino ſenſus poſſet ſapius col-

A ligi: nos tamen ex reſponſione EymERICI ita emendauimus ut eſt impreſſus.

C Ad hanc reſpondemus, quod poſt condemnationem prædictarum duarum hæreſum, &c. factam in conſtitutionibus, Cum inter nonnullos. & Quia quorundam mentes. quamplures fratres, &c. Non uideo quomodo poſſim tueri EymERICUM dicentem hoc loco multos Fratres Minores, hoc eſt, Fraticellos ſibi cōſtituiſſe Miniſtrum Generalem Henricum de Sena, poſtquam dominus Ioannes xxij. edidit conſtitutiones incipientes. Cum inter nonnullos. & Quia quorundam. & propterea inſuper editam fuiſſe conſtitutionem incipientem, Glorioſam Eccleſiam. per quam Fraticello-

B rium errores pariter condemnauit, ac eos capi mandauit, non inquam uideo, quomodo eum tueri poſſim, cum conſtat apertiffime, ex tempore, quo publicatæ ſeu datæ ſunt prædictæ extrauagantes, illam quæ incipit: Glorioſam Eccleſiam. editam fuiſſe Pontificatus domini Ioannis xxij. anno Secundo, decimo Kalendas Februarij, quod tempus ut in commentario proxime præcedentis quæſtionis late diximus, incidit in initium anni Salutis MCCCXIX. conſtitutionem uero incipientem, Cum inter nonnullos. publicatam fuiſſe anno ſeprimo Pontificatus Ioannis xxij. hoc eſt, anno Domini MCCCXXII. & illam, quæ incipit, Quia quorundam. editam fuiſſe Pontificatus eiusdem Ioannis anno Nonno, id eſt, Anno Salutis MCCCXXV.

C Rurſus in alio quoq; uidetur EymERICUS in hac quæſtione, memoria lapſus. nam poſtquam retulit fragmentum ex conſtitutione incipiente, Glorioſam Eccleſiam. ait conſtitutionem, cuius initium eſt, Sancta Romana. latam fuiſſe poſt prædictam, & condemnatā in cōſtitutione, Glorioſam Eccleſiā. quod tamen non eſt uerum, cum conſtitutio, Sancta Romana. edita fuerit aliquot diebus priuſquā ederetur conſtitutio, Glorioſam Eccleſiā. nepe tertio Kalen. Ianuarij Pontificatus Ioannis xxij. anno Secundo, id eſt, die xxx. menſis Decembris, anno Salutis MCCCXVIII.

D Res ergo hæc de exortu, & condemnatione Fraticellorum, & Henrici de Sena, & Michaelis de Caſena per diuerſas cōſtitutiones domini Ioannis xxij. facta, ita ſe habuit ſeruata ſerie & ordine temporum ex ipſiſmet conſtitutionibus collectos, quemadmodum copioſe docuimus ſupra ſuper quæſtione proxime præcedenti: quæ omnia uidentur ſunt, ut hæc apertius intelligantur. Hic uero lapſus facile condonandus eſt tanto uiro, cum in chronologicis & ſerie temporum facile erretur.

E Iam quæ in hac quæſtione commemorat auctor multo facilius percipiuntur, ſi legantur integre hæc conſtitutiones, incipientes, Glorioſam Eccleſiam & Sancta Romana.

d Glorioſam Eccleſiam: & infra. J. EymERICUS hic ex conſtitutione hæc ſolum deprompſit ac retulit Fraticellorum errores, omiſſis eorum conſtitutionibus ex diuina ſcriptura petitis. eſt autem hæc conſtitutio ualde elegans, & dactyliſſima, ſicut res ipſa iudicat, quæ ut dixi integra reſertur in fine huius operis, inter litteras Apoſtolicas pro officio

sanctae Inquisitionis.

Donatistarum error qualis.

In quare Donatistarum sequuntur errorē, q̄ olim, &c.] Donatiani vel Donatistae dicuntur ab Augustino in libro de haeresibus, c. 60. quos Philastrius in catalogo haeresum Montanistas quoque appellari scribit, & Parmenianos à Parmenione quodam, qui eorum successit erroribus atque falsitati.

Hunc vero errorem, quo Henricus & eius sequaces seu Fraticelli falso asserunt, Ecclesiam Dei apud ipsos solos remansisse, Donatistarum fuisse in dicat apertissime D. Augustinus in libro de haeresibus, c. 69. in hac verba. Donatiani vel Donatistae sunt, qui primum propter Donatum contra suam voluntatem Caecilianum Ecclesiae Carthagenensis Episcopum factum schisma fecerunt, obijcientes ei crimina non probata, & maxime quod a traditoribus diuinarum scripturarum fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam, falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata, in haesim schisma vertuntur, tanquam Ecclesia Christi propter crimina Caecilianum, seu Vera, seu quod magis apparuit Iudicibus, falsa, de toto terrarum orbe petierit, ubi futura promissa est, atque in Africa Donati parte remanserit, in alijs terrarum partibus quasi contagione communicationis extincta. haec tenus Augustinus: ut vel hinc discamus, raras, aut nullas olim fuisse haereses, quas renascentes haeretici laebentibus saeculis non excitant. Emerferunt autem olim Donatistae circa tempora Liberij Papae, anno fere Domini CCCLV. III. Horum errores et schismata Optatus Afer, Episcopus Milevitanus, sex libris aduersus Parmenianum grauius confutauit. eum videto.

Donatistae quando exortii.

Tertius istorum error in Valdensium errorē coniurat. quoniam & hi & illi in nullum euentum asserunt fere iurandum.] Diuus Bonauentura li. 3. Sentent. distm. 39. nunquam licere iurare, & Monachorum dixit fuisse errorem: sed Guido Carmelita in summa de haeresibus, tit. de haesibus. Valdensium. capit. 2. & Aldesibus tantum tribuit: quod videtur verius. haeresis autem est asserere nunquam licere iurare, cum Deuteron. 6. dicatur: Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. sed de hac re copiose beatus Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 2. & Scotus lib. 8. de iustitia & iure. q. 1. art. 2. Repertorium Inquisitionum, verbo, iuramentum. et Fabianensis in sum. verbo, iurare, & Martinus Nauarrus in Enchyridio seu Manuali confessariorum, c. 12. nu. 4.

Error Valdesium, nunquam esse iurandum.

Quarta huiusmodi impiorum blaspheemia de predictorum Valdensium venenato fonte protumpens, Sacerdotes rite etiam & legitime ordinatos quibuslibet criminibus presbiteros, non posse conficere. Hoc sensisse Kaldeses aperte docet Eymericus supra q. 14. vers. decimus error, tradit amplius frater Raynerius ord. Prædicat. in summa de Catharis, eos sentire, nullum aliud sacramentum posse confici a ministro existenti in peccato mortali, unde ob hanc insignem dubitationem in magno periculo omnes, inquit, olim hi haeretici versabantur, sed non fuerunt primi Kaldenses huius erroris inuentores: nam & Donatistae olim idem asseruerunt, quæ

Error Valdesium à ministro peccatore nullum posse confici sacramentum.

A errore grauius refellit beatus Augustinus in libris de baptismo contra Donatistas, & li. 2. contra Parmenianum & lib. 2. contra Petilianum, c. 30. Sacramentum enim gratia dat Deus per malos, ipsam tamen gratiam per se ipsum.

Neque de hac veritate licet dubitare. c. quod quidam. 1. q. 1. tandem hoc definiuit Concilium Tridentinum, sessio. 7. de sacramentis in genere, cano. 11. & sess. 7. de baptismo, can. 4. Consciunt itaque plene sacerdotes peccatores, quicumque illi fuerint, vera Ecclesiae sacramenta, dummodo omnia, quæ ad essentiam sacramentorum spectant, seruauerint. Concilium Tridentinum d. cano. 12. sess. 7. de sacramentis in genere.

B h Sancta Romana, &c.] Legitur inter extravagantes Joan. xxij. tit. de religio. domi. c. sancta Romana, & in Repertorio Inquisitionum verbo, beatae terciae Regule, fuit autem edita hæc Decretalis eo anno quo diximus paulo antea.

1 Congregationes, & conuenticula facere. In causis religionis à priuatis, hominibus celebrari conuenticula prohibitum est. l. conuenticula. c. de Episcopis & Clericis. l. 1. ff. de collegiis illicit. facit tex. in c. conuentionum. 1. 1. q. 1. & in c. excommunicamus. elem. 1. de haeret. s. adiuuimus. Neque carere haeresis suspitione tales de religione priuata congregationes, nec permitti ab Episcopis, vel Inquisitionibus debent, maxime si de nocte fiant, quod tempus magnis sceleribus est opportunus.

Academie tamen, seu litterariae exercitationes, quæ solent in illustribus Italiæ Vrribus, in priuatis nobilium & Doctorum domibus de multipli facientiarum genere celebrari: quibus sepe etiam de rebus theologicis dissertatur, cum in bonum finem elebrentur, exerceanturque ibi litteratorum ingenia, & multa alia commoda orientur, permitti possunt. argumeto d. l. 1. §. Sed religionis. ff. de colleg. illicitis. §. si quis de parentibus. aut h. ut cum de appellat. cognof. l. magistras. C. de profess. & medi. lib. 10. & argumento eorum, quæ norant Innocentius, & Hostiensis c. 1. de schismaticis. & in c. dilecti. de excessibus prælat.

In his Academicis curandum est, ut litterariae exercitationes à Catholicis, & prudentibus, & literatis habeantur: aliter enim periculum est, ne in theologia permisceantur errores. Rursus in his etiã priuatis Academicarum dissertationibus, & lectionibus ea sunt omnino seruanda, quæ diximus supra par. 2. super q. 10.

K Nec predictis Episcopis, vel eorum superioribus, seu alijs Ecclesiarum prælatis concedere liceat contra formam concilij generalis Innocentij III. in Concilio generali Lateranen. Roma habito anno Domini MCCXX. c. 13. ita canit: Ne nimia religionis diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cetero nouam religionem inueniat. Sed quicumque voluerit ad religionem conuertitur, nã de approbata assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum fundare de nouo, regulam & institutionem accipiat de religionibus approbatis. hæc ibi, quod refertur in c. vl. de religio. domi. Hic vero locus, quem interpretamur, aperte indicat

dicat non esse minus Episcoporum, aut aliorum prelatorum Romano Pontifice inferiorum novas inducere religiones, aut nouis inductis auctoritatem dare, neque confirmare, hoc enim ad solum Papam spectat, cum ad communes, seu vniuersales Ecclesie catholice mores pertineat: plurimum enim refert, quomodo, qua forma, quibusque institutis Deus Optimus Maximus colatur.

QUESTIO XVII.

De obiectis Fraticellorum contra Constitutiones Ioan. xij. cum responsionibus ad illa.

SUMMARIUM.

- 1 Constitutiones Ioan. xxii. à Beguinis seu Fraticellis reiecte.
- 2 Sexdecim Fraticellorum obiecta pro defensione suorum errorum.
- 3 Baptizati ab hæreticis quando rebaptizandi sint, & quando non.
- 4 Romanorum Pontificum statuta quandoque in suis causis variant.
- 5 Nicolaus Papa iij. ab hæresis crimine defensus.
- 6 Romana Ecclesia ab errore in fide immunis.
- 7 Veniens contra determinationem Pape quando sit hæreticus.
- 8 James xxij. à nota inconstantie excusatur.
- 9 Romanis Pontificibus definita non sunt omnia irremocabilia.
- 10 Error venialis sanctitati non repugnat.



Decima septima questio est: Hæreses & errores, qui per nonnullos aduersarios veritatis (opponentes se dictis determinationibus factis per dictum dominum Ioanem Papam XXII. de proprio, & communi) asserunt mendaciter atque falsè, qui sunt.

- 1 Ad hanc respondemus, quòd post predictas determinationes factas de proprio, & communi in constitutionibus, Cum inter. & Quia quorundam, quam plures pseudofrateres Minores à communi vita, & moribus ordinis fratrum Minorum sancti Francisci deuiantes dixerunt, ac falsò asseruerunt, in scriptas hæreses, & errores sequi ex dictis constitutionibus, quas dominus Benedictus xij. dum esset Cardinalis, recollectit, atque soluit per modum qui sequitur luculenter.
- 2 Primo quidem asserunt pro sui erroris fundamento: quòd Apostoli, & religiosi vitam Apostolorum sequentes, non habuerunt, nec habent in rebus vsu consumptilibus, nec in non consumptilibus vsu, aliquod ius dominij, vel proprietatis, aut ius vtendi in speciali, vel in communi: sed tantum simplicem vsum facti, dominij, & proprietatis talium rerum penes alium remanente. Ad istud respondet dominus Benedictus, & dicit, quòd predictum fundamentum hæreticè

esse, declaratum est: prout in decretali, Cum inter nonnullos, continetur: quia (vt diligenter consideranti apparet) contrariatur diuinæ scripturæ sanctorum Patrum doctrinæ, & consuetudini totius Ecclesie.

3 Secundo dicunt: quòd predictam paupertatem fuisse Christi, & Apostolorum, determinauit dominus Nicolaus Papa III. in §. Porro abdicatio proprietatis omnium rerum, &c. in constitutione, Exijt.

Respondet, quòd licet illud in constitutione dicta contineatur, tamen ex scriptura diuina verum esse ibi non ostenditur, sed solummodo narratur. Et tamen iam nos ostendimus, quòd contrarium haberi potest ex scriptura Apostolica, & Euangelicæ: qua scriptura motus dominus non solum per Ioanem declarauit dictam assertionem (si pertinax esset) hæreticam esse, sicut contraria diuinæ scripturæ. Nec hoc asserit simpliciter, & determinatè dominus Nicolaus, qui dictam constitutionem fecit, sed solummodo hoc dicit incidenter, & narratiuè. Posito etiam quòd determinatiuè diceret, non obstat, cum contrarium inueniatur in scriptura diuina, si diligenter attendatur: & nunc est per Ecclesiam determinatè, & patet etiam ex supra inductis in tractatu predicto.

4 Tertio dicunt: quòd in his, quæ pertinent ad fidem, vel mores, determinatè semel per summum Pontificem, non potest per alium reuocari: talis autem est assertio domini Nicolai de Christi, & Apostolorum paupertate.

Respondet, quòd falsum est: nam Petrum qui non ambulat recte ad veritatem Euangelij reprehendit, & corripit Paulus: vt patet ad Ga. 2. Et tamen non erat illi par, sed inferior. Item Stephanus & Papa determinauit, quòd nullus baptizatus per quoscuque hæreticos, veniens ad Ecclesiam catholicam rebaptizaretur: Sæctus autem Cyprianus cum multis Episcopis in Africa celebrans concilium, determinauit oppositum, vide licet, quòd baptizati à quicquidque hæreticis, si ad Ecclesiam catholicam veniant, sunt baptizandi: reprobas in hoc Stephanum Papam, vt patet in Cypriani epistolis ad Iubaianum, ad Stephanum & Pompeium. Concilium autem Nicænum vtraque opinionem Sancti Cypriani, & Stephani Papæ corripit, determinando quòd baptizati ab hæreticis non seruantibus formam Ecclesie, venientes ad Ecclesiam baptizentur: ab alijs vero hæreticis baptizati, non rebaptizentur: vt non sit contra articulum fidei, Et vnum baptisma.

5 Item per multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quòd matrimonium factum infra septimum gradum consanguinitatis, debet separari: & quòd coitus cum muliere, quæ erat infra gradum dictum, erat incestuosus: vt patet 35. questio. 5. ca. Nullum. Hoc autem reuocatum est per alios, vt patet extra de consangu. & affin. c. Non debet. vnde nunc licet in sexto, & septimo gradu consanguinitatis matrimonium fieri: vnde si aliquis mulierem in dictis gradibus existentem carnaliter cognoscat, non committit incestum.

6 Item per multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quòd matrimonium factum infra septimum gradum consanguinitatis, debet separari: & quòd coitus cum muliere, quæ erat infra gradum dictum, erat incestuosus: vt patet 35. questio. 5. ca. Nullum. Hoc autem reuocatum est per alios, vt patet extra de consangu. & affin. c. Non debet. vnde nunc licet in sexto, & septimo gradu consanguinitatis matrimonium fieri: vnde si aliquis mulierem in dictis gradibus existentem carnaliter cognoscat, non committit incestum.

7 Item per multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quòd matrimonium factum infra septimum gradum consanguinitatis, debet separari: & quòd coitus cum muliere, quæ erat infra gradum dictum, erat incestuosus: vt patet 35. questio. 5. ca. Nullum. Hoc autem reuocatum est per alios, vt patet extra de consangu. & affin. c. Non debet. vnde nunc licet in sexto, & septimo gradu consanguinitatis matrimonium fieri: vnde si aliquis mulierem in dictis gradibus existentem carnaliter cognoscat, non committit incestum.

T 4 Item

Item extra de eo qui cognouit consanguineā vxoris suā. c. Discretionem tuā. dicitur, quòd cū quidam legitime matrimonium contraxisset cum quadam, quam antequā carnaliter cognouisset, consanguineo suo tradidit renitentem, cum qua ille matrimonium contraxit, & carnaliter eā cognouit, cum ipsa vellet postea reuerti ad priorē maritum, & super hoc dubitaretur, an fieri deberet: Papa respondet, quòd licet quidam prædecessor eius aliter determinauerit, ipse tamen dicit: si mulier omnino hoc vult, licite potest & debet priori viro restitui. Et tamen manente determinatione prædecessoris dicti Papæ, Ecclesia reputasset incestum, si talis mulier carnaliter coniugeretur cum priori marito.

Item extra de sponsal. duorum, cap. Licet. dicitur, quòd quidam prædecessores domini Alexandri Tertij iudicauerunt, quòd si inter virū & vxorem legitime matrimonium per verba de presenti expresse esset contractum, siue iuramento interposito, siue non: si postea mulier nuberet alteri, quo carnaliter cognita esset, non debebat se parari ab isto secundo: & tamen Alexander Papa abri contrarium, scilicet quòd debet separari à secundo, & restitui primo: Et sic patet, quòd primi Romani Pontifices male senserunt de separatione, & indissolubitate matrimonij. Ex quibus constat, quòd illud, quod circa fidem & mores, male determinatum est per vnum Papā, vel concilium, potest per alium, perfecta melius veritate, corrigi & emendari. Ideo non est mirum, si dominus Ioannes diligenti deliberatione cum multis peritis in Theologia, & in vtroque iure, habita, reuocauit quæ male dixerat dominus Nicolaus de Christi & Apostolorum paupertate.

Quarto dicunt: quod si contenta in prædicta decretali, Exijt. sint falsa & hæreticalia, sequitur quòd Papa Nicolaus errauit in fide catholica, & hæreticus fuit.

Respondet h, quòd non: quia dum voluntas nō sit in crimine, si ex defectu humanæ intelligentiæ error contingat, non est simpliciter culpabilis error, taliter quòd debeat pro errore damnabili reputari, vt patet in Petro, quē Paulus reprehendit in Cypriano martyre, quem sic excusat Augustinus libro de baptismo contra Donatistas.

Itē quia dicit Augustinus in Epistola ad Hefychium: Error vitandus est, quantum ab homine vitari potest, sed mihi quisquam non videtur errare, cum aliquid nescire se scit, sed eum putat se scire quod nescit. Nicolaus autem faciens decretalem, Exijt. non videbatur, quod putaret se contra veritatem fidei ac morum determinare certitudinaliter, quod scientia requirit, quia dixit, quod si aliquid dubiū in sua declaratione insurgeret, non per quoscunque, sed per Romanum Pontificem declarari haberet: multum autem dubitabile erat id, quod dixerat de paupertate Christi & Apostolorum: & an vsus in omnibus rebus possit separari à dominio, & proprietate: Ideo potuit & debuit dominus Ioan. illud dubium declarare,

contrarium ex scriptura diuina & legali possit deduci. Et sic dominus Nicolaus non errauit in fide simpliciter: quia non putabat, vel putabat se scire quod nesciebat, sed putabat se nescire quod nō sciebat: Alioquin frustra & sine causa, si crederet se scire prædicta, aliquem correctorem, vel emendatorem vellet habere: cum illud quod veraciter scitur sic esse, sit impossibile aliter se habere. Et ita ipse non errauit perniciose, nec Ecclesia sequens eum, quia sub declaratione & correctione auctoritatis Apostolicæ sedis, illa que dixit, asseruit, propter quod eius error venialis, & humanus fuit: nec error simpliciter debet, dicitur, vt patet per dictum Augustini supra inductum.

Et similiter disputans excusat beatum Petrum. Quinto asserunt: quòd dicta decretalis, Exijt. fuit per vniuersalem & sanctam Ecclesiam approbata, & in Concilio generali Viennensi confirmata.

Respondet, quòd nunquā fuit approbata per vniuersalem Ecclesiam aliter, nisi vt cōmunes cōstitutiones Papales. Nec fuit approbata, nec improbata in prædicto concilio, nec dominus Clemens quintus in decretali, Exijt. de Paradiso. dixit, quòd dictam decretalem, Exijt. concilio generale approbauerit, vel confirmauerit.

Sexto dicunt, quòd sequitur totam Romanam Ecclesiam multis annis in fide errasse: quod est contra articulum fidei: Credo in vnam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam.

Respondet, quòd non est imputandus error Ecclesiæ catholicæ, si aliquid diffiniat Papa, vel Ecclesiæ, seu Concilium generale, non pertinens ad fidem & mores, quod pro tunc quando diffiniatur, non facta plena discussione, fuit diffinitum: quod tamen postea per diligentem inquisitionem factam, apparet contrarium esse veritati. Frequenter enim contingit, quòd multa prius determinata per cōcilia, vel per Papam, sunt postea reuocata, sicut patet per supradicta: & maxime in talibus, vbi sacra scriptura non loquitur omnino clare & expresse: vnde in talibus licet absque nota hæreticæ prauitatis opinari contraria, ante Ecclesiæ determinationem sub articulis fidei positam. Vnde sicut in domino Nicolaus non fuit error perniciosus, sed venialis ex causis supra dictis: ita nec in sequentibus eum ante determinationem domini Ioannis. Quòd autem fuerit peccatum veniale in Ecclesia circa prædictam materiam, vel aliam, non est inconueniens. Nam eū dicit Apostolus ad Ephes. 5. quod Christus exhibuit sibi Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, debet intelligi de Ecclesia triumphante, non de militante, ut dicit Augustinus in retractationum.

Septimo dicunt in decretali, Exijt. contrari: quod in rebus temporalibus est considerata proprietatem, possessionem, vsum fructuum, vntendi, & simplicem vsum facti, & vltimo tantum necessario eget vita mortalium, licet alijs cacere possit, quia nulla potest esse possessio, que à se vsum necessaria sustentationis excludat: inquam vsum non iuris, sed facti tantummodo non

Tom. 2. Epi.
80. in fin.

nem habens, quod facti tantum est, in vtdo
præbet ventibus, nihil autem iuribus.

Respondet immo q̄ non valet: quia quo ad illa
dicta decretalis est correctæ, & emendata ratio-
nabiliter per illum, qui potest; & ita cum ex sta-
tuto correcto, & emendato, quo ad illa, quæ sunt
correcta, & emendata arguant, eorum dicta non
concludunt.

Octavo dicunt: quod multi Romani Pontifi-
ces in rebus temporalibus vsu consumptibilibus
& non consumptibilibus vsu, quæ fratribus, Mi-
noribus offeruntur, dantur, vel conceduntur; do-
minium Romanæ Ecclesiæ seruauerunt, vsu
tantummodo simplices facti ipsis fratribus de-
relictis.

Respondet, quod hæc fecerunt alij summi Pon-
tifices de rebus, quæ non consumuntur vsu: do-
minus autem Nicolaus fecit hoc de omnibus re-
bus, supponens tamen dictum suum correctioni
Romani Pontificis: Et sic dominus Ioannes,
tam ex auctoritate iuris, quam ex auctoritate etiã
dem referunt per dictum suum prædecessorem,
contrarium multis rationibus ostendit; & deter-
minauit.

Nono dicunt: quod Romanus Pontifex dif-
finitiuè earentiam talis dominij esse sanctam, &
meritoriam; & quod Christus, & Apostoli viam
perfectionis ostendentes, abdicacionem huius-
modi dominij docuerunt: & quod earentia talis
dominii non est infractuosa domino, cum sit
meritoria ad æterna, & professioni pauperum
opportuna.

Respondet, quod illud, quod hic dicunt, cor-
rectum est rationabiliter per illum, qui hoc cor-
rigere poterat, & debebat, ostendendo esse im-
possibile in talibus rebus vsu facti separari a domi-
nio: & quod si separaretur dominij esset verba-
le, simularum, & anigmaticum.

Decimo dicunt: quod veniens contra determina-
tionem Papæ, & Romæ. Ecclesiæ, est hæreticus
censendus, propter quod nõ licuit alicui distinge-
re contrarium determinationi domini Nicolai.

Respondet, quod illud non est verum, nisi de-
terminatio Ecclesiæ contineatur in scriptura di-
uina, vel ex ipsa euidenter, & necessario concluda-
tur: vel nisi Ecclesiæ expresse determinet, quod
tale quid sit tenendum sicut pertinet ad fidei ar-
ticulum, determinans q̄ dicentes, & tenentes cõ-
trarium, sicut hæretici sunt habendi. Quod autẽ
dixit dominus Nicolaus de Christi paupertate,
& separatione dominij, &c. non continetur in
scriptura diuina, nec potest concludi ex ea, nec
fuit positus sub articulis fidei.

Undecimo dicunt: quod dominus Ioã. seipsũ
condemnat reprobando, reuocando, & contra-
rium faciendo eorum, quæ de Christi, & Aposto-
lorum paupertate decretalis, Exijt, continet:
quia ipse antea pronunciauerat decretalẽ, Exijt,
& Exiui. salubriter editas, lucidas, multaq; ma-
turate digestas: prout in constitutione per eum
edita, quæ incipit, Quorundam,prehenditur
euidenter.

Respondet, quod non valet, quia dominus

A Ioan. in constituit. Quorundam .questionem de
Christi, & Apostolorum paupertate, & insepara-
bilitate dominij ab vsu, non accipit determinan-
dam, sed solum duos articulos, scilicet de vestib.
fratru, & de cõgregando blado, vino, & alijs ne-
cessarijs in granarijs, & cellarijs: & in istis duo-
bus articulis dicit, quod vult declarationes du-
bias addere declarationibus dominorum Nico-
lai iij. & Clementis v. & sic verba generalia,
quæ in prologo dictæ constitutionis, Quorundã,
præmittuntur, ad certos articulos in narratione
restringuntur, vt patet intuenti eam: Et posito
etiam quod ista verba, quæ isti ponunt, tunc di-
xerit quantum ad omnia contenta in dicta cõsti-
tutione, Exijt. quando nondum questio de Chri-
sti paupertate erat ventilata; nõ est inconueniẽs,
si postea diligentius veritate quaesita, & reperto
fore verũ contrarium eorum, quæ dixerat domi-
nus Nicolaus, dominus Ioannes dictum suũ cor-
rexit, asserendo; & determinando contenta de
paupertate Evangelica in decretali, Exijt, nõ esse
solida, nec vera. Sic enim, & sancti, quod prius
dixerant, frequẽter posterius correxerunt, quan-
do veritas magis incepit perdisputationes, vel col-
lationes scripturarum eis apparere; nec erubue-
runt sua dicta corrigere, vt patet per Augustinũ
in suo libro Retractationum, & in secunda epi-
stola ad Marcellinum.

B Duodecimo dicunt: q̄ si Papa Ioan. potuit re-
uocare prædicta determinata per dominum Ni-
colau, eadem ratione summus Pont. potest oẽs
diffinitiones suorum prædecessorum reuocare,
& contrarium constituere: ex quo totius fidei, &
auctoritatis Ecclesiæ destructio sequeretur.

9. Respondet, q̄ non valet, quia non sequitur, si
aliqua diffinita inconsulte in materia absolute
non pertinente ad fidem, & ad mores possunt, &
debet reuocari, ergo omnia: cum arguatur a par-
ticulari ad vniuersale; quod fieri nõ debet: Quia
vniuersalis cõclusio non sequitur, nisi ad præmis-
sas vniuersales. Item ea, quæ euidenter, & mani-
feste continetur in sacra scriptura, vel ex ea ne-
cessitate concluduntur, sunt omnia inconcussa
stabilitate firmata: nec reuocari possunt, nec eor-
um contraria statui per quemcunq; vt dicit Au-
gustin. in 2. lib. de baptismo, & Gelasius 0 Papa
in epistola ad Episcopos Dardaniæ: De numero
autem talium non sunt ea, quæ dixit de pauper-
tate Nicolaus Papa: nec vnquam pertinuerunt
simpliciter ad fidem, vel ad mores, cum contra-
rium esset verum, & catholicum, vt in suis deter-
minationibus dominus Ioannes Papa euidenter
ostendit.

C Tertiodecimo dicunt: q̄ secundum hoc in
decretali, Exijt, erratum fuit in doctrina, & vita
Christi, & Apostolorum.

Respondet, quod verum est, non tamen errore
pernicioso; cum adhuc ad plenum veritas discuf-
sa nõ fuisset, sicut nõc est, sed errore veniali: Si-
cut Augustinus declarat de Cypriano, & de Pe-
tro per Paulum correcto.

Non enim fuit voluntas in crimine, sed defe-
ctus humanæ intelligentiæ, potissime quia do-
minus

† Suspicor
hunc esse Ni-
colau iij. vt
plene dixi in
comment. hu-
ius question.

minus Nicolaus dicta sua supposuit correctioni A
sedis Apostolicae.

Quartodecimo dicunt: quod sequeretur, q̄ in
approbatione status regulæ Fratrum Minorum
Ecclesia errauerit.

Respondet, q̄ non sequitur: tū quia ante con-
stitutionem, Exijt. status Minorum ꝑ fuit appro-
batus: tum quia regula eorum non dicit, q̄ nihil
habeant in proprio, nec in communi: nec dicit
quod non habeant aliquid ius utendi: nec dicit,
quod solum sint contenti simplici vsu facti, ad
quæ eos restringit constitutio: Exijt. Quæ ostēsa
est quantum ad hoc, impossibilis, & irrationabi-
lis, per dominum Ioannem in suis constitutioni-
bus. Sed dicit regula prædicta: quod uiuant sine
proprio, & quod nihil sibi approprient, nec do-
mum, nec locum, nec aliquam rem. Quæ ver-
ba possunt verificari, si habeant in communi:
nam solummodo prohibet quod fratres habeant
proprium, sicut Regulæ Basilij, Augustini, &
Benedicti.

Quintodecimo dicunt sequi, q̄ in concilio di-
ctam decretalem approbante, erratum fuit.

Respondet, quod in nullo concilio generali de-
cretalis, exijt, fuit confirmata, vel approbata: nec
hoc poterit ostendi, & maxime cum constitutio,
exiit de Paradiso, non fuerit facta in concilio ge-
nerali Viennen. sed post concilium in Auinion,
ut habet fide digna multorum relatio.

Sextodecimo q̄ dicunt: q̄ secundum hoc errauit
Ecclesia, aliquos Sanctos de ordine Frat. Mi-
nor. qui in hac vita, & doctrina diem clausurunt
extremum, canonizando pro Sanctis.

Respondet, quod nec illi, nec alij errabant sim-
pliciter, errore damnabili: sed secundum quid, erro-
re veniali, constitutione, exijt, nondū correctæ
per eū, qui poterat, ideo canonizari, alijs suffragā-
tib. meritis, potuerunt: Sicut dicit B. Augustinus
de sancto Cypriano, lib. de baptismo contra Do-
natistas, c. 17. & 18. quod ille vir sanctus aliter
de baptismo sentiens, quàm res se habebat, quod
postea diligentissima deliberatione retractatum
est, in catholica veritate permansit, & charitatis
vbterate compensatum est, & passionis falce pur-
gatum. Et similiter dici pot̄ de Sanctis ordin. fra-
trum Minorum canonizatis, si doctrinam decre-
talis, exijt, tenuerunt, antequam per ecclesiam
correcta, & emendata fuisset.

COMMENT. XLII.

Argumētum
quæst. 17 de
obiectis Fra-
ticellorum.

VT hæc questio intelligatur, obseruandum est,
sicut etiā diximus paulo antea super q. 15. q̄
postquam Ioannes Papa xxij. edidit decretalē inci-
pientem, Quia quorundam, aduersus Fraticellos,
eorumque duces, illi contra aerijs in Pontificem Ro-
manam insurgentes, decem, & octo errores in ea cō-
tineri dixerunt, quorum quinque, nempe, 3. 5. 6. 13.
& 14. us civile tantum respiciebant. cumque idem
dominus Papa Ioan. eorum impijs appellationibus
& calumnijs respondisset in Decretali incipientes,
Quia vir reprobis Michael, quæ non est impressa,
uerum hæc impij in ea triginta duos errores sal-

so afferunt contineri, nec modo Joanni XXII. quā-
diu vixit restiterunt, sed etiam Benedicto XII. eius
successori impudenter maledixerunt, subtraxerunt
sibi obedientiæ debito, quem Benedictum (quia pro-
fessione Theologus erat) peiorem, et damnabiliorem
Joanne xxij. esse clamabant, asserentes eum heresi-
archam, negantesq; Pontificem: quod cum, & scri-
ptis ceditis, & publicis disputationibus impie profe-
terentur, multos in suum errorem quotidie pertrahē-
bant, & propterea eorum scēla plurimum inualuit,
qui cum multis summi Pontificis Ioannis extranea
gantibus essent damnati, ut ex superioribus constat,
nec vellent respicere: multi ab Episcopis, & Inqui-
sitoribus propterea comprehensi, non deserentes cō-
ceptum errorem, comburi se passi sunt, ut testatur
Cardinalis in Clem. Ex. vii. §. proinde. de verborū
significat. & B. Antoninus in Sum. par. 4. tit. 11.
capit. 7. §. 5.

In hac rerum perturbatione ceteris impudentius
debauchatus est in Roman. Pontificem Guiliermus
Okam, qui quodam libro de potestate Pontificis,
q. 8. nō erubuit dicere circiter nonaginta errores ad-
minus Ioannem xxij. protulisse.

Ex omnibus his Fraticellorum erroribus, & obie-
ctionib. qui diu olim Ecclesiam perturbauerunt, E-
mericus in hac q. sexdecim tantummodo recenset,
adhibitis solutionibus Benedicti xij. qui antequam
crearetur Pontifex, eisdem satisfecit. atque hoc est
huius questionis argumentum.

Animaduertendum est tamen in his Benedicti so-
lutionib. multa contineri dubia partim, incerta par-
tim; partim deniq; falsa, quæ nec debeant, nec pos-
sint præteriri sine animaduersione. et propterea ne
paulo diligentius re perscrutantes diuino præsidio
muniti, quod nobis adesse propitiū humiliter depre-
camur, veritatem ipsam quoad fieri poterit, ostēde-
re conabitur.

Da Quas dominus Benedictus duodecimus dum
esset Cardinalis, recollegit, atque soluit, & cat.
Eisdem ferme difficultates, & obiectiones dilucida
postea i. si. nes Theologi Anconin. par. 4. tit. 12. a.
4. Ioan. Turrecemata in summa de Ecclesia, lib. 2.
c. 112. Melchior Canus, lib. 6. c. 8. de locis Theolo-
gicis, & alij, quos mox suis locis referemus; ex quib.
sanctorum Patrum dictis, & Ecclesie recepta
doctrina nitentes, veriora colligemus, & certiora,
ut omnes difficultatum nebule clara vera doctrinæ
luce dissoluantur.

b Ad istud respondet dominus Benedictus, &
cat. Summa solutionis est in extraneanti, Cum
inter nonnullos. Ioannem xxij. definiuisse Chri-
stum, & Apostolos habuisse aliqua in communi,
quod verissimum est, ut patet in principio eius ex-
tranaganti sibi: Nos huic concertationi, quam ha-
bes apud Emericum supra par. 2. quæst. 15. nā affe-
rere Christum, & Apostolos nihil habuisses, nec in
speciali, neque in cōi, diuina scripturæ contradicit
expresse, ait ibidem dominus Papa Ioannes: & ut
oliter aliquid in medium proferam ad ostendē-
dum hoc esse verum, primum Matth. 2. scribitur,
Magos obtulisse Christo aurum, thur, & myr-
rham, rei autem oblatæ dominium acquirunt, cap.
statuimus. 16. q. 1. cap. omnis Christianus, de conse-
crat.

erat. *disb. 1. leg. vit. C. de sac. eccl. Et Matth. c. 17.* scribitur Christum precepisse Petro, ut didrachma vel staterem daret illis, qui nomine Cesaris exigebant tributum. habuit ergo eius rei dominium, & in illos transfudit, cum dare sit accipientis facere. *l. vbi autem. ff. de verb. oblig. l. si ita. §. 1. ff. de contraben. empt. Et Joan. c. 12. & 13.* Iudam loculos habuisse dicitur, quibus ea quae mittebantur, portabat. *c. exemplum. 12. q. 1.* denique multa sunt in sacris litteris, quae comprobant hanc veritatem, ut copiose docet glo. in dicta extrauaga. Cum inter nonnullos, in principio, verborum, asserit.

Secundo dicunt, quod praedictam paupertatem fuisse Christi, & Apostolorum determinatam dominus Nicolaus Papa iij. in constit. Exijt, §. porto. Habetur haec constitutio in cap. Exijt. de verb. signif. lib. 6. Tam in multis codicibus haec constitutio tribuitur Nicolao iij. quibus consentire videtur Platina in vita huius Pontificis, dicens eum adeo ordinis Minorum ob contemptum rerum humanarum fuisse amatorem, ut ipse etiam Decretali epist. quaedam ipsius ordinis ambigua declarauerit. Sed ego verius arbitror constitutionem, Exijt, Nicolao r. esse, tum quia in aliquot manuscriptis exemplaribus, lib. 6. Decretalium in principio dictae constitutionis Nicolaus r. est praenotatus. Tum et quia is fuit de ordine Minorum, vnde verisimilius est regulae sui ordinis dubia declarasse. Tum postremo, quoniam in extrauaganti Domini Joannis xxij. incipiente: Gloriosam Ecclesiam, quae in fine huius operis habetur impressa inter litteras, Apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis, videtur constitutio Exijt. tribui Nicolao Quarto, per quam declarauit plurimas dubitationes, quae circa regulam Beati Francisci, contingere poterant. In ea constitutione inter cetera haec continentur: Dicimus quod adiectio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est, & sancta: quam, & Christus vitam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiae, prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinam, & vitam exempla in eos deriuauerunt. haec tenet ibi. His potissimum verbis utebantur Fratruelli ad probandum Ioannem xxij. errasse in dicta extrauaganti: Cum inter nonnullos, cum hoc loco, Nicolaus aperte sentire videatur, Christum, & Apostolos nihil habuisse. Quam ob rem, si haec duo, dicta conciliauerimus, nullus fere maerebit amplius in hac difficultate obsecratis, & dubitationis scriptulus: quia omnes obiectiones, quas hic affert Eymericus, hoc in primis agunt, ut doceant Ioannem Regesimum secundum errasse, cum definiere contra Nicolaum.

Quantum ergo ad secundam hanc objectionem attinet. Benedictus hoc loco duas affert solutiones. Prima est, nihil definiisse Nicolaum, sed incidenter locutum fuisse de Christi, & Apostolorum paupertate. Altera est, quod tamen ex proposito fuisset locutus, nihilominus hoc non obstaret: quia contrarium deducitur ex sacris litteris. Non tamen admittit Benedictus, Papam contra scripturam sacram san-

A ciuisse, sed posito, inquit, supple, & non concesso, & determinatiue diceret, hoc non obstaret, id est, non propterea esset recedendum a veritate in diuinis scripturis expressa. Nam licet nos, inquit diuus Paul. ad Galat. c. 1. aut Angelus de celo euangelizeret vobis, praeterquam, quod euangelizemus vobis, ana thema sit. quem locum B. Thomas exponens dicit: Euangelicae doctrinae auctoritas habet, ut quicunque contra illam dicunt, excludendi, & repellendi sunt. haec ille.

Dictum est autem, posito, & non concesso, quia B terna fuit vis orationis Christi, qui rogauit pro Petro, ut eius fides non deficeret, & iussit, ut suos ipse fratres confirmaret, ut nullus unquam Rom. Pot. inueniatur errasse in iudicio fidei, videlicet in declarando quid sit credendum, vel non credendum: neque in hoc errare potest propter assistentiam Spiritus sancti, ut enim subtiliter, & vere deducit Caetan. in opusculo de auctoritate Papae, ca. 11. cum ad Papam pertineat quaestiones fidei determinare, & statuere quid ex fide tenendum sit, unicuique fidelium, quidvis tanquam haereticum respuendum, si in his definitis ipse errare posset, inde plane consequeretur, quod tota pariter Ecclesia a recta fide posset aberrare: quae cumque, enim Sedes Apostolica Romana fidelibus credenda proponit, ea ab omnibus recipi necesse est: & qui aliter docet, & sentit de fide, et sacramentis, quam Romana Ecclesia, haereticus censetur, ea ad abolendam, de haeret.

Sed iam duo haec responsa conciliemus, A c omnis multis placet nobis conciliatio Joannis de Turrecr. in sum. de Ecclesijs, lib. 2. c. 112. in solutione ad decimum argumentum, quem sequitur Melchior Canus, lib. 6. c. 8. de locis Theologicis ad 6. argumentum, & summa vera solutio est, Nicolaum iij. & Ioannem xxij. inter se non pugnare, immo declarationem, seu definitionem utriusque summe inter se conuenire, quoniam Christus, ut ex contextibus Euangeliorum, & sanctorum Patrum ex positionibus colligitur, duas paupertates ordinauit congruentes diuersis statibus perfectorum. Primam competentem illis, qui predicaturi mittendi erant in Iudaeam ad annuntiaandum Regis aduentum. & haec paupertas nihil proprium habere permittit, nec in communi, nec in speciali, & de hac accipitur illud Matth. 10. Nolite possidere aurum, nec argentum, &c. Quo loco ait Diuus Hieron. ideo haec Dominus precepisse, ne causa lucri potius, quam salutis praedicare viderentur.

Alteram fuit paupertatem copetens illis, qui si xi. erant mansuri in congregatione, cuius proprium est nihil habere in particulari, bene tamen in communi: de hac est illud, c. 4. scribitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima vna, nec quisquam eorum, quae possidebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia. haec ibi. Et tamen haec paupertatem Christus habuit, quodam enim tempore primam tenuit, nihil penitus habens nec in particulari, nec in communi, sed illis reserbatur, quae sibi pie a pijs offerbantur, qui ipsum sequebantur, de quo Luca, cap. 8. exemplum extat. Secundam paupertatem approbauit verbo, & exemplo, Lucae cap. 22. cum dixit: Quando mihi vos sine sacco-

E

Definitiones Nicolai iij. & Ioan. xxij. de Christo, & Apostolorum paupertate conciliatur.

facculo, & pera, & calceamentis, nūquid aliquid defuit vobis? & paulo post: sed nunc qui hēt facculum, tollat similiter, & peram, &c. Jam hęc secunda paupertas, quę aliquid in cōi possidere permittit, non repugnat perfectioni Evangelicę, vt grauter et docuit, & copiose B. Thomas 2. 2. q. 188. ar. 7. Primam ergo paupertatem intinuis Nicolaus Christum oīa abdicasse, & in communi, & in particulari asseruit: sed & præterea concedit Christum aliqua in communi habuisse aliquando: Siquidem in dicta constir. Exat. subiungit. Nec his quiquam putet obistere, quōd interdum Christus dicitur huculos habuisse, &c. Secundam respiciens Papa Ioannes scriptura sacrę repugnare decreuit, & hereticum esse dixit, asserere, Christum, & Apostolos nihil in communi, aut in particulari possedisse. hac sententia est veræ solutionis. Aliam paulo difficiliorem, & fustorem commemorat Beatus Antoninus 4. par. titul. 12. capit. 4. §. 23. quam libenter omitto, & ex hac solutione diluuntur fere omnes obiectiones Fraticellorum, quas in hac questione Pymericus commemorat: quas libenter omittimus, nisi falsę quandoq; Benedicti solutiones aliud suaderent.

Determinatū semel per vnum Papā, tamquam de fide, non potest per alium reuocari.

d Respondet, quōd factum est: nam Petrum, qui non ambulabat, &c. In solutione huius tertie obiectionis aperte negat Benedictus determinatum semel per summum Pontificem, etiam si ad fidem, vel mores pertineat, non posse per alium reuocari: quod nititur ostendere multis exemplis vsque ad quartam oppositionem: in quo rebemener est lapsus, si id senserit, quod eius verba præferunt, videlicet, quod semel ab vno Romano Pontifice determinatum tanquam ad fidem spectans, id posse ab alio reuocari: quoniam vt optime tradit Caser. in Apologia de auctoritate Papę, & Concilij, par. 2. c. 13. determinatio Papę in iudicio fidei formaliter, scilicet, definiendo quid credendum sit, vel non credendum, ligat oēs personas Ecclesię, atque ita personā propriam, & successorum ad recipiendam determinationem semel de fide factam: nec video quomodo posse vtrū tantum excusari quare ne quis auctoritate eius ductus labatur: expendenda erunt mihi singula paulo diligentius: & quantum ad hunc locum attinget, grauissima fuit olim concertatio inter Beatū Hieronymum, & Diuum Augustinum, nūquid vtrū, an simulate Paulus Petrum reprehenderit, quod à Theologis Scholasticis multis solet disceptari: lib. 2. de iust. & iure, quęst. 5. art. 4. vers. de tertio vero membro, & Adrian. in 4. dist. 1. & breuiter S. Thomas 2. 2. quęst. 33. art. 4. ad 2. argumētum. & plane quidquid sit de eius historia, ac facti intelligentia, hoc est certissimū, nihil statuisse ibi Petrus, quod ad cōem fidem, & mores Ecclesię pertineret, neque mutasse in catholica religione: ac proinde hoc primū exemplum non potest commode applicari ad id institutum quod Benedictus contemplantur. Retineamus ergo supradictam solutionem, quam ex Tur recemata commemorauimus, et dicamus, Nicolau nihil illie de fide definire, neque aduersari his, quę a Ioanne fuerant definita.

A e Item Stephanus Papa determinauit, &c. Admonet hic locus, vt paulo exactius referam hanc historiam, cuius in eo sit mentio, vt validius etiam refellatur hæc falsa Benedicti solutio, putantis Stephanum Papam correctum à Cypriano, & vtrinq; ad Concilio Niceno emendatum.

Sciendum est ergo, Cyprianum Carthaginensem Episcopum tēpore Stephani Papę circa annum Domini CCLVI. Carthagine concilium prouinciale coegisse, in quo decreuit baptizatos ab hæreticis iterū baptizandos, cui subscripserunt plus quam octoginta Episcopi ex Prouincia Africana, Numidia, & Mauritania. Huic decreto grauter resistit Stephanus Papa, cui obtemperauit veritate manifestus cognita Cyprian. cum reliquis catholicis. Sed quoniam res est grauissima, ne mihi sine pignore credatur, duo potissimum antiquorū Patrū testimonia præferam: vnum erit Vincentij Lyrinensis, alterum B. Hieronymi, ergo Vincentius Lyrinen. in aureo illo libello aduersus profanas hæresium nouationes scripto, de hac re ita ait: Quondam igitur venerabilis memoria Agrippinus Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortalium contra diuinū canonem, contra vniuersalis Ecclesię regulam; contra sensum omnium consacerdotum, contra morem, ac instituta maiorum rebaptizandum esse censebat. Quę præsumptio tantum mali inuexit, vt non solum hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed etiā quibusdam catholicis occasione præbuerit erroris. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes equauerunt sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur: tunc beata memoria Papa Stephanus, Apostolica Sedis Antistes, eum ceteris quidem collegis suis, sed tamen præ ceteris restitit dignum, vt opinor existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret; quantum loci auctoritate superabat. Denique in Epistola, quę tunc ad Africam missa est, iudem his verbis scripsit: Nihil nouandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus, & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vtrouenia, quę a fide à Patrībus suscepta foront, eadem fide filijs consignarentur: nosque religionem, non quę vellemus duocere, sed potius quę illa doceret, sequi oportere: idque esse proprium Christianę modestiæ, & grauitatis; non sua posterit tradere, sed à Maioribus accepta seruare. Quę ergo tunc vniuersi negotij exitus? quis vtiq; nisi vtitatus, & solitus: retenta est scilicet Antiquitas, & expulsa Nouitas. & paucis interiectis. Postremo ipsius Africani concilij, siue decreti, quę vires donante Deo, nulla: sed vniuersa tanquam somnia; tanquam fabulę, tanquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt. hætenus illud. Quibus adiungit multa alia in eandem sententiam, & præcipue de retractatione Cypriani, quę breuitatis gratia missa facio.

B Jam Beatus Hieronymus extremo fere Diabolo aduersus Luciferianos ita habet: Cœnarus est, & Beatus Cyprianus contritos lacus fugeres, nec bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticorum baptisma reprobans ad Stephanum tunc Romę

C Quę præsumptio tantum mali inuexit, vt non solum hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed etiā quibusdam catholicis occasione præbuerit erroris. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes equauerunt sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur: tunc beata memoria Papa Stephanus, Apostolica Sedis Antistes, eum ceteris quidem collegis suis, sed tamen præ ceteris restitit dignum, vt opinor existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret; quantum loci auctoritate superabat. Denique in Epistola, quę tunc ad Africam missa est, iudem his verbis scripsit: Nihil nouandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus, & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vtrouenia, quę a fide à Patrībus suscepta foront, eadem fide filijs consignarentur: nosque religionem, non quę vellemus duocere, sed potius quę illa doceret, sequi oportere: idque esse proprium Christianę modestiæ, & grauitatis; non sua posterit tradere, sed à Maioribus accepta seruare. Quę ergo tunc vniuersi negotij exitus? quis vtiq; nisi vtitatus, & solitus: retenta est scilicet Antiquitas, & expulsa Nouitas. & paucis interiectis. Postremo ipsius Africani concilij, siue decreti, quę vires donante Deo, nulla: sed vniuersa tanquam somnia; tanquam fabulę, tanquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt. hætenus illud. Quibus adiungit multa alia in eandem sententiam, & præcipue de retractatione Cypriani, quę breuitatis gratia missa facio.

D Jam Beatus Hieronymus extremo fere Diabolo aduersus Luciferianos ita habet: Cœnarus est, & Beatus Cyprianus contritos lacus fugeres, nec bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticorum baptisma reprobans ad Stephanum tunc Romę

E Jam Beatus Hieronymus extremo fere Diabolo aduersus Luciferianos ita habet: Cœnarus est, & Beatus Cyprianus contritos lacus fugeres, nec bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticorum baptisma reprobans ad Stephanum tunc Romę

verbis Episcopii, qui a Beato Petro vice simus...

Ex his ergo constat errasse Concil. Carthaginen...

Quod vero Paulinista, seu Cataphrygi non baptizant...

Item per multos Romanos Pontifices determinatum...

tem in Ecclesia perpetuo fuisse, ut in sacramentorum...

In privatis etiam negotijs, & causis particularium...

Ceterum in definitione fidei, & credendorum, ex di...

Respondet quod non, quia dum voluntas non sit in crimine...

Vertical marginal notes on the right side of the page.

consequeretur Nicolaum fuisse hereticum sc̄i ex defectu humana intelligentia labi potuerit, quomodo autem error, & ignorantia excuset ab heresi, copiose diximus, super q. 7. par. 1.

I Respondet, quod non est imputandus error, &c. frequenter enim contingit, q̄ multa prius determinata per Concilia, vel per Papam, sunt postea reuocata.] Hęc sententia vera est, dummodo recte intelligatur: quod vt fiat, obseruanda est diligenter distinctio sana, & catholica, quam assertit de hac re edisserens B. Thomas quodlibeto 9. ar. 16. quem sequitur S. Antoninus par. 3. tit. 12. c. 8. §. 2. videlicet ex illis, quę a Pontifice Romano desiniuntur, quodam spectare ad priuatas personas, & particularia negotia: alia vero ad fidem, & vniuersales Ecclesię mores in necessarijs ad salutem, & in his postremis nullo modo Papa, aut concilium auctoritate Papę confirmatum errare potest: quoniam Spiritus veritatis in his desiniendis semper assistens promissus est, vt oēs catholici vno ore testantur, traditq; præ ceteris Melchior Canus, lib. 5. ca. 5. de locis Theologicis, versicul. alter vero scrupulus, & Blasius Nauar. lib. 2. cap. 9. de sacro Ecclesię principatu: neque de his intelligit Benedictus in hac sua responsione, cum dicit: Frequenter enim contingit, &c. Quod satis indicant illa eius verba initio solutionis posita: Si aliquid definiat Papa, vel Ecclesia, seu concilium generale, non pertinet ad fidem, & mores. In his enim, quę ad fidem, & vniuersales mores spectant, iudicialiter desiniendis Papę, vel Ecclesię errare posse falsum est. & de stabilitate, & firmitate horum iudiciorum notatu dignissimum extat Gelasii dictum ad Episc. Dardania, quod paulo inferius adduximus hac ipsa quęst. in responsione ad 12. oppositionem. id enim ostendit quā firma sint de his Ecclesię iudicia: quod et probat eleganter Turrecremata in sum. de Ecclesię, lib. 3. cap. 58.

In illis vero, quę priuatas personas, & facta respiciunt, decipi Papa quandoque potest, præsertim cum in his humano testimonio vtatur, quod sepe fallax est & incertum ita et verè docuit etiam Blasius Nauar. præceptor noster eruditus, lib. 2. ca. 10. de sacro Ecclesię principatu, & tradidit Turrecrem. in sum. de Ecclesię, li. 2. c. 112. circa finem, vers. tum etiā, id quod expresse mihi sensisse videtur Innoc. Papa in c. a nobis. el. 2. de senten. excomm. un. ibi: Iudiciū Dei veritatis, quę non fallit, nec fallitur semper innititur: iudicium autem Ecclesię nonnunquā opinionem sequitur, quā & fallere sepe contingit, & falli. hæc ibi.

Rursus illud addo, summos Pontifices non semper respondere desiniendo, sed consultos interdum, veluti priuatos, & particulares Doctores sentire.

Postremo adiungo, non protinus esse fidei dogma censendum quicquid in voluminibus iuris canonici continetur, vt optime docet Melchior Canus, li. 5. c. penul. de locis Theologicis, & lib. 6. c. 8. vnde sepe in his contingit statuta per vnum, per alios aut immutata, aut reuocata absque vilo fidei præiudicio reperiri: quoniam hæc directe ad fidem non spectant, neque ad vniuersales Ecclesię mores.

Brevius respondere potuisset Benedictus, aucter

A asserendo, ineptissime, et vanissime inferri, quod Romana Ecclesia in fide errauerit tempore Nicolai Papę, cum in constitutione, Exijt nihil de fide statuat.

K Septimo dicunt, &c. qui inquam vsus non iuris, &c.] Hic locus in omnibus codicibus erat deprauatus. eum nos re ipsa considerata, ex natura dubitationis, quę tractatur, correximus, vt est impressus. tum etiam ex contextu in d. cap. Exijt. vers. nec per hoc. de verb. signif. lib. 6.

I Octauo dicit, &c. Respondet q̄ hæc fecerunt alij summi Pontif. de rebus, quę non consumuntur vsu, &c.] Melius poterat respondere dicendo, q̄

B Ioannes xxij. in extrauag. Ad conditorem canonum. de verb. signif. §. quod autem. apertissime declarat, non fuisse intentionem Nicolai in rebus vsu consumptibilibus reseruare dominium Rom. Ecclesię: ipsi autem fratribus concedere simplicem vsu facti, seu iunctum ab omni iure vtendi, quia is fuisse illicitus, ac uerba quidem Ioannis huic Benedicti solutioni repugnare videntur præcitato loco, & vtram confirmare. habent enim ita: Quod autem dominium Romanę Ecclesię reseruatum simplex ceteri debeat, ex hoc patet, quod ex illo nullum eidem Ecclesię tēporale obuenit hæctenus commodum, nec speratur quod obuenire debeat in

C futurum: cum nec intentio reseruantis, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcumq; alium quā ad fratres, dictarum rerum perueniret cōpendium: quod proculdubio modus vtendi fratrum ipsorum, & Romanę Ecclesię subsecuta patientia euidenter declarauit. Et quod talis intentio fuerit ordinantis, ex hoc patet, quod illarum libit, & Ecclesię Romanę dominium duratam retinuit, quarum vsu facti, liceret habere ordini, vel fratribus antedictis, & cetera. Ex quibus sane videtur hoc loco male dicere Benedictus, quod Nicolaus id fecerit de omnibus rebus.

D Nono dicunt, & cetera. Respondet, quod illud, quod hic dicit, & cetera.] Ego declarationem potius dixerim per Ioann. xxij. in dicta extrauag. Ad conditorem canonum. §. quod autem dominium. vers. talis autem dominij carentia. vbi oprima glossa in ver. non efficit.

N Decimo dicunt, &c. Respondet, quod illud non est verum, nisi determinatio Ecclesię contentur in scriptura diuina, &c.] Brevius, & verius responderi poterat, nihil quod vt de fide fuerit a Nicolao definitum, immutatam, vel emendatum fuisse a domino Ioanne, sed in multis expositam, & declaratam fuisse mētem Nicolai per Ioannem Papam xxij. vt series, & verba rescriptorum apertissime testantur.

Atque hoc etiam ipsum dicere possumus ad soluendam obiectionem 11. & 12. vt & verborum ac incertitudinem, & falsitatis etiam ambages rectius subterfugiamus.

O Et Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardanię.] Est autem singularis huius epist. doctrina, quę ostenditur, Acacium a Sede Apostolica competentiter fuisse damnatum. incipit ea epistola: Valde mirati sumus. Scripsit eam Gelasius circa

Forum, quæ
à Papa deter-
minatur duo
sunt genera,
& quæ ca. s̄i.

De erroribus Græcorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæreses duæ recentiorum Græcorum.
- 2 Dicta Sanctorum reuerenter sunt exponenda.
- 3 Dicta S. Athanasii male sonantia exposita à Sancto Thoma.
- 4 Articuli in S. Cyrillo obscuriores, &c.
- 5 Gregorij Nazianzeni, & Basilij loca aliquot pie accipienda.

Decimo octaua quaestio est: Hæreses, & errores Græcorum, quæ vsque hodie perseverant: qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod sunt isti.

1 Primus, quod Spiritus sanctus non procedit à Patre, & Filio, sed à solo Patre.

2 Secundus, quod corpus Christi non potest consisti in azymo, sed tantummodo in fermentato. Et in istis duobus erroribus non assenserunt sancti doctores Græcorum Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nazianzenus, Basilij, Chrysostom. nec Græcorum sancti Patres alij.

3 Est tamen verum, quod nonnulli sancti Doctores Græcorum posuerunt quamplures articulos non admittendos, loquentes incaute, & erroneè: Qui articuli licet ut stant, sint falsi, & quamplures erronei; tamen possunt exponi, ut facit sanctus Thomas, respondendo ad dictos articulos de mandato Domini Urbani in libro, qui intitulatur: Contra errores Græcorum: ubi dicit, quod propter dictorum Doctorem dignitatem, non sunt condemnandi, sed reuerenter exponendi. Et licet sint plures, tamen principales, & peius sonantes sunt hi, qui sequuntur.

4 Primus: quod in diuinis, essentia est genita in filio.

5 Secundus: quod in diuinis essentia est spirata in Spiritu sancto.

6 Tertius: quod Spiritus sanctus non misit Filium.

7 Quartus: quod Filius Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia.

8 Quintus: quod homo fuit assumptus à Filio Dei.

9 Sextus: quod creatura creatori non cooperatur.

10 Prædictos articulos ponit Athanasius in tertio sermone gestorum Nicæni concilij.

11 Septimus: quod Spiritus sanctus est imago Filij.

12 Octauus est, quod Filius est in Patre, tanquam in propria sua imagine,

13 Nonus; quod diuina essentia increata, est concepta, & nata de Maria.

14 Decimus: quod diuina essentia, seu diuinitas, facta est homo.

15 Undecimus: quod Deus fecit hominem Deum.

16 Duodecimus: quod a Christo fuit amota imago primi parentis.

Tertius

† Al. & erroribus nondum exortis.

† Est opus. Tomo 17.

circum annum Domini CCCXCIII. is locus, cuius hic meminit Benedictus, ita habet: Qua propter stultitiam respuentes inani quaerelarum, perquirere vos oportet ab ipsis beatis Apostolis, & considerare prudenter: quoniam Patres nostri, catholici videlicet doctique Pontifices, in vnaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid profide, pro veritate, pro communiōe catholica atque Apostolica secundum scripturarum tramitem, prædicationemque; maiorum facta semel congregatiōe sanxerunt, in cōuulsūm voluerint deinceps, firmumque consistare: nec in eadem hæc causa denūo, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recentī præsumptione permiserint: sapientissimè præuidentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores, stabile persisteret Ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur.

P. Tertio decimo, &c. In solutione huius obiectiōnis facile concedit Benedictus errasse Nicolai, quod minime erat concedendum. ideo retineamus superiorum Turrescrematæ solutionem: quæ sæpius dicta sunt à nobis. Eadem ratione satisfaciat decime quartæ obiectiōni; & decimæ quintæ: nusquam enim erratum est exponentem mentem Domini Nicolai prout intelligendam esse Dominus Ioannes docuit. q. Sextodecimo dicunt, quod secundum hoc errauit Ecclesiæ, aliquos canonizando pro Sæctis. Ideo fieri potest, ut non errauerint, qui definitionem Nicolai sequebantur, quoniam forsitan optimè eam intelligebant iuxta adductam à nobis paupertatis distinctionem.

Ad hæc, si in re difficili hallucinati fuissent, non propterea hæretici erant, nec potuit Ecclesiæ errare referendo eos in numerum Sanctorum. hoc enim impium est asserere: scire enim quos debeamus religione colere, multum refert ad communes Ecclesiæ mores, ut optimè docet Melchior Canus lib. 5. ca. 5. de locis Theologicis, versicul. in moribus non toti Ecclesiæ communibus. & Blasius Nauarrus, libro secundo, capit. decimo, de sacro Ecclesiæ principatu, circa finem. Antoninus tertia parte, titul. 12. capit. octauo, §. secundo. Caietanus in opusculo de Indulgentijs ad Iulium, capit. octauo. Beatus Thomas quodlibeto nono, articulo ultimo. Tabiensis in summa, verbo, canonizatio numero quarto. & Syluester numero secundo. Conarruias, lib. 1. variarū resolutionum, capit. decimo, numero 13. & Augustinus de Ancona in summa de potestate Ecclesiæ, q. 14. art. 4.

Qui autem diceret, posse Papam errare in canonizatione Sanctorum, saltem velut temerarius, puniri posset per Indices Ecclesiasticos, ita Melchior Canus præcitato loco.

Canonizatio vero Sanctorum per traditionem habetur in Ecclesia Dei, ut collegi ex Synodo Nicæna secunda, actione tertia. S. his itaque sex synodis. aduersus impium Molinæum in additione ad Decimum super Rub. de constitut. in secunda lectura, verbo, Sanctorum, et tradit Melchior Canus, lib. 3. cap. 3. de locis Theologicis.

nonizatio... Sæcto... non po... ecclesiæ... illud... riuus di... Ad con... versic... lossa in... illud... e conti... & ve... fuerit... adatum... eam ac... nem Pa... spertif... ad sol... sistrat... ges re... scopos... st. do... possoli... epist... elisius... circa

Tertiusdecimus: quod quisemel blasphemavit, impossibile est non blasphemare.

Quartusdecimus: quod fides non est nobis ministrata per Angelos.

Hos articulos ponit Athanasius in Epistola ad Serapionem.

4 Quintusdecimus: quod Iesus Christus filius dicitur paterna essentia.

Sextusdecimus: quod quae sunt naturaliter propria Dei patris, sunt propria Dei filij.

Decimusseptimus: quod nomine Christi intelligitur Spiritus sanctus.

Decimusoctavus: quod docente Paulo, Seraphim addiscunt.

Decimusnonus: quod quando Moyses dixit de hominibus formatione, Deus inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem, quod istud spiritamen, seu spiraculum, non fuit anima rationalis; quia tunc fuisset anima de Dei essentia; sed intelligitur, quod fuit Spiritus sanctus homini inspiratus.

Hos artic. posuit Cyrillus in lib. thesaurorū. 5 Vigesima: quod Spiritus sanctus est in medio Patris, & Filij.

Hunc articulum ponit Gregorius Nazianz. in sermone de Epiphania.

Vigesima prima: quod Spiritus sanctus est verbum Filij.

Hunc articulum ponit Basilius in sermone de Spiritu sancto.

Vigesima secunda: quod Spiritus, sanctus per Filium operatur.

Vigesima tertia: quod in Angelis, quo ad naturam non dicimus secundum, nec tertium.

Hos artic. ponit Basilius contra Eunomium.

COMMENT. XLIII.

Gregorum arrogantia, & in Ecclesiam latinam invidia:

Græci tametsi initio nascuntis Ecclesie catholice fuerint amplexi fidem, & viros quamplures sancte, et doctrina clarissimos habuerint: tamen labentibus sæculis ita eorum arrogantia crevit, ut Ecclesie Latine invidentes, summo Romano Pontifici obedire recusarint, & Schismate facto ab Ecclesia Latina desciverint, multasque in eam iniurias intulerunt, quas recenset Leo Papa Nonus Episcopus, quaedam contra inauditas presumptiones Michaelis, et Acriani Episcoporum, 6. 29. & eiusdem Epistolæ, cap. 8. dicit, Græcos diversis temporibus, diverso errore, ad corrumpendam catholicam matrem Ecclesie virginitatem nonaginta, & eo amplius hereses peperisse.

Ecclesie Romanae in Graecos singularis benignitas.

Hos saepe Ecclesia Romana conata est in viam revocare, ut abundè legitur in Concilio Florentino sub Eugenio IV. Sess. 3. Eisdem reducendis ad Ecclesie unitatem incubuerunt diversi Romani Pontifices Innocentius III. Gregorius X. & Eugenius IV. Hi tempore Eugenij Quarti circa annos Domini MCCXXXII. in Concilio Florentino, Ecclesie Latinae uniantur, ut sessione ultima eius Concilij scriptum est: idque post Eymery, & B. Thomam temporaria, ceterum ea unio non duravit.

Quanta vero animi acerbitate essent Græci con-

tra Latinos, tametsi ex multis perspicere liceat, maxime tamè constat ex Concilio Laterano sub Innocentio III. capitulo 4. nam si quandoque sacerdotes Latini super eorum altaria celebrassent, non prius ipsi sacrificare volebant in ipsis, quam ea tanquam per hoc inquinata laussent. Quin & baptizatos à Latinis ipsi ausu temerario rebaptizare præsumebant, quod refertur in capitulo licet Græcus. extra de baptismi, & eius effectu.

Item quantum atinet ad errores Græcorum, quos hic commemorat Eymery eos copiose refert, & in sententia catholico explicat B. Thomas opuse. quodam contra errores Græcorum inscripto, quod est primū tomi 17. inter opera S. Thomae, cuius hic quoque mentionem facit auctor. ac multi quidem ex his declarati, sicut docet S. Thomas errores non sunt.

Ceterū idè Græci, præsertim nostris sæculis proximiores, multos alios gravissimos errores pepererunt, quos bene interpretari non licet: cum et purgatorum negent, et secundas nuptias darent, & simplicem fornicationem non esse peccatum, & alios multos impie profiteantur, quos refert, et consutat Guido Carmelita in summa de heresibus, titulo de heresibus Græcorum. commemorat etiam Græcorum errores Beatus Antoninus in 3. par. histor. tit. 22. c. 11. §. 1. Arnaldus Albertinus in Rubrica de heret. lib. 6. quæst. 12. circa finem. Bernardus Lutzburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo: Græci. Augustinus de Ancona in summa de potestate Ecclesiæ q. 25. art. 5. & 6. Præcolus lib. 7. de vitis, & sectis heret. cap. 15.

2. Quartus quod filius Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia. Hic articulus duplicem sensum habere potest. Unus est, quod Filius Dei assumpsit naturam humanam in sua essentia, id est, perfectam ex corpore, & anima constantem: et hoc est verum, catholicum, ac secundum fidem tenendum iuxta illud Athanasij in regula sua confessionis. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens. traduntque copiose Theologi scholastici, lib. 3. sentent. dist. 2.

Alter sensus esse potest, quem hic crederem damnari scilicet, Filium Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia, quasi unio naturæ humanæ, & diuinæ facta sit in essentia ad tertiam quandam naturam constituendam, quod est falsum, ut scribunt Theologus lib. 3. sentent. dist. 4. natura enim humana persona Filij Dei unita fuit primo, & per se, non naturæ, & essentia diuinæ, inde natura diuina humane naturæ in filio unita fuit, ut verè, & subtiliter explicat Magister præcitato loco: §. non autem.

QUESTIO XIX.

De erroribus Tartarorum.

SUMMARY.

- 1 Tartari multifariam distincti.
- 2 Ex eis quidam patriæ ad eundem desiderio se ipsos necant.
- 3 Alij litteras etiam, quas defunctis perferant ab amicis accipiunt.

Decima



Ecce nona quaestio est: Hæreses & errores Tartarorum, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod Tartari cum sint plurimi, in suis erroribus tantum distincti.

1. Quidam namque sunt, qui ex toto sequuntur errores Sarracenorum, & sunt vere Sarraceni: quidam autem qui non. Et isti etiam non sunt in erroribus uniformes: nam eorum quidam adorant Iunam in speciali: quidam autem eorum adorant in generali illud animal, quod ei prius mane occurrit, siue sit canis, siue asinus, siue homo, seu aliud qualecunque; Et cum qualibet die de mane idem animal non occurrat, nec omnibus etiam eadem die idem animal occurrat, sed unum animal uni homini, & aliud alteri: ideo difformiter sibi Deum constituunt & adorant.

2. Quidam eorum, cum sunt extra terram suam captiui, & desiderant redire ad terram suam, si suspedunt se, seu præcipit se, vel aliter interimit se credentes se redire ad partes suas, & ad patriam naturalem per modum prædictum.

3. Quidam vero, qui in agis reputantur perfecti, congregatis parentibus & amicis, seu magis coniunctis, & receptis diuersis litteris à diuersis, quæ diriguntur amicis, & coniunctis eorum defunctis publice cum illis litteris latanter & gaudiose faciunt se comburi, credentes per talem combustionem, & genus mortis ire ad paradysum, & ad confortium beatorum.

Isti Tartari ut plurimum sunt homines, butialia: nec vetus testamentum, nec nouum admittentes, nec aliis scientiis integentes, sed brutaliter conuenientes.

COMMENT. XLIIII.

Tartarorum errores, & sequentium in proximis quaestionibus, qui fidem Christianam non sunt professi, eo consilio enumerat Eymericus, quo diximus supra super q. 4. huius partis.

a. Ad hanc respondemus, quod Tartari cum sint plurimi, &c.] Nouitia videtur Tartarorum, & paucis ab hinc seculis nata: nemo enim veterum hac res legitur appellatione. Sunt autem Tartari populi partis Sarmatiae Europæ. Stephanus populos Scythia iuxta Danubium, in Mæoticam paludem vergentes asserit. Hos Greci Sauromatas Romani Sarmatas, appellabant.

Horum varia sunt appellationes ex diuersis ritibus sumptæ: nam quidam Geloni, alii Getæ, alii Antrrophagi, alii alijs nominibus vocantur, quod in dicat hic erudite Eymericus iuxta historia veritatem, de quibus videtur Plinium lib. 4. cap. 12. Serabonem li. 11. & Pomponium Melam lib. 2. de situ orbis, c. 1. & cum dux sint Sarmatiae teste Prologo lib. 3. vna in Europa, altera in Asia, in Europa Olbia est, quam nunc Russiam multi & Tartariam esse credunt.

Apud hos ergo Tartaros reliquæ multæ Scythiarum morum adhuc inueniuntur, quorum multos hic enumerat Eymericus, quibus (ut hic locus fiat illustrius) non piget in gratiam lectorum alios ad-

A iungere riuus, quos partim ex antiquioribus, partim ex recentioribus scriptoribus breuissime collegimus.

Vagantur ergo Tartari nullas certas habentes sedes: vicium habent immundissimum: nam non operiunt mensas matilibus, nec manutergijs vtuntur, cum manus non lauent, nec corpora, nec vestimenta. Quidam eorum panem non edunt, neque oleras, neque legumina, sed animalium omnium caribus vescuntur, canum etiam & catiorum et murium graduscularum. Captorum inimicorum corpora ad crudelitatem suam ostentandam, & vindicandi desiderium ad ignem quandoque assant. Tam viri quam femine pro fere vestitu induuntur. Scelus magnum habetur apud eos, si cibi aliquid aut potus perire permittatur. in hostem quem vicerunt, sunt crudelissimi cuius e cadauere fluentem sanguinem sepe sugunt et ingurgitant. Potentiores seruum unum in vita eligunt, atque cauterio suo inustum secum tumulari faciunt, ut eo in alio mundo velut famulo vtantur, qualis Deus sit optimus ignorat, atque ita saepe quisque suo arbitratu Deum constituit.

B Alios innumerabiles habet ritus sædissimos & valde obscenos, quos hic veluti pærga libenter resecamus, nam & in bello, & in pace, & in coniugijs & cæteris actionibus inuendis, mira prorsus & nefanda quadam obseruant, quæ longum esset recensere, nec sunt huius instituti.

C De moribus vero ac ritibus Tartarorum copiosissime scribit Sanctus Antoninus in 2. par. historiali tit. 19. cap. 8. §. 1. & multis sequentibus, & §. 21. eiusdem capitis 8. ait regem Tartarorum circa annos Domini MCCLV. cum multis proceribus regni sui, ac magna populi parte conuersum fuisse ad fidem Domini nostri Iesu Christi.

Certe hoc nobis exploratum est, Innocentium Papam III. anno Domini MCCLIII. multa priuilegia concessisse Fratribus ordinis Prædicatorum, qui ad prædicandum Euangelium missi fuerant ad terras Sarracenorum, Tartarorum, & aliorum infidelium, ut constat ex eius rescripto, incipiente: Cum hora iam vndecima, quod habetur in libro priuilegiorum ordinis Prædicatorum, folio 30. Eadem autem priuilegia concessit Alexander III. anno Domini MCCLV. Fratribus ordinis Missionum in eiusdem terris prædicantibus, sicut apparet ex rescripto Alexandri III. eiusdem initij et tenoris, quod est impressum in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis.

D Certe hoc nobis exploratum est, Innocentium Papam III. anno Domini MCCLIII. multa priuilegia concessisse Fratribus ordinis Prædicatorum, qui ad prædicandum Euangelium missi fuerant ad terras Sarracenorum, Tartarorum, & aliorum infidelium, ut constat ex eius rescripto, incipiente: Cum hora iam vndecima, quod habetur in libro priuilegiorum ordinis Prædicatorum, folio 30. Eadem autem priuilegia concessit Alexander III. anno Domini MCCLV. Fratribus ordinis Missionum in eiusdem terris prædicantibus, sicut apparet ex rescripto Alexandri III. eiusdem initij et tenoris, quod est impressum in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis.

QUESTIO XX.

De Turcorum erroribus.



Decima quaestio est: Hæreses & errores Turcorum, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod Turci communiter sunt Sarraceni, & eorum erroribus inuoluuntur, aliam in speciali nullam sectam habent, nec errorem, specialem, sed variis variis erroribus in suis mentibus captiuantur.

V COM.

COMMENT. XLV

Qui Turci & quales mores eorum.

M. grandu non est, eo quod Eymerijs hos Turcos vocauerit, non Turcas, nam Eustatius Turcos etiam appellat his verbis: Post Seythas, qui mari Cronio vicini, Caspium accedunt, Hani ni sunt, quos Simocatus, historiarum conditor a Persis vocari Turcos, ex istis ad orientem vetantibus spectantes, haec ille. Tradit Calius lib. 12. ca. 6. lib. 10. antiquarum. Turcarum autem sine Turcorum non est nomen notum, ut quidam opinatur cum Pomponius Mela loquitur supra mille annos Turcarum meminere lib. 1. de situ orbis, ca. 21. non precui a sine ibi Turcaque vastas filias occupant, alunturque vendendo.

Num autem Turcas quos Christiani hodie crudeles patimur hostes, descenderint ab illis Turcis quorum Mela praecitato loco meminit, quantumvis inter nomina conueniat, dubitante nonnullis, & originem recensent, qui nos libere breuitatis gratia missa facimus. Si quis autem haec intelligere cupit, eos legat, qui de Turcorum rebus scripserunt, & breuiter sanctum Amonium parte 2. histor. tit. 16. c. 4. §. 5. hoc est exploratum parum hodie, aut nihil differre Turcas & Sarracenos.

H. olim more patrio, & Arabes inonsi & impexi incedebant, ut ait Calius lib. 9. c. 8. Unde huius gentis mos fuerit gestandi fascias, tradit idem Calius lib. 2. cap. 6. sed de his plura Benedictus Rhamberus in itinerario ad Constantinopolim, et Egnatius de Romanis principibus, & Paulus Iouius. Et de superstitione Turcarum, eorumque sacerdotum, video tractatum de moribus & consuetudinibus Turcarum nuper editum per quemdam Bartholomaeum Peregrinum, & copiose etiam in c. edit. in clement. de iudais, & Sarracenis: ubi glossa in verbis ab azala, quae hanc quaestionem & sequentem illustrat.

Denique quanta sit horum barbarorum in Christianis sententia, docet eleganter Simon Begnius oratione quadam habita in Concilio Lateranensi sub Iulio Secundo Pont. Max.

Q. V. A. S. T. I. O. XXI.

De erroribus Sarracenorum.

S. V. M. M. A. R. T. I. M.

- 1 Sarraceni unde sic appellati sint.
- 2 Sarracenorum errores.
- 3 Machometes a suis propheta habitus.

Magesimaprimum quaestio est: Haereses & errores Sarracenorum; qui sunt? Ad hanc respondemus, & Sarraceni a Sarr, & Agareni ab Agar secundum veritatem prius dicti sunt; qui idem sunt in re, sed distincti in nomine, a Machometo errores suos nefandissimos pettraxerunt.

A 2. Ibi nec vetus totum testamentum, nec nouum recipiunt: Baptismum renuntiant, circumcisionem admittunt: Beatam Mariam Matrem Christi virginem coeepisse, & absque viri semine, ac factam & perfectam esse dominam asserunt: Christum esse filium non Deum, sed purum hominem; licet istum & sanctum esse dicunt: ipsum mortuum fuisse, & consequenter resurrexisset, non credunt: Sacramenta ecclesiastica, nisi matrimonium, non admittunt: Articulos fidei nisi mundi creationem, respiciunt. Machometum perfidum fuisse, sanctum Dei prophetam praedicant, & avolunt Perlotionem tantum, pedum, & partium exteriorum corporis, etiam pudendorum, credunt mundari a peccatorum maculis, atque mentis iniquitatis. Et nonnulli eorum minus ratione vigentes, credunt paradisum in alia vita consistere in esu mellis, & potu lactis fluij currentis, atque frequentia concubitu virginum percellant.

COMME. N. T. XLVI.

A D hanc respondemus, quod Sarraceni a Sarr, & Agareni ab Agar, & Agareni proculdubio sunt dicendi ab Agar ancilla Abraham. Ipsi tamen hanc appellationem velut humilem & indecoram respiciunt, & Sarracenos se vocant ab Sara eiusdem Abraham uxore, & horum progenitores per Apostolorum praedicationem fidem catholicam olim susceperunt, quia tamen impie desierunt, ut statim subiungam, hodie fere vna voce Turco appellantur, & nobiscum immania & iniusta bella gerunt.

De his multa tractat ius canonicum tit. de iudic. & Sarracenis, & leges septipartitae Hispaniae tit. 2. §. 1. & 2. nulli sit sequi. Ad huc etiam Iosephus lib. 1. antiquit. c. 20. & diuus Hieronymus ad Damasum idem super Esaiam 50. 2. super illud: Auferte omnia gloria Cedar. Socrates lib. 4. hist. eccl. c. 29. Sogomenus lib. 6. c. 38. Theodoritus lib. 4. c. 23. Beatus Thomas lib. 1. contra gentiles, ca. 6. Antonius par. 4. xi. 2. c. 6. §. 1. & alij ex antiquioribus. Ex recentioribus vero Conarrubius lib. 4. c. 9. varia resolu. Bernardus Lutemburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo Machometus, Albertinus super rubrica de haereticis lib. 6. q. 2. nu. 2. et multis seq. q. 3. & 4. Pratoolus li. 1. c. 17. de sectis hereticorum, Auctor Repertorij inquisitionum in verbo, Sarracenus, Ioanes Roias tract. de heret. par. 2. nu. 10. cu seq. Simacas de inst. catho. xi. 39. de Machometanis. Albertinus tract. de agnos. assertio 9. §. 13. nu. 2. et amplius Eymericus hac ead. par. q. 35.

Tametsi vero Eymericus duas quae siones distinetas posuerit de Turcis & Sarracenis, tamen eadem nunc quoad errores esse videtur & Sarracenorum, seu Machometanorum nomine accipimus. Machometus Turcas, & reliquos barbaros qui impium illum impostorem Machometem colunt.

b A Machometo errores suos nefandissimos pettraxerunt. Fuit Machometes Arabis generis, ut tradant fere omnes praecitati, quod etiam testatur Facinus vetustus ille poeta Florentinus lib. 5. cap. 10. dam ait.



De vil prosapia ponero & soletto, Naque coſini nel Arabico ſeno, Abdimonepoli ſu il ſuo padre detto.

De quo etiam amplius Antonius Beuter Valentinus lib. 1. Chroniconum Hispaniaꝝ c. 29.

Hic Mahometes inter populares ſuos Arabes ſub Heraclio Imperatore, circa annos Domini DCXII. militauit, de cuius exortu & fraudibus Ioannes Zonaras tomo. 3. annalium in Heraclio ita ſcribit: In eodem triūphali ex Perſia reditu, Mahometus Sarracenorum princeps Imperatorem conuenit. Ei principatus non ex nobilitate generis contineratur: Nam cum pauper eſſet, locuple- tificandam viduæ mercede ſeruerat, quam preſti- gijs quibusdam in amorem ſui pellectam, vxorẽ duxerat. Sed quia comitali morbo laborabat, & ex interuallis impetu illius mali proſtratus, men- te alienabatur: dominaꝝ ſuæ, vxoriquæ & merori & pudori fuit. Caterum homo improbus Mona- chum ſe nequiores naçtus, ob peruerſam reli- gionem Byzantio exactum illius inſinecti, vxori ait Archangelum Gabrielem de cælo ad ſe de- ſcendentem diuina quãdam arcanaque ſibi re- uelare: cuius conſpectum, quia ferre non poſſit, ſe oborta ex metu vertigine humi procumbere. Ea verba teſtimonio doſoſi Monachi confirma- bantur, qui mulieri dicebat, omnino Gabrielem ad omnes Prophetas mitti ſolere. Ex eo mulier abolito dedecore, ac potius Prophetæ coniugio glorians, fabulam iſtam inter ceteras mulieres ſpargit. Sic impurus ille apud ſuos populares, Prophetæ nomen conſecutus, & vxoris mortuæ hereditate locupletatus, Iſmaeliticæ gentis prin- ceptor, doctor, & legiſlator eſt habitus, cum alios verbis ſeduceret, alios Imperium detrectantes ſtricto gladio ſibi cedere coegiſſet. Iam enim ma- num non cõtemnendam fecerat. Is igitur ex Ae- thio progressus Imperatorẽ conuenit, & regio- nem ad habitandum petitam accepit. Cumque omnes populares ſuos ad hunc modum deceptos ſubegiſſet, Syriam direptionibus vexauit, & mul- tas Ramanorum prouincias euafitauit. Ex eo tẽ- pore gens Iſmaelitarum Romanorũ terrã incur- ſare, & prædari nunquã deſiuit. hætenus Zona- ras. cui conſentit Sæctus & Antoninus par. 4. ti. 11. c. 6. §. 1. & communiter omnes boni hiſtorici.

Vnde nullo pacto verum eſt quod ſcribit gloſ. in Clement. Cedit. de Jud. & Sara. in verbo: Macho- metum, dicens ipſum nutritum fuiſſe à quodam cle- rico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacy Pa- pæ Quarti quædam petita impetrare non potuiſſet, apoſtatauit a fide, & Machometum conueniens, eũ nutritiuit. Rurſus id etiam eſt fabuloſum, quod qui- dam tradunt, videlicet Machometum fuiſſe quendam Clericum Chriſtianum de Bononia ciuitate Italię oriundum, qui poſtea a fide catholica apoſtatauerit.

Tameſi autem perſidus hic Machometus hæ- reticus non fuerit, cum Chriſtianam religionem nun- quam ſuſceperit, nec fuerit baptizatus, merito ta- men aliquibus velut à Lutzeburgio & Prateolo inter hereticos numeratur: nam omne hæreſim ve- nenum quod diabolus in multos ſparſim hereticos olim diſſeminauit, in hunc impurum & beſtialem

A Machometum ſimul cõprehenſum videtur euomuiſ- ſe: cum omnium ſere hæreſiarcharũ errores in ſuo Alcorano proponat ſuæ ſectæ hominibus creden- dos, vt elegãter docet Frater Ricoldus ordinis Pre- dicatorum in libro, quem inſcripſit, Conſutatio le- gis Machometicæ.

Hic ergo Machometes nouam ſectam excogitat, in ea componenda, ut quidam tradunt, decem ſocios habuit ſeptem Arabes, Chriſtianos tres, qui a fide receſſerat, quorum princeps Sergius Monachus Ar- rianus fuiſſe memoratur, qui librum legum nomine ſuperbiſſimo Alcoranum appellatum, ideſt, lectio- nem inchoauit, & Ioannes Neſtorianus, quibus ſu- peruenit Iudæus Thalmudifia. Ac talia quidem fuerunt huius initia.

Machometis errores multi conſutauerunt, Beatus Thomas opusculo quodam 3. incipien. Beatus Pe- trus Apoſtolus com. 17. Ricoldus ordinis Predica- torum. Bernardus Perez Valentinus libro quodam cui titulum fecit Antialcoran: Pius Papa ſecundus epiſtola quadam ad Machometum Turcarum prin- cipem, Bartholomæus Vngarus. Ioannes Turrecre- mata tractatu quodam inſcripto, Contra principa- les errores perſidi Macometi & Turcorum, qui ma- nuſcriptus ſeruatur Romæ in bibliotheca Vaticana. Armacanus lib. 10. de erroribus Armenorum, Ne- colaus Cuſſa, & Ludouicus Viues Valentinus li. 4. de veritate fidei Chriſtiane, & alij, qui & dogma- te Sarracenorum referunt, & conſutant: ea ideo re- cenſet Eymericus, quoniã multarũ hæreſum & ma- lorum cauſa fuerunt, de qua late Pratecolus lib. 11. c. 3. de ſectis hæreticorum, & dixi copioſe in libris de penis hæreticorum.

C Iſti nec vetus totum teſtamentum, &c.) In Barcinonenſi impreſſo, & Sabellano, de erat illa di- ctiõ, totum, quam ſuppleuimus ex Bononiensẽ, & codice Cardinalis de Gambara. videbatur autem ne- ceſſaria: quoniã Sarraceni multa recipiunt ex ve- teri teſtamento, vt mundi creationem, prophetas, & id genus pleraque alia.

Sed de hac re vide diſtinctionem legis Hispanæ ſeptipartitæ, ti. 2. l. 1. par. 7. quam nunc gratia bre- uitat is non expendo.

QVÆSTIO XXII.

De Iudæorum erroribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi vnde dicti, & quos libros recipiant.
2 Quæ ſit eorum de Chriſto ſententia.
3 Inſtitiam ex lege veteri ſequi conſequi credunt.

E Igeſima ſecũda quæſtio eſt: Errores hæreſes Iudæorum, quæ ſunt?
1 Ad hanc a reſpondemus, quod Iudæi à Iuda filio Iacob, ſic dicti, quæ que libros Moysi, & libros Regum & Prophetarum de antiquo teſtamento recipiunt: Teſtamentum nouum reſpuunt: Baptiſmũ non ſed circuncifionem admittunt: Sacramenta Ec- cleſiæ, niſi matrimonium, contemnunt: Artic- ulos fidei, niſi creationis mundi, non credunt.

Qui confuta- rit Macho- metis errores

2 Dominum nostrum Iesum Christum esse, & fuisse purum hominem, ac prophetam deceptorem, & detestabilem blasphemantes, mendaciter, fallaciter, ac damnabiliter proferunt. Christum seu Messiam in lege promissum, qui iam venit, non agnoscetes, venturum pronuntians, desiderant, & affectant.

3 Per solam legem veterem se iustificari existimant, & saluari: cum tamen secundum veritatem irrefragabilem fidei orthodoxae, non sit aliud nomen sub caelo datum hominibus, nisi nomen Domini nostri Iesu Christi, in quo oporteat nos salvos fieri, teste Apostolo Petro.

COMMENT. XLVII.

Oportunius recenset Eymericus aliquot Iudeorum errores, quam aliorum, de quibus egit haecenus quoniam eorum infidelitas proximius accedit ad haeresim: cum Christianae fidei in figura suscepta omnino renitentur, ut ait Beatus Thomas 2. 2. q. 10. artic. 6.

Num. 1.

a Ad hanc respondemus, quod Iudaei à Iuda, &c.] Est autem Iudas Hebraice, Latine confessio: sed Iudei nominis proprietatem per scelus, cum filium Dei non agnoscerent, amiserunt, ut eleganter scribit Beatus Clemens lib. 2. c. 64. constitutionum Apostolicarum.

Num. 2.

b Dominum Nostrum Iesum Christum, prophetam deceptorem & detestabilem blasphemantes.] Quantum sit Iudeorum odium in Christum, & impietas in Christianos, docent passim veterum monumenta, ac in primis Nicephorus lib. 4. c. 6. historiae ecclesiasticae, & lib. 14. c. 16. & Beatus Clemens lib. 2. c. 64. constituit. Apostolicarum, & Zonaras tomo 3. amaliium in Imperio Heraclij.

Ab his multis haereses profluxisse testatur Origenes homilia quadam in Mattheum, & Nicephorus lib. 14. cap. 14. historiae ecclesiasticae narrat eos Alexandria pulsos à Cyrillo, ut liberaret haeresibus civitatem, & ab Hispaniis, patrum memoria, ob eandem causam à Ferdinando Quinto Rege Catholico eiectos scimus. De his in iure canonico titulus extat de Iudaeis, ubi multas etiam eorum impietates in Christianos licet contemplari, plurima quoque de Iudaeis & contra Iudaeos statuuntur lib. 12. legum Visigothorum (quas sanctus Isidorus recognovit) tit. 1. & 3. Item in legibus Hispaniae septipartitis, par. 7. tit. 24. per totum.

Qui confutrat Iudeorum errores.

Iudeorum errores multi recensent & confutant ex antiquis frequenter Hieronymus, Augustinus, & reliqui Patres, cum se offert occasio in exponendis sacris litteris, quas ipsorum Rabinis, ne de Christo qui iam venit loqui videantur, contorquent & depravant, & Isidorus Episcopus Hispalensis. Cyprianus duobus libris contra Iudaeos. Tertullianus item in libro adversus Iudaeos. Athanasius in libro de incarnatione verbi. Chrysostomus in orationibus adversus Iudaeos. Iustinus martyr Dialogo cum Triphone adversus Iudaeos. Paulus Burgensis in Scrutinio scripturam. Porchetus in libro inscripto, Victoria contra Iudaeos. Rabbi Samuel de aduetu Messiae. Julianus Pomerius adversus Iudaeos. Petrus

A Bles Archidiaconus Batboniensis contra Iudaeos. Guido Carmelita in summa de haeresibus ut. de haeresibus Iudeorum. Arnaldus Albertinus super Rubrica de haeret. lib. 6. q. 12. multos refert & refutat Iudeorum errores: item Jacobus de Valentia in quaestionibus contra Iudaeos, & Nicolaus de Lyra in quodlibetis, quaestione 5. ite edidit adversus Iudaeos. Petrus Brutus Episcopus Catharensis opere inscripto. Victoria contra Iudaeos, & copiose Petrus Galatinus in opere erudito contra Iudaeos. Ludovicus Vinus lib. 3. de veritate fidei Christianae. Sixtus lib. 2. tom. 1. littera T. bibliothecae sanctae, plurimos et refert Iudeorum errores ex libris Talmud exceptis, & copiose Finus Hadrianus in flagello contra Iudaeos. Denique multas Iudeorum & Rabinorum fraudes ac imposturas novissime detexit Leo Castus in disputatione de translatione sacrae scripturae praefata ad Esaiam commentarios, praesertim ca. 17. 19. 20. 22. & aliquot sequentibus, item Prateolus lib. 9. c. 31. de sectis haereticorum.

Insignem vero Iudeorum perfidiam sepe respiciunt testes Romani Pontifices, multis modis conati sunt eos ad viam veritatis reducere, proposita illis Evangelij veritate, ac sublatis libris, quorum lectione periculosiores fieret et deteriores, ut constat ex rescripto Innocentij III. incipiente, Impia Iudeorum, et alio Nicolai incipiente, Vincæ Soreth. Quae curavimus imprimenda in Bullario litterarum Apostolicarum.

Et eadem sollicitudine Gregorius XIII. singulis hebdomadis Romae die sabbati fidei Christianae veritatem Iudaeis hic commorantibus proponendam curavit, ne vllum salutis remedium, & beneficium salutaris genus eis deesse videatur.

Iudei autem delinquentes multis modis potestati Inquisitionum subiciuntur: quod quando contingat, dicam cum Eymérico infra hac 2. par. q. 46. de quo etiam extat domini Gregorij Papae XIII. extraneaganus, cuius initium est: Antiqua Iudeorum, impressa in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis.

Postremo cum de erroribus Iudeorum agitur, observandum hic est quod admonui supra in hac 2. parte super q. 5. de erroribus ab ipso Christo damnatis, videlicet inter Iudaeos varias olim viguisse sectas, ac peculiare quosdam errores, vnanquamque tenuisse sicut docet sanctus Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra haereses, haeresi. 14. 15. & aliquot sequentibus, & Beatus Clemens Papa 1. lib. 6. constitutionum Apostolicarum, c. 6. & Eusebius lib. 4. c. 27. historiae ecclesiasticae, & Isidorus lib. 8. Etymolog. c. 4. & Beatus Antonius in summa, parte 4. tit. 11. cap. 6. §. 1.

QUESTIO XXXII.

De libris haereticis, seu apocryphis, de quibus in Decretis.

Nigesima quinta quaestio est. Libri haereticales erronei, seu apocryphi, de quibus agitur in Decretis per Ecclesiam condemnati: qui sunt?

Ad

Ad hanc respondemus, quod tales libri enu- merantur in Decretis, ubi sic dicitur. In primis b Ariminenſium ſynodum, a Coſta- tio Caſare, Conſtantini filio, congregatam, me- diante Tauro præfecto, extunc & nunc, & vſque in æternum conſitemur eſſe damnatam. Itẽ Iri- næarium nomine Petri Apoſtoli, quod appella- tur ſancti Clementis libri octo, ꝛ apocryphum. Actus nomine Andrea Apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Petri Apoſtoli apocryphi. Actus nomine Thoma Apoſtoli, apocryphi. Euange- lium nomine Thaddæi, apocryphum. Euangelium nomine Thoma Apoſtoli, quo vtuntur Mani- chæi, apocryphum. Euangelium nomine Barna- bæ, apocryphum. Euangelium nomine Bartho- lomæi Apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomi- ne Andrea Apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Hycius, ꝛ apocrypha. Liber de in- fantia Saluatoris, apocryphus. Liber de Natiuitate Saluatoris, & de S. Maria, & de obſtetrice Sal- uatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apocryphus. Libri omnes quos fecit Lenticus ꝛ diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appella- tur Fundamentum, apocryphus. Liber, qui appella- tur Theſaurus, apocryphus. Liber, qui appella- tur De filiabus Adæ vel Geneſeos, apocryphus. Centumetrum de Chriſto, Virgilianis cõpagna- tum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Theclæ, & Pauli Apoſtoli, apocryphus. Li- ber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Proverbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & ſan- cti Xyſti nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli Apoſtoli, apocry- pha. Reuelatio, quæ appellatur Thoma Apoſto- li, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stepha- ni, apocrypha. Liber, qui appellatur Tranſitus ꝛ ſanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur Pænitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiẽ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone poſt dilu- uium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur Teſtamentum Iacob, ꝛ apocryphus. Liber, qui appellatur Pænitentia Origenis, apo- cryphus. Liber, qui appellatur Pænitentia ſancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur Pœ- nitentia Iamnis, & Mambre, apocryphus. Liber, qui appellatur Sortes Apoſtolorum, apocryphus. Liber, Luſanæ, ꝛ apocryphus. Liber Canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, beati Ambroſij nomine præſignatus, apocryphus. Historia Eufe- bij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani ꝛ ſiue Africani, apocrypha. Opuscula Poſthu- miani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Præſcellæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha. ꝛ Opuscula alterius Clemẽtis Alexandrini, apocrypha. ꝛ Opuscula Caiſiani, præſbyteri Galliarum, apocry- pha. Opuscula Viãtorini Pictauienſis, ꝛ apocry- pha. Opuscula Fauſti Reghienſis Galliarum, apo- crypha. Opuscula Frumentij, ꝛ apocrypha. ꝛ pi- ſtola Ieſu ad Agbarum regem, apocrypha. Paſ-

ſio Georgij apocrypha. Paſſio Cyrici, & Iulitte apocrypha. Scriptura, quæ appellatur contradi- ctio Salomonis, apocrypha. Pilacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi conſingunt, ſed demonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. Hæc & omnia his ſimilia, quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebiõ, Paulus etiã Samofatenus, Photinus, & Bonofus, & qui ſimi- li errore defecerunt, Mõtanus quoque cum ſuis obſcurniſſimis ſequacibus, Apollinatus, Valenti- nus, ſiue Manichæus, Fauſtus, ꝛ Sabellius, Ar- rarius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabba- tius, Cœleſtius, ꝛ Donatus, Eufſtathius, Iouinia- nus, Pelagius, Iulianus, & Lattentiſ, Cœleſtinius, Maximinus, Prifcianus ꝛ ab Hiſpania, Lampe- dius, Dioſcorus, Eutycheſ, Petrus, & alius Petrus è quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiã ma- culauit, Acacius Conſtantinopolitanus cum con- ſortibus ſuis, necnon & omnes hæreſes, ꝛ quas ip- ſi eorumque diſcipuli ſiue ſchiſmatici, docuerunt vel conſcripſerunt, quorum nomina minimẽ re- tinentur, non ſolum repudiata, verum etiã ab omni Romana, & Apoſtolica Eccleſia elimina- ta, atque cum ſuis auctoribus, auctorumque ſe- quacibus ſub anat hematis indiſſolubili vinculo in æternum conſitemur eſſe damnata.

COMMENT. XLVIII.

Quia non modo ex erroribus diuerſarum gen- tium, & ſectarum hæreſes oriuntur, quas præ cauere, ac extirpare oportet, verum etiã ex libris hæreticis, & falſa dogmata continentibus; ideo Eyme- ricus poſt diuerſarum gentium errores, de libris hæreticis, & apocryphis inſtituit diſputationem in multis ſequentibus quæſtionibus, ac primum ordi- tur ab illis qui damnantur in Decretis.

[Libri hæreticales, erronei, ſeu apocryphi.] Qui libri ad fidem ſtabiliendam, ſeu vt Eymericus loquitur plantandam, ſpectant, retulit ſupra par. 1. c. Sancta Romana, de quibus dixi ſupra eadem pri- ma parte: nunc eos refert, qui fidem violare poſſunt vel incertorum ſunt auctorum, vel leuem habent in Eccleſia auctoriã, idque ex decreto Gelafij pri- mi, edito Romæ anno Domini CCCXCIII. quod refert etiã Gratianus in c. Sancta. 15. diſt. 5. ceterum quæ ab hæreticis, & alijs decretorum compilato- res, vt Burchardus, lib. 3. decretorum, cap. 221. & Ino Carnotenſis, par. 4. c. 65.

Quo autẽ apertius hæc queſtio tota intelligatur, obſeruandum eſt, ſtria eſſe genera librorum ad reli- gionẽ ſpectantium, ſeu de rebus religionis tractantium Canonicos, qui ab Eccleſia recipiuntur ad adificatio- nem fidelium, ex quibus ſumitur efficax argumentum ad probandum easque fidei ſunt ſcripti Deo imme- diatẽ inſpirante, & manuum calamumque diuinorum ſcriptorum in ſingulis etiã minimis adtẽperante, de quibus Beatus Auguſt. lib. 11. c. 3. de Ciuitate Dei ait ita; Hic prius per prophetas, deinde per ſeipſum, poſtea per Apoſtolos quantum ſatis eſt iudicauit, locutus, etiã ſcripturam condidit, quæ Canonica nominatur eminentiſſimẽ au-

† Africanus Orig. † al. Callſtus † Iulianus Ce- laſienſis, Ce- leſtinius, & c. orig. † Orig. Præ- ſcillianus ab Hiſpania, Ne- ſtorius Con- ſtantinopoli- tanus, Maxi- mus, Vnicus Lampectius. † Hæretici, ſco- rumque diſci- puli, orig.

Quot ſint ge- nera librorum de religione tractantium.



toritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idonei sumus. *hac ille. Idem August. lib. 13. confessio. cap. 15. & epistola 7. ad Marcellinum. & epistola 19. ad Hieronymum, & lib. 1. de doctrina Christiana. 37. & lib. 2. de baptismo contra Donatistas, c. 3. Ioannes A Kius in Enchyridio c. 1. Driedon li. 1. c. 2. & lib. 4. c. 4. de dogmatibus ecclesiasticis. Alfonso Casirus li. 1. aduersus hereses. c. 2. Melchior Canus lib. 1. de locis theologicis, cap. 1. 6. 7. & 8. Couarruias lib. 4. cap. 14. varia. resolutio.*

Quor sunt autem libri canonici, quorum nonnullos impudenter heretici impugnant, ponit Concilium Tridentinum, sess. 4. in decreto, de canonicis scripturis.

Alij sunt, quos Theologi Agiographos in Ecclesia vocant: quos eadem Ecclesia approbavit, ut publice quidem ad edificationem fidelium moreque componendos legerentur, non tamen habent firmam fidem, & indubitatam auctoritatem, & hos numeros Gelasius in 2. parte sui Decretis, ibi, iam nunc, & Burchardus lib. 3. decretorum cap. 220. Innotensis par. 4. c. 64. Gratianus in dist. c. Sancta Romana. §. iam nunc. 15. dist. & de his videtur loqui Diuus Augustinus lib. 18. ca. 38. de ciuitate Dei, agitque plene Couarruias li. 4. c. 16. varia. resolut. & alij, & in hoc genere librorum reponuntur sanctorum Patrum scripta, ut Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, & ceterorum, tam Graecorum quam Latinorum, quorum insignis probitas & eruditio cum sanctitate coniuncta valde emicat in Ecclesia Dei, & quanta sit eorum auctoritas, ostendit copiose Melchior Canus li. 7. de locis theologicis.

Super sunt iam eadem Terij generis libri, de quibus hic Eymericus, quos Doctores vocant apocryphos, de quibus Driedon lib. 1. de dogmatibus ecclesiasticis c. 4. & lib. 4. c. 1. & Couarruias lib. 4. ca. 17. varia. resolutio. & Decretorum architecti locis ferme praecitatis.

Tametsi vero multis modis liber apocryphus dici possit, ut ait Turcremata in c. sancta Romana, 15. dist. quesi. 6. nu. 18. & 19. Primum quoniam eius incognitus sit auctor, quamuis nihil contrarium fidei contineat: rursus, vel quia extra canonem fertur: nam hunc vocat Hieronymus apocryphum in prologo in libros Regum: tamen quantum ad hanc quaestionem attinet, bisariam Eymericus hic ex Gelasio appellat libros apocryphos. Vno modo eos, qui ab hereticis sunt conscripti aduersus fidem catholicam, quos omnino damnat, vetans penitus ne legantur: & hos verius dixeris hereticos, ut optime admonet Couarruias praecitato loco: Alio modo dicit apocryphos eos, qui modicam leuissimamque habent auctoritatem, quos sancti Patres non approbaverunt nominatim, quamuis nec expresse reiecerint, nec Ecclesia permittit, ut publice in templis legerentur: habent enim multa falsa veris admixta, ut optime explicat Melchior Canus lib. 1. cap. 16. de locis theologicis, vers. prima lex. circa finem.

Ex his tamen multos constat fuisse lectos ab antiquis Patribus, ut colligitur ex Beato Hieronymo in epistola 7. ad Letanium ait: Cateat omnia apocrypha, & si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere vo-

Qui libri agiographi.

Qui libri & quae modis dicantur apocryphi.

luerit, sciat non eorum esse, quorum titulis pronotantur, multaque his admixta vitiosa: & grandis esse prudentiae aurum in luto quaerere. *hac ille. Et has duas postremas significationes intuetur Eymericus prudenter proponit quaestionem de libris haereticis, erroneis, seu apocryphis.*

In primis Ariminensem synodum, Erat tota hac quaestio in omnibus Directorijs prorsus deprauata, atque etiam in vulgatis Gratiani codicibus usque de sumpta fuerat. eam imprimi curauimus in hoc Decreto Gelasio, quod nunc legitur in 2. tom. conciliorum Colonienfis editionis, fol. 319. & Decretum Gratiani nuper Romae editum, anno MDLXXXII.

Si quis autem singulas, quae in hoc decreto de libris apocryphis continentur, nosse desiderat, legat Couarruiam lib. 4. ca. 17. varia. resolutio. vbi totam hanc quaestionem illustrat, quae persequi non est nostrae breuitatis, aut instituti.

Illud hic tandem monebo, huic Decreto Gelasio prohibitorum librorum, responderi nunc etiam in republica Christiana Indices, quibus damnatae doctrinae libri adnotantur, quos Romani Pontificis auctoritate viri docti Romae conficiunt, nullum fere librorum genus omitteutes, quorum dogmata non expendant.

Iam de materia librorum prohibitorum copiose diximus supra in hac 2. parte in principio super ca. Fraternitatis, de haeret.

V A E S T I O XXIII.

De libris damnatis in Decretalibus.



Igesimaquarta quaestio est: Libris reiectis, & erroneis, de quibus agitur in Decretalibus per Ecclesiam condemnatis, qui sunt?

Ad haec respondemus, quod alibi in Decretalibus, libri tales non apparent per Ecclesiam condemnati, nisi in maiori volumine extra de sum. Trinit. & fide catho. c. Damnatus, vbi sic dicitur:

Damnatus igitur, & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de vnitatem seu essentia trinitatis.

COMMENT. XLIX.

Ad hanc respondemus, quod alibi in Decretalibus, (&c.) Materiam huius quaestio nis sub alijs uerbis tractauit Eymericus supra, in hac 2. parte, quesi. 7. agens de erroribus damnatis in Decretalibus, de quo argumento vide sanctum Antoninum in summa. parte 4. tit. 11. ca. 7. §. 2. & Turcrematam in summa de Eccles. lib. 4. parte 2. cap. 35.

Iam in Decretalibus praeter hunc libellum sine tractatum Abbatis Ioachim, damnata quoque sunt capitula Caestui atque Pelagij haereticorum in ca. Fraternitatis, de haeret. de quo abunde diximus supra, in hac 2. parte, super dicto c. Fraternitatis.

QVAE-

De libris dānatis in Extrauagāibus.

Vigesima quinta quæstio est. Libri hæreticales seu erronei, de quibus agitur in Extrauagāibus per Ecclesiam condemnati; qui sunt?

Ad hanc a respondemus, quòd in extrauagāibus nullus liber apparet, vt talis condemnatus, nisi in extrauagāti domini Ioānis Papa XXII. que incipit, *Quia vir reprobus*, in qua libelli qui dantur, quos contra constitutiones prædictas, cum inter, & Quia quorundam: de proprio & communi considerat, & ad studia generalia miserat, ac in valuis Ecclesiarum, & alijs locis affigi fecerat frater Michael de Casena hæreticus prædictus, dudum Generalis Minister ordinis fratrum Minorum, tanquam hæreticales cum suo auctore hæretico condemnantur.

COMMENT. I.

AD hanc respondemus, quod in Extrauagāibus nullus liber apparet, &c.) De hac quoque tractatione copiose egit auctor supra sub alijs terminis q. 8. sanctus Anconinus in sum. p. 4. tit. x. c. 7. §. 5. & Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 2. cap. 37.

Hæc autem extrauagānis incipiens, Quia vir reprobus cuius hic meminit Emericus, nondum est impressa, nec peruenit adhuc ad manus nostras.

Quantum vero attinet ad hunc Michaelum de Casena hæreticum, plenissime de eo egimus cum Emerico supra in hac 2. parte, qua §. 15. vnde quæstio hæc lumen declarationis accipiet.

QVAESTIO XXVI.

De libris damnatis à diuersis Romanis Pontificibus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Libri Petri Ioannis damnati à Ioan. XXII.
- 2 Alexander III. damnauit lib. inscrip. Euangelium æternum.
- 3 Opuscula xx. Raymundi Lulli prohibita.
- 4 Litteræ Gregorij XI. de prohibitione dictorum librorum.

Vigesima sexta quæstio est. Libri hæreticales seu erronei, per diuersos summos Pontifices, de fratrum suorum consilio, post mortem illorum, qui libros huiusmodi ediderunt, damnati; qui sunt?

Ad hanc a respondemus, quòd dominus Ioannes Papa XXII. Aumione residens, informatus de peruersa doctrina fratris Petri Ioannis de ordine fratrum Minorum, cū magno consilio multorum in Theologia Magistrorum, & doctorum, condemnauit dicti fratris Petri Ioannis, de quo actum est supra, hos libros vt vere hæretica-

Ales, scilicet, postillam super Apocalypsim: postillam super Matthæum: postillam super Canonicas, propter errores contentos in eis, hæreses, que recitantur supra q. 9.

2 Ante prædictorum librorum condemnationem factam per prædictum dominum Ioanē XXII. dominus Alexander III. condemnauit librum appellatum, Euangelium æternum, propter hæreses & errores, quæ recitantur supra q. 9.

3 Post quem dominus Gregorius XI. condemnauit xx. volumina cuiusdam Raymundi Lulli, propter plures hæreses & errores, quæ recitantur supra q. 9. Libri autem condemnati & combusti per dominum Papam prædictum istu erant: Liber de philosophia amoris. liber de centum Dei nominibus. liber de contemplationum. liber de vii. arboribus, liber de Ecclesiasticis prouerbij. liber de confessione, contritione, satisfactione, & oratione. liber de orationibus. liber amari & amici. liber de benedicta tu. liber. de beata Maria. liber de articulis fidei. liber de doctrina puerili. liber de planctu Raymundi. liber de intentionibus. liber de arte amatiua. liber de tentatione. liber de oratione: & est alius à prædicto. liber de anima, liber sententiarum. liber apostolicum.

Prædicta autem viginti volumina sunt condemnata per Bullam domini Papæ Gregorij XI. tenoris sequentis.

4 Bulla Gregorij Papæ XI. qua condemnantur viginti volumina Raymundi Lulli, & cetera eiusdem opera interdicuntur.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarracon. eiusque suffraganeis: Salutem & Apostolicam benedictionem.

Conseruationi puritatis catholice fidei, quam multi nequæ filij scelerati suis falsis assertionibus maculare nitentes, inter triticum purum agri Dominici pestiferū semē zizanix seminant, cum ad nostrum præcipue spectet officium, vt euellamus praua, et detruamus peruersa, prouidere salubriter, & animarum illaqueationibus obuiare cōfestim plenis desiderijs affectantes, opportuna in his, quæ possumus, remedia, studio pastoralis sollicitudinis adhibemus. Dum siquidem dilectus filius Nicolaus Emerici ordinis fratrum Prædicatorum professor, in sacra theologia magister, in regnis Aragoniæ, Valentix & Maioricarum Inquisitor hæreticæ prauitatis, nobis exposuit, se in regnis eisdem inuenisse viginti volumina diuersorum librorū, in vulgari scriptorum, à quodā Raymūdo Lullo ciue Maioricarum editorum, in quibus (vt ipsi In-

quisitori videbatur) multi continebantur errores, & hæreses manifestæ: & quod non nulli de prædictis, & alijs regnis, libris vtebantur eisdem, & eorum doctrinæ dabant fidem non modicam in grande suarum periculum animarum: supplicauitque nobis Inquisitor ipse, ut (ne simplices deciperentur ex libris ipsis) dignaremur in hac parte de oportuno remedio prouidere: Nos autem cupientes animarum iam forsan imbutarum, & quæ imbuti possent ex peruerso dogmate dictorum librorum, periculis celestiter obuiare, dictos libros per venerabilem fratrem nostrum Petrum episcopum Hostiensem, & per quamplures etiam ultra vi genum numerum in eadem Theologia magistros, examinari fecimus diligenter, per quorum relationem tandem habuimus, quod ipsi dictos libros omnes cum multa diligentia legerant, & examinauerant. & quod ultra ducentos ¶ articulos erroneos & hæreticales inuenerant in eisdem; super quibus inter eosdem Episcopum & magistros, sæpius & damnum coram nobis habita disputatione solemniter, ipsos articulos (ad vitandum prolixitatis tædium, & horribilitatem eorum, haberi volumus præsentibus pro expressis) erroneos, & manifeste hæreticales de ipsorum Episcopi & magistrorum concordii consilio, censuimus reputandos. Cum autem, sicut Inquisitoris præfati continebatur assertio, in prædictis regnis alij libri, qui asseruntur editi à iam dicto Raymundo, reperiri dicantur, in quibus huiusmodi iam reperi, & alij errores & hæreses creduntur probabiliter contineri: Nos volentes de huiusmodi alijs libris & eorum doctrina informari plenarie, & super eis prouidere salubriter, ne fideles in errores huiusmodi damnabiliter prolabantur, fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus diebus Dominicis & festiuis, in singulis Ecclesijs vestris cathedralibus, ac curatis, necnon religiosorum quorumcunque ordinum, exemptorum & non exemptorum, etiam Cisterciensis, Carthusiensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti & Augustini, ac fratrum Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum eiusdem sancti Augustini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum vestrarum ciuitatum & diocesium, intra missarum solænia existentibus

† in codice Sabellano legitur: quadrigentos.

A populis ad diuina, & prædicationibus, per vos vel ¶ alios, quantum cito commodè poteritis, faciatis proponi, quod omnes & singule persone vtriusque sexus, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existant, earumdem vestrarum ciuitatum & diocesium seu comorantes in eis, habentes libros quoscunque a præfato Raymundo editos (ut præfertur) ipsos infra vnius mensis spatium vobis assignare: & illi qui sciunt alias personas libros eosdem habentes, eas vobis reuelare ac nominare procurent: vosque libros recipi faciatis eosdem, quos cum habueritis, quam cito commodè poteritis, curetis nobis fideliter destinare ut ipsos simili examini subicere valeamus. Cæterum quia doctrina, seu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinationem reperitur erronea, hæreticalis, & periculosa nimium animabus: uehemens suspicio est habenda, quod in alijs libris editis à dicto Raymundo similes vel alij (ut præfertur) contineantur errores, vobis mandamus, quod omnibus & singulis eisdem personis vestrarum ciuitatum & diocesium, doctrinam seu potius dogmatizationem, & usum huiusmodi librorum interdici studeatis, donec super his per sedem Apostolicam aliud fuerit ordinatum. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita, compescendo: Non obstantibus, si aliquibus communititer, vel diuifim à sede Apostolica sit inductum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari aut extra uel ultra certa loca, ad iudicium vocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet exemptionibus, & alijs priuilegijs & litteris Apostolicis, quibuscunque locis, personis, uel ordinibus, sub quacunque forma, uel expressione uerborum ab eadem sede concessis, de quibus eorumque totis tenoribus, etiam de uerbo ad uerbum in nostris litteris mentio sit habenda: & per quæ præceteris mandati nostri effectus ualeat quomodolibet impediri. Insuper uolumus quod per te frater Archiepiscopo, tenor presentium sub tuo, uel officialis tui sigillo, ad tuos fratres suffraganeos transmittatur, cui per uos adhiberi uolumus, uelut ipsis originalibus plenam fidem. Datum Aunione viij. Kalenda. Februarij, Pontificatus nostri anno VI.

C O M-

COMMENT. LI.

Vigesima sexta quaestio est: libri, &c. Ad hanc respondemus, &c.]

Hec quaestio in Barcinonensi impresso mutila videtur & imperfecta, sic cum ceteris exemplaribus confertur, ubi paulo fufius concipitur, ut mox subiungam: non tamen est visum ab impresso recedere. Ceterum haec aliorum codicum magna est auctoritas, eorum lectionem hic apponere placuit: Bononiensis ergo, Sabellanus, & codex Cardinalis de Gambara manuscripti ita habent.

Ad hanc respondemus, quod Papa Innocentius III. condemnauit libellum seu tractatum, quem ediderat Ioachim contra magistrum Petrum Lombardum, tanquam haereticalem: & hoc post mortem eiusdem Ioachim Abbatis, ut patet extra de sum. Trinit. & fide catho. ca. Damnamus. Postquam tempore Ioannis Papae XXII. frater Petrus Ioannis de ordine fratrum Minorum oriundus de Villa, quae dicitur Ceriacum, diocesis Biturris, in Theologia lector famosus, mortuus est, & sepultus in ecclesia fratrum Minorum ciuitatis Narbonen. quo mortuo quidam eum sanctum, quidam eum haeticum fratres eiusdem ordinis palam, & publice praedicabant, propter quod simplices decepti, quam plures de Catalonia, Carcalsona, Tholosae, & Prouincia ad eius tumulum confluxerunt: prudentes vero huiusmodi subsannabant, eumque & per istos & per illos haec fuissent exposita praedicto domino Ioanni XXII. Papae: isti petentes quod vi hereticus condemnaretur, illi vero quod prout sanctus, sanctorumque catalogo ascriberetur, ipse dominus Papa se plenius informauit, & tandem reperit, quod dictus frater Petrus Ioannis dum viueret, ediderat postillam super Apocalypsim haeresibus, & blasphemis conspersam intolerabilibus, & prauiam diligenti examinatione Magistrorum in Theologia, & Doctorum in iure, eandem tandem vt haereticalem de consilio fratrum suorum publice condemnauit: Ac etiam postillas super Mattheum, & super Canonicas per eundem editas in forma: Cuius postilla super Apocalypsim haereses, blasphemias, & errores habentur supra hac parte 2. quaest. 9. Quibus condemnatis, idem dominus Papa Ioannes fecit exhumari ossa dicti fratris Petri Ioannis & omnia tam cereas imagines: quae pannos per manus simplicitum ad eius tumulum deducta, Narbone fecit publice concremari. Aliqui tamen volunt dicere, quod licet ossa fuerint exhumata, non tamen cum praedictis concremata, sed a uisione deducta, de nocte in Rhodanum proiecta, pro eo quia repertum extitit, quod libros suos praedictos quia repotuerat correctioni sacrosanctae Romanae Ecclesiae.

Tempore quoque domini Gregorij Papae VI. praedictus frater Nicolaus Emerici praesetauit eidem domino Papae viginti libros a quodam Raymundo Lullo dudum defuncto, ciue Maioricarum editos, qui dominus Papa prauiam diligenti exami-

natione Magistrorum in Theologia viginti & ultra, eos de fratrum suorum consilio propter quae plures ibi repertas haereses & errores publice condemnauit, vt haec omnia & errores ipsi plene patent supra part. 2. q. 9.

Libri autem haereticales praedicti sunt isti: Liber qui intitulatur: De doctrina puerili, & incipit: *Deus vol quens cuytem.*

Libri qui intitulatur: De articulis fidei, & incipit.

Libri qui intitulatur: De arte generali, seu de septem arboribus, & incipit.

B Libri qui intitulatur: De centum Dei nominibus, & incipit.

Libri qui intitulatur: De ecclesiasticis prouerbis, & incipit.

Libri qui intitulatur: De sancta Maria, & incipit.

Libri qui intitulatur: De benedicta tu, & incipit.

Libri qui intitulatur: De planctu sanctae Mariae, & incipit.

Libri qui intitulatur: De arte amatiua, & incipit.

Libri qui intitulatur: De amato & amico, & incipit.

Libri qui intitulatur: De Euast & Blanquerna, & incipit.

Libri qui intitulatur: Liber Intentionum, & incipit.

Libri qui intitulatur: Liber Orationum, & est alius a praedicto, & incipit.

Libri qui intitulatur: De Philosophia amoris, & incipit.

Libri qui intitulatur: De anima, & incipit.

Libri qui intitulatur: Liber de oratione, & incipit.

Libri qui intitulatur: Liber contemplationum, alius a praedicto, & incipit.

Libri qui intitulatur: De contritione, confessione, satisfactione, tentatione & oratione, & incipit.

Libri qui intitulatur: quaestiones super quatuor libros sententiarum, & incipit.

Libri qui intitulatur: Planctus Raymundi Lulli & incipit.

Ita in tribus manuscriptis, ut dixi, quae breuius continentur in Barcinonensi, a quo non est visum recedere tamen uarietas obseruanda fuit.

E b Informatus de peruersa doctrina fratris Petri Ioannis,] *Qui fuerit hic Petrus Ioannis, & quo tempore vixerit, abunde diximus supra super quaestione 9. huius 2. partis: ea sunt ergo ad memoriam renouanda, vt hic locus apertius intelligatur.*

c Dominus Alexander IV. condemnauit librum appellatum, Euangelium aeternum.] *Idem docuit Emericus supra in hac 2. parte. q. 9. nu. 4. §. Aduertendum tamen: ubi etiam dixi, quae hunc locum illustrabunt.*

Prorsus obseruandum est, vt scribit sanctus Antonius

tonius in Summa, par. 4. tit. 11. ca. 7. §. 5. & Turre-
cremata in Summa de Ecclesiis, lib. 4. parte 2. c. 37.
Alexandrum III. per quendam extrauagantem in-
cipien. Quidam scriptura sacra. damnasse quendam
libellum Guilielmi de sancto amore, in scriptum. De
periculis nouissimorum temporum. quem ille edi-
derat contra Stationem religiosorum Mendicantium.
item alios quosdam libellos detractione & errorib.
plenis, editis a magistris quibusdam Parisiensibus
contra eosdem ordines Medicantes: quos damnauit
idem dominus Alexander III. per extrauag. inci-
p. Ex alto fuisse conspiciamus. & per aliam ex-
trauag. incip. Cum olim ac Beatus etiam Thomas

ut prae citato loco refert S. Antonius eos errores,
editis contra ipsos libros efficaciter confutauit. I
d. Conseruationi puritatis, &c. J Solus Barcino
nensis impressus habet hanc Gregorij bullam hoc lo-
co insertam, in Bononiensi autem & Sabellauno re-
peritur in fine secunda partis. est autem haec bulla
anni sexti, ut apparet ex Data.

Sed obseruandum hoc est, ante condemnationem
librorum Raymundi Lulli factam per hanc extrau-
agantem pontificatus domini Gregorij anno sexto
alia processisse velut praeparatoria ad condemnatio-
nem faciendam, ut apparet ex Regeſto domini Gre-
gorij XI. quod in Vaticana bibliotheca Roma serua-
tur. Nam in 2. volumine Regeſti anni II. fol. 13. i.
littera Gregorij Pape XI. extat ad Archiepiscopum
Tarracon. incipien. Nuper dilecto filio. quibus pra-
cipitur praedito Archiepiscopo, ut sibi faciat exhi-
beri libros Raymundi Lulli, in quibus quamplurimi
errores dicebantur contineri, ut eos comburat & co-
buri faciat, si praenota cognitione ita esse reperiat. Da-
ta autem fuerunt huiusmodi litterae apud pontem
Sorgie Auinionen. dieces. nonis Iunij, Pontificatus
Gregorij XI. anno II.

Item in 2. volumine Regeſti anni IIII. fo. 201.
referuntur aliae litterae eiusdem domini Gregorij in-
cipien. Ad audientiam. quibus praecipitur officiali-
bus Episcopi Barcinonen. ut diligenter transmittat
ad dominum Papam, librum quendam Raymundi
Lulli in perganenis, & in vulgari Catalonico scri-
ptum, in quo similiter plurimi errores scripti perbi-
bebantur. Data vero fuerunt haec litterae apud Villa
nonam Auinionen. dieces. tertio Calend. Octobris,
Pontificatus domini Gregorij XI. anno IIII.

QUESTIO XXVII.

De libris damnatis de mandato spe- ciali domini Papae.



Igesima septima quaestio est: Libri
haereticales, & erronei de mandato
speciali domini Papae, extra curiam
auctoritate Apostolica condemna-
ti, qui sunt:

Ad hanc respondemus, tempore domini Gre-
gorij Pape XI. dominus Petrus Archiepiscopus
Tarracon. & frater Nicolaus Emyerici de ordi-
ne Praedicatorum, Inquisitor Aragoniae, ut vere
haereticales & erroneos, quendam libellum de

damonū inuocatione, qui incipit: Misericordia
& veritas, & quendam alium, qui incipit: Vtrum
quilibet infidelis tam diuinis, quam Apostolicis
canonibus teneatur obedire, & quaedam alia opu-
scula, ut omnia haereticalia & erronea, edita per
quendam Raymundum Neophitum, sententia-
liter condemnarunt, propter haereses & errores
in eis contentos, qui recitantur supra §. q. 10.

COMMENT. III. 52

DE mandato speciali domini Papae conde-
nati, &c. Hic videtur indicari non potuisse
Episcopum & Inquisitorem condemnare hos libros
nisi mandatum habuissent speciale a sede Aposto-
lica, quod videtur dubium; cum eorum in hac re
in ceteris ad fidem spectantibus non mediocri sit
iurisdictio, ergo ut res haec, quae cognita est dignissi-
ma, et valde etiam necessaria radicitus intelligatur
breuiter mihi hoc loco est dicendum, quanta sit iudi-
cum ecclesiasticorum in hac re iurisdictio.

A primū quidem Episcopi & Inquisitores ad-
nare possunt & prohibere in suis diocesis libris
omnes, qui continent dogmata expresse condemnata
per Ecclesiam, tamen si ab auctoribus nominatim non
condemnatis compositi sunt, et ratio in promptu est:
quoniam quae semel damnata sunt, absque noua con-
demnatione prohiberi possunt, ne nouis semper dispu-
tationibus, quae salubriter sunt semel sancita, perui-
bentur, & in dubium reuocentur, ut dixit Gelasius
in epistola ad Episcopos Dardaniens, quem retuli su-
pra par. 1. super l. nemo clericus, c. de Summa Tri-
nit. vers. nam & iniuriam facit.

Rursus Episcopi et Inquisitores prohibere etiam
possunt in suis diocesis libros de haeresi suspectos
ob quamcumque haeresis suspicionem, tamen si sint a
catholicis auctoribus editi, cum enim possunt proce-
dere aduersus quosuis homines, saltem ad inquiren-
dum, etiam ob leues probabiles tamen haeresis suspicio-
nes, ut voluit auctor Repertorij verborum suspectus.
S. item nota, & Matthaeus Afflicus in consil. in-
consultilem, & Carverius tract. de haeret. nu. 136. et
alii, quos retuli infra in hac 2. parte super q. 56. pro-
fecto multo magis poterunt agere in libros suspectos
eosque prohibere, qui continent propositiones suspec-
tas: quia libri fortiores nervos habent ad nocendum
quam homines; cum qui eos legunt firmiter eis insistant,
quam qui homines loquentes audiunt. Item quia ut
ne haereticorum voces vix vnam civitatem replere
possunt, libri autem cum facile hinc & inde trans-
suehantur, non modo vnam civitatem, sed & regna
& provincias inficiunt. sunt enim velut perpetui qui-
dam fontes haeresum virus copiose emittentes.

Ad haec, Inquisitores & Episcopi absque manda-
to speciali summi Pontificis ex propria iurisdictio-
ne possunt prohibere libros non modo suspectas con-
tinentes propositiones, ut proxime dixi; verum etiam
scandalosas, periculosas, erroneas, haeresim sapien-
tes, a fide catholica quavis ratione discrepantes, &
Christiane pietatis ac bonis moribus non conformes:
quod cauit paulus Papa tertius rescripto quodam
incipiente. In Apostolici culminis, quod in fine
huius operis in bullario litterarum Apostolicarum
cura.

curamus imprimendum. Si enim Inquisitores inquirere possunt, & compescere, ac coercere eos, qui predictas propositiones ausi fuerint predicare, sanè multo magis prohibere poterunt libros ista continentes, qui non semel aut iterum, sed semper de die de nocteque predicant, & auribus lectorum iteratis vicibus talia dogmata inculcant.

Inter hos libros facile referri possunt multi ex illis, qui de Astrologia iudiciaria tractant, sicut de Chirromantia, & alijs diuinandi modis, in quibus multa passim sunt temeraria, incerta, a religione & Christiana pietate aliena, nimium astrictis tribuentia, & libero hominis arbitrio plurimum detrahentia: hi enim aut prorsus prohiberi, aut non nisi quam emendatissimi permitti debent in commercio hominum venire, quo nomine iam B. Clemens, lib. 2. c. 66. constitutionem Apostolicam canendos penitus a viris Christianis iubeat supersticiosos Græcos.

Huc etiam referri possunt multi ex poetis tam antiquis quam recentioribus, qui multa docent obsequia, & bonis moribus aduersa, quos propterea iam olim Maximus Plato in sua reipub. viuere non patiebatur: sunt enim tales iuuentutis corruptores, & cum parasitis, & lenonibus merito coercendis, quorum ars eò tandem euasit, ut nihil ferè scribant nisi quod ad lasciuiam, & turpem amorem pertineat. Hos ergo si iam editi sint, prohibere poterunt Episcopi, & Inquisitores in suis diocesis, quod si non sint editi, eos imprimi non permittant: quoniam talium librorum lectio multorum peccatorum causa esse solet.

Iam quod dixi de libris suspectis, aut erroneas propositiones continentibus, idem dictum uellem de libris habentibus ancipites, dubias, seu ambiguas propositiones, que duplicem sensum habere possunt: hereticum unum, alterum catholicum, de quibus Albertinus tract. de agnoscen. asser. q. 34. num. 50. hi enim tamdiu prohiberi poterunt ab Inquisitoribus, quamdiu non fuerint illæ ancipites propositiones declarate in sensu catholico, in quo etiam diligenter est animaduertendum in libris imprimendis, ne tales propositiones contineant.

Sed neque illos libros uel tractatus, aut imprimi, aut publicari, & uendi in suis diocesis, permittent, in quibus propositiones, disputationes, aut cõtrouersia continentur, & diffinuntur contra communem theologorum sententiam, aut receptum, & uisitatũ sententiã morem, in his præsertim rebus, que ad theologiam, fidem, mores, sacramenta, potestatem prælatorum, & ministrorum Ecclesiæ spectant: tamen si enim quedam sint dogmata, & propositiones, que summo iure, & sub iure defendi possunt, tunc tamen est ab his abstinere: nam inuare aut prodesse nõ possunt, obesse uero interdum plurimum solent. An nec permittendum quidem essent, ut similia liberè in scholis legerentur, et inuenibus proponeretur, quorum ingenia sæpe amplecti magis solent, que magis a communi uia recedunt.

Idem prorsus iudiciũ est de libris, & tractatibus, quorundam inuicilibus, & infrugiferis, aut qui de rebus leuibus, uel ridiculis tractant: hos enim me indices non deberent Episcopi permittere, ut in suis diocesis, imprimeretur, aut distaberentur, in his ta-

men omnibus prudentia, & iudicio opus est.

Deniq; ex quibuscunq; causis Inquisitores procedere possunt contra homines, quia nocere sua doctrina possunt, ex eisdem poterunt etiam in libros inquirere ex data sibi potestate, & iurisdictione animaduertendi in hæreticos.

Quod si in libris tales reperiantur propositiones, quibus nondum constet an fidei repugnent, nec nec tunc etiam si auctores publicare suos libros uellent prohiberi poterunt per Inquisitores, & libri suspendi donec superiores iudices decernant re cognita, quid factu opus sit, argumento c. Inquisitores, de hæret. lib. 6. Quibus a nobis assertis plurimum suffragatur id quod in indice librorum prohibitorum, in fine Reg. x. his uerbis exprimitur: Liberum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti uidentur prohibere, si hoc in suis regnis, aut prouincijs, uel diocesis expedire iudicauerint, hætenus ibi.

Edita per quendam Raymundum Neophytum. Hic Raymundus, sicut constat ex Regeſto domini Gregorij XI. loco quem mox adducemus, dicebatur Raymundus de Tarraga, qui cum prius esset Hæreticus, conuersus ad fidem Christi, factus est monachus ordinis Prædicatorum: ceterum ut res ipsa demonstrat, non mutauit mores, et si religionem mutauerit. Vixit autem hic Raymundus circa tempora Gregorij XI. ad an. Domini MCCCLXXII. extantque in unico volumine Regeſti anni primi Gregorij XI. fol. 225. litteræ Papæ Gregorij ad Archiepiscopum Tarracomensem, & Nicolau Eymericum Inquisitorem in Regno Aragonum, quibus precipitur, ut inquirant, & procedant contra Raymundum de Tarraga ordinis fratrum Prædicatorum, tenentis quosdam hereticos errores, & eum puniat. Rursus in secundo volumine Regeſti anni secundi, fol. 191. rescriptum quoque habetur eiusdem Domini Gregorij XI. incipiens. Iudum ad audientiam, per quod committitur Archiepiscopo Tarracomen. & Nicolao Eymericus inquisitori, ut omnes libros huius Raymundi sibi faciant exhiberi, atque comburi, iam hæc Raymundi opuscula, quæ & quales errores contineant, docet idem Eymericus supra in hac 2. par. q. 10. nu. 3.

Illud uero obseruandum est diligenter, quod auctor docet in hac quaestione, uidelicet, libellũ de Demonum inuocatione editum fuisse per hunc Raymundum Neophytum, in quo planè decepti mihi uidentur Bernardus Lutemburgus in catalogo hereticorum, lib. 3. uerbo, Raymundus Lull: et Prætorius, 16. c. 2. de uitis, & sectis hæreticorum, asserentes libellum de Demonum inuocatione editum fuisse a Raymundo Lull, & sanè suspicor hos auctores suis se allucinatos ex nominis similitudine.

Postremo, Raymundus hic de Tarraga dictus est Neophytus quasi noua planta seu germen. Diciturque illi Neophyti, qui non nascuntur ex originarijs Christianis, sed ad fidem catholicam conuertuntur, de quibus Beatus Gregorius, lib. 4. Regeſti, epistola 51. siue c. 95. & lib. 7. epist. 110. & Gratianus, in c. sicut Neophytus. 48. dist.

De libris damnatis ab Inquisitoribus
Aragonie.

S Y M M A R I U M.

- 1 Arnaldus de Villanoua libros in Theologia scripsit.
- 2 Libri eiusdem multi damnati, & qui.
- 3 Gondisfalui Virginalis liber condemnatus.
- 4 Liber de inuocationibus demonum publicè combustus.
- 5 Bartolomaei Janoues. De aduentu Antichristi libri damnati.



Igesimo octaua questio est: Libri hereticales, & erronei, per Inquisitores Cataloniae, & Aragonie, cum praelatis illarum partium condemnati; qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod tempore Domini Clementis Papae quinti, fuit in partibus Cataloniae quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua, qui de Theologia condidit multos libros, quos tanquam falsos, & erroneos auctoritate Apostolica, licet non de expresso mandato domini nostri Papae frater Ioannes de Longerio ordinis Praedicatorum Inquisitor in partibus antedictis, & Gaufridus de Crudillis Vicarius Ecclesiae Tarraconensis, sede vacante, sententialiter condemnarunt.

† Forte Cerylles.

Libri autem condemnati per eos, isti sunt.

- 1 Libellus, qui intitulatur: De humilitate, & patientia Iesu Christi, & incipit: Si P' amor natural.

Libellus, qui intitulatur: De fine mundi, & incipit: Entes per vestres letres.

Libellus, qui intitulatur: Informatio Beguinorum, seu lectio Narbonen. & incipit: Tots aquells.

† al. vef. charitatem.

Libellus, qui intitulatur: Ad priorissam, vel de charitate, & incipit: Beneyt ha, & loat Iesu Christ.

Libellus, qui intitulatur: Apologia, & incipit: Ad ea quae per vestras.

Libellus seu littera, quae incipit: Domino suo charissimos.

Libellus, qui intitulatur: Denunciatio facta coram domino Episcopo Gerunden. & incipit: Coram vobis.

Libellus, qui intitulatur: De elemosyna, & sacrificio, & incipit: Al catholich Inquisidor.

Liber qui incipit: Peræo com molts desigensaber.

Libellus, qui incipit: Alia informatio Beguinorum, & incipit: Als cultiuadors.

Libellus, qui incipit: Dauant vos senyer en la chme per la gratia de Deu Rey D' Arago.

Libellus, qui incipit: Quant fuy Aumio.

† al. senedi. Aum.

Libellus, qui intitulatur: Responso contra Bernardum & Richardi.

A Isti libelli fuerunt condemnati propter multos errores in eis repertos, qui recitantur supra, q. 1. 1.
3 Post tempore domini Innocentij Papae VI. fuit in partibus Cataloniae, videlicet Barchinone, quidam vocatus Nicolaus de Calabria, discipulus in erroribus eiusdem Gondisfalui: diecesis Conchenfis in Hispania. Hi duo, scilicet Gondisfalus: dictando, & Nicolaus scribendo; dæmone, dicto Gondisfaluo visibiliter apparente, & docente, condiderunt quendam librum errorum, & haesum, quem Virginalis & vocauerunt: hunc librum dictus frater Nicolaus EymERICI Inquisitor praedictus, & Vicarius Episcopi Barchinonensis, Arnaldus de Buschetis (dicto Nicolao primitus, ut relapso tradito brachio saeculari, combusto) sententialiter condemnarunt propter haereses, & errores in eo contentos, quae recitantur supra q. 1. 1.

4 Item tempore eiusdem Innocentij Papae VI. idem frater Nicolaus EymERICI Inquisitor, & Arnaldus de Buschetis condemnarunt publicè Barchinon. & comburi fecerunt quendam magnum & grossum librum demonum inuocationem in septem partes distinctum, qui intitulatur: liber Salomonis, in quo erant scripta sacrificia, orationes, oblationes, & nefaria quam plurima fieri demonibus consultata.

5 Item tempore domini Urbani Papae V. Episcopus Barchinon. frater Berengarius de Rill. & frater Nicolaus EymERICI, praedictos duos libellos de aduentu Antichristi, quos ad ediderat quidam Bartholomaeus Janoues de insula Minoricarum, in Sede & Barchinon. vt hereticales, & erroneos sententialiter condemnarunt, & publicè comburi fecerunt, propter haereses, & errores in eis contentos, quae recitantur sup. q. 1. 1.

COMMENT. LIII.

D a Quid tempore domini Clementis Papae V. fuit in partibus Cataloniae quidam magnus medicus, &c. Arnaldus de Villanoua. De hoc Arnaldo de Villanoua eadem quae hic recensetur, dixerat EymERICUS paulo ante q. 1. 1. huius partis, ubi dixi: illic autem errores huius Arnaldi retulit EymERICUS: hic vero libros eius, & opuscula recenset, in quibus illi errores continebantur. vide Bernardum Lutzeburgum in catalogo hereticorum, li. 2. verbo, Arnaldus de Villanoua, & Prato li. 1. de vitis, & scilicet hereticorum, c. 69.

b Post tempore domini Innocentij Papae VI. fuit, &c. quidam vocatus Nicolaus de Calabria. De hoc item Nicolao de Calabria, & Gondisfaluo eadem haec scribit EymERICUS supra in hac 2. parte q. 1. 1. nu. 9. Lutzeburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo, Nicolaus de Calabria.

Iam librum hunc haesibus plenum, quem asserit hic EymERICUS a Nicolao de Calabria, & Gondisfaluo fuisse compositum, verisimilius est Virginalis, quam Virgilianum fuisse ab eis nominatum: quoniam mos est veteris haeticorum libris a se editis, vel deprauatis optimos, & honorificos titulos facere, ut facilius decipiant incautos, sicut copiose ostendimus lib.

lib. 2. de causis, unde hæreses oriuntur.

Et comburi fecerunt quendam magnum, & grolum librum dæmonum inuocationum. Ex tunc superioribus sæculis in Hispania inter infideles Arabes, qui circa annos Domini DCCXIV. tranno Herculeo freato Hispaniam occuparunt, et Indos qui ibidem degebant, frequens superstitio de consulentis dæmonibus. est enim hæc gens magneperè huic illicito studio dedit, qui eam artem de inuocandis dæmonibus in scripta redigebant, et quasi hereditariam suis posteris relinquebant. multi autem ex his qui sacro baptisinate erant oluti, etiam eandem superstitutionem sequebantur, & ea scripta retinebant contra expressas canonum inssiones. ea vix aboleri poterunt, donec ab Hispania hæbrei pulsi sunt, et baptizati Sarraceni, & officium Inquisitionis diligenter exerceri cepit; sebant autem per huiusmodi nefarias inuocationes prorsus mira quedam, & panè incredibilia, vt sape a meis maiorib. auduisse me memini.

Qui vero hæc exercent, proculdubio subduntur Inquisitorum iurisdictioni: quia cum hæ inuocationes raro fiant sine sacrificio demoni exhibito, hæresim sapit manifestè, iuxta tex. cū gl. in verbo, saperet. in ca. accusatus. s. sanè de hæreticis. lib. 6. docetque eleganter Eymericus quæstione proxime sequenti, item amplius. q. 43. huius 2. partis.

Quos ediderat quidam Bartholomæus Iano uel. De hoc item Bartholomæo fanouesio una cū Eymericogimus supra in hac 2. p. q. 11. adde Præzolum, lib. 2. c. 11. de vitis, & sectis hæreticorum, & Bernardum Lutemburgum in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo, Bartholomæus Iano uesius.

Q V Æ S T I O XXIX.

De libris in Italia & Gallia damnatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Dulcini epistola dua condemnata cum ipso auctore.
- 2 Libri diuinationum, Necromantie, Chiromantie, & c. reprobat.

Vgesimanona quæstio est: Libri hæreticales, & erronei, per Inquisitores in Italia, & Francia, & alijs mundi partibus condemnati; qui sunt?

Ad hæc respondemus, quòd temporibus dominorum Honorij Papæ IV. & Nicolai IV. Episcopus Parmensis, & frater Manfredus ordinis prædicatorum Inquisitor in illis partibus Italiae duas epistolas cuiusdam Dulcini Nouariensis ut hæreticales (ipso Dulcino, vt hæretico concremato) sententialiter condemnarunt, propter hæreses, & errores in illis contentos, quæ recitantur supra, q. 12.

Item in partib. Galicanis, videlicet Parisiis Episcopi Parisien. & Senonen. ac Inquisitor de ordine prædicatorum, & de magno cõsilio magi

Astorum in Theologia, & in decretis doctorum vt error. eos, & sacrilegos, & blasphemos sententialiter b. condemnarunt omnes libros diuinationum, & sortium, scilicet Libros necromantie. Libros Geomantie, Libros Pyromantie. Libros Hydromantie. Libros Chiromantie. Libros decem annulorum Veneris. Libros tot Greci, & Germaniæ, & Babylonensis. Libros quatuor speculorum, eorundem. Libros imaginum Thobia Bantriat, & Libros imaginum Ptolemai. Libros Hæmetis magi ad Aristotelem, quem librum, dicunt, Aros, idest, Gabrielem habuisse a Deo, in quo sunt horribiles inuocationes, & fumigationes detestabiles. In omnibus enim istis libris sunt pacta, & fœdera cum dæmonibus, & inuocationes, & sacrificia, tacitè vel expressè, quæ exhibere dæmonibus sapit hæresim manifestè vt dicitur inf. q. 43.

† al. fortifiorum.
† al. Gerism.
† al. Bécricat.
† al. dixit.

COMMENT. LIIII.

D Vas epistolas cuiusdam Dulcini Nouariensis De Dulcino copiosè diximus cū Eymericogimus supra, q. 12. huius 2. partis.

Sententialiter condemnauerunt omnes libros diuinationum, & sortium. Facta videtur hæc condemnatio, vt constat ex serie huius quæstionis circa annos Domini MCCXC. Rursus anno Domini MCCCXCXIII. Parisiis Theologorum schola inuicta in vniuersa ferè Gallia superstitutiones, & demonum inuocationes, & sortilegia non sine magna fidelium pernicie abundare, decretum edidit. quo dånantur XXVIII. articuli partim hæreticales, partim erronei, partim vero blasphemii, quos hic breuiteratis gratia omitto: leguntur tamen in calce sententiarum Petri Lombardi, & eos refero infra, q. 43. huius 2. partis.

Diuinationes autem omni iure prohibitas esse copiosè docuimus in libris de penis hæreticorum. leges diuinae eas magnopere detestantur, Leuit. ca. 19. & 20. & Deuteronom. c. 18. Item iura canonica detestantur, & puniunt acerbè. Concilium Aucyrann, c. 23. Concilium Laodicenum canone 36. sancti Patres vno ore damnant, quorum de hac re dicta recitat Gratianus, 26. q. 5. per totum. & suo Carnoten sis, p. 11. & Burchardus, lib. decimo decretorum, et summi Pontifices multis locis, in primis uero in Decretalibus, tit. de sortilegijs, ac de his vitandis insignis extat locus apud Beatum Clementem, lib. 2. c. 66. constit. Apostolicarum. in hæc verba; Fugite quoque incantationes, ariolationes, vaticinia, lustrationes, aruspicina, auguria, necromantiam, inuocationes, quoniam scriptum est: Non erit augurium in Jacob, neque vaticinium in Israel, & & rursus, Augurium peccatum est, & alibi Nō augurabimini, & ariolationes, & pythones non sequemini: lustratores non acquiritis. ideo monet Ieremias dicens: Secundum vias gentium ne ambulaueritis, & a signis celi ne timueritis, hætenus Clemens.

Diuinationes omni iure prohibita.
Num. 23.
Deut. 18.
Ierem. 10.

Item diuinationum libros olim comburendos decreuerunt pij Imperatores, vt constat ex l. Mathematicus

Diuinationis libri comburendi.

maticos, & de episco. audiencia. ijdem prorsus libri de repulsis sunt in ind. librorum prohibitorij Pij IV. in hęc verba: Libri omnes, & scripta Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pyromantia, Onomantia, Chiromantia, Oecromantia, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicę, prorsus rejiciuntur. hęc ibi.

c Scilicet libros Necromantia, libros Geomantia, &c. Varro scripsit diuinationum quatuor esse genera per terram vnde Geromantia, per aquam vnde Hydromantia, per aerem vnde Aeromantia, per ignem vnde Pyromantia, ca. igitur. 26. q. 3. sed multas alias excogitauerunt Magi demonum artes, ab omnibus fere rebus petitas. in primis vero a corpore humano, & singulis eius partibus; ex quibus quę per mortuorum cedauerunt quasi excitata & ad vitam reuocata contingit, Necromantia dicitur. c. nec mirum. 26. q. 5. quę per lineas manuum chiromantia, ceteras longum esset recensere, quę licet huius essent loci, non tamen sunt instituta nostra breuitatis, eas copiose sumus persecuti in libris de penis hereticorum, vbi tam vetera quam noua diuina genera recensuimus, ostendentes quantum singula distent a vero, & qualem hęresis suspicionem contra hanc, qui illis vruntur.

d Quę exhibere demonibus sapit hęresim manifeste. Et propterea earum tunc punitio & cognitio ad inquisitores spectabit. c. accusatus. §. sane. de heret. lib. 6. Quo modo autem cognoscendum sit, quando diuinationes & sortilegia sapiant manifestam hęresim, et qualis sortilegiorum pena, dixi infra super q. 42. huius partis. vide interim Zanchinũ tract. de heret. c. 22.

QVAESTIO XXX.

Devi nominis, Hęreticus.



Rigesima quęstio est: Hęreticus ex vi nominis, quis dicendus est?

Ad hanc respondemus, quodd sicut ab eremo dicitur eremita, sic ab hęresi dicitur hęreticus, seu hęreijca. Hęresis autem, vt dictum est supra q. 1. tripliciter etymologizatur. Et primo ab eligo eligis secundum Isidorũ & Papam; & inde dicitur hęreticus quasi electiuus. Secundo ab adhereo; adhe res; secundũ Hug. & inde dicitur hęreticus quasi adheſiuus. Tertio ab ereſcor, ris, secundũ Isidorum, quodd idem est, quodd diuidis; & inde dicitur hęreticus quasi diuisiuus. Ex his patet, quodd hęreticus ex vi nominis, dicitur quasi electiuus, quasi adheſiuus, & quasi diuisiuus: Nã doctrinam falsam & peruersam primo eligit; post illi electę pertinaciter adhaeret; per quę ab alijs sanę sapientibus diuiditur & elongatur.

COMMENT. LX.

a Ad hęc respondemus, quod sicut ab eremo dicitur eremita. De Etymologia huius nominis, hęreticus, eadem fere omnino habuit dispo

Atationem Emericus supra in hac 2. p. qua sl. 1. quo loco nos quid sentiendum videretur plene diximus. Huiusmodi autem Etymologia quamuis hęresis, et hominis hęretici naturam explicant, vera tamen non sunt. Sed videnda omnino quę in prædicta q. 1. scripsimus.

QVAESTIO XXXI.

Quot modis in iure quis dicatur hęreticus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Hęreticus in iure dicitur omnis excommunicatus.
- 2 Item quilibet Simoniacus.
- 3 Ad hęc quisquis contra Romanam Ecclesiam agit.
- 4 Et qui errat in expositione sacrae scripturae.
- 5 Noue sectę auctior vel sectator.
- 6 Male sentiens de sacramentis Ecclesię.
- 7 Errans circa articulos fidei.
- 8 Postremo, qui dubius est in fide.

Rigesima prima quęstio est: Hęreticus in iure quis, & quot modis, & extenso nomine dicendus est?

Ad hanc respondemus, quod hęreticus extenso nomine, octo modis sumitur.

- 1 Nam primo dicitur hęreticus, quilibet excommunicatus. 4. q. 1. Quod autem.
 - 2 Secundo dicitur hęreticus, quilibet simoniacus. 1. q. 1. Quisquis.
 - 3 Tertio dicitur hęreticus, qui aduersus Romanam Ecclesiam agit, & eius dignitatem a Domino traditam auferre conatur, dist. 22. Omnes.
 - 4 Quarto dicitur hęreticus, quicumque errat in expositione sacrae scripturae. 24. quaest. 1. Hęreticus.
 - 5 Quinto dicitur hęreticus, quicumque confingit nouam sectam, vel confictam sequitur. 24. q. 1. Hęreticus.
 - 6 Sexto dicitur hęreticus, quicumque male sentit de Ecclesię sacramentis, de hęre. Ad abolendam.
 - 7 Septimo dicitur hęreticus, quicumque aliter sentit de articulis fidei, quam Romana Ecclesia. 24. q. 1. Hęc est fides.
 - 8 Octauo dicitur hęreticus, quicumque est in fide dubius, de hęret. c. Dubius.
- His concordat Hostien. Io. And. in nouella, Bernardus supra, c. Firmissime, extra de hęret. & alij notatores. †.

COMMENT. LXI.

a Ad hanc respondemus, quod hęreticus extenso nomine, octo modis dicitur. Explicata vi et natura nominis, hęreticus, quot modis hęreticus quis dicatur, ostendit Emericus: octo autem modos refert quibus aliquis hęreticus dici possit extenso tamen nomine, id est, in lata significatione: at Turrecremata in summa de Ecclesię, lib. 4. p. 2. cap. 12. duodecim modos enumerat. eorundem recēset Tabienſis

hinc in summa verbo hereticus, nu. 1. et Conradus
 Brunus lib. 1. de heret. ca. 2. malos ite refert: Pau-
 lus Grillandus tract. de heret. q. 2. et Gondissalvus
 tract. de heret. q. 1. et Zanchinus de heret. capi. 2.
 ubi numerat decem modos. Plurimos affert Carra-
 rius tract. de heret. num. 6. et multis sequentibus
 inter hos tamen modos multi sunt in propriis, quam-
 nis horum labor non prorsus videatur vanus: et in-
 vilis non tamen est valde necessarius, cum omnis he-
 reticus ad octo illa capita reduci possit, quae posu-
 mus supra in hac 2. parte super q. 2. Canonice vero
 communitur enumerantur hos modos quibus, qui potest
 dici hereticus, in ca. firmissime extra de heret. ubi
 glo. in verbis hereticum plurimos item affert Re-
 portorium inquisitorum verbo hereticus.

QUESTIO XXXII.

Qui proprie & vere dicatur hereticus.

S. M. M. A. R. I. K. M.

1. Hereticum proprie duo constituunt, et qua-
2. Duo requiruntur, ut quis sit catholicus.
3. Quae sint illa, in quibus errare cum pertinacia facit hereticum.
4. Indirecte ad fidem pertinent, contenta in sacra scriptura.
5. Et quae ab Ecclesia definita sunt, ut fide cre- dendum.
6. Tria in genere credenda ab omni Christiano.
7. Pertinacia in voluntate per se, et rationem heret-
8. Pertinacia errantis in fide duobus modis, cogno-
9. Hereticus quis proprie dicitur.

Regulam secundam quaestio est. Hare-
 ticus proprie dicitur, & in rei verit-
 tate, ac secundum theologiam, at-
 que iura, quis dicitur est, & cen-
 sendus non potest esse hereticus.

1. Ad hanc respondemus, quod duo sunt qua-
 faciant taliter hereticum proprie & comple-
 tae. Primum se tenet ex parte intellectus, & illu-
 lud est in iudicium, & dispoitionum: hoc est, ut
 eorum, quae sunt fidei, sit error in mente, sive in
 intellectu. Secundum se tenet ex parte volunta-
 tis seu affectus: & istud est perfectum & comple-
 tum: hoc est, ut de illo errore credendo sit
 pertinacia in voluntate: ubi enim haec duo con-
 curunt, hereticum perfecte faciunt.
 2. Sicut enim ad esse catholicum duo requirun-
 tur, scilicet eorum quae fidei sunt credentia in me-
 te, & in credendo firma adhesio in voluntate: &
 si vnum horum deest, catholicus non est: ita per
 oppositum, ad hoc quod aliquis sit hereticus, duo
 oportet inesse, scilicet, quod eorum quae sunt fidei
 habeat errorem in mente, & quod de tali errore
 credendo, habeat pertinaciam in voluntate: & si

1. vnum earum deest, hereticus proprie & per-
 te quis non foret. His concordat sanctus Thom-
 in 4. Sententiarum, & alij theologi & iuristas.

3. Quae autem loquendo de primo, sint illa, quae
 fidei sunt, & a quolibet catholico, explicite vel
 implicite credenda sunt, & quorum error in me-
 te cum pertinacia in voluntate facit hereticum
 (ut praedicitur) declarant doctores theologi &
 praesertim sanctus Thom. 1. parte summe, q. 32.
 artic. 4. & 2. q. 1. artic. 2. dicentes, quod sunt
 duo in genere, sed tria in specie. Nam ad fidem
 quaedam pertinent directe, quaedam indirecte:
 directe quidem, ut articuli fidei, qui sunt Chri-
 stianae religionis fundamenta, & in sacra theologia
 prima principia; & haec a quolibet catholico, tan-
 quam vera & catholica sunt supponenda, ac etiam
 explicite vel implicite credenda, attentis catholi-
 corum status, officio, & conditione, ut dictum est
 supra in parte 1. q. 4. & 12.

4. Indirecte vero ad fidem pertinet tanquam cre-
 enda omnia illa, ad quorum abnegationem, &
 corruptionem, sequitur abnegatio, & corruptio
 fidei articulorum, & sunt duos. Primum est om-
 nia ea, quae sunt in sacra scriptura, quorum libri
 canonici appellantur, hoc est, quae in Biblia con-
 tinentur, quae a spiritu sancto credimus firmiter
 revelata. De quibus libris dicit Augustinus in
 epistola ad Hieronymum, & recitatur 9. dist. 1.

Ego solis eis scriptorum libris, qui canonici
 appellantur, didici hunc honorem defer-

re, ut nullum auctorem eorum errasse ali-
 quid firmiter credam; illos autem ita se-
 go, ut quantalibet sanctitate polleant, non
 ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt.
 Ad abnegationem, seu corruptionem, aut in toto
 vel in parte istorum sacrorum librorum, sequitur
 corruptio articulorum, cum in dictis libris articu-
 li continentur. Nam si quis non crederet omni-
 bus contentis in dictis libris, consequenter in di-
 recte posset idem sentire de articulis. Nam si spi-
 ritus sanctus non revelavit, aut si revelavit non
 verum dixit in vna parte, consequenter nec in alia.

5. Secundum quod ad fidem pertinet indirecte,
 est, omnia quae sunt per Dei Ecclesiam determi-
 nata ut fide tenenda, sive in quattuor concilijs
 sive in constitutionibus post factis ut fide tenen-
 dis: quae quidem declarantur ad fidem pertinere,
 quia in dictis libris canonicis videtur contineri.
 6. Ex quibus patet, quod tria sunt fidei mente
 credenda, scilicet articuli fidei, sacra scriptura, &
 hoc est libri canonici in Biblia contenti: & ea
 quae sunt per Ecclesiam determinata ut fide tamen
 tenenda, ut dicit Augustinus in secundo libro de
 baptismo: Et per consequens praedictorum op-
 positum pertinaciter affirmans, hereticus est ha-
 bendus: Et in probationem huius, haeretes recol-
 lecte, & haeretici nominati sunt. 24. quest. 3. cap.
 quidam heretici. Nam quidam eorum suis he-
 resibus contradicunt fidei articulis: quidam sa-
 cris scripturis, videlicet libris praedictis canoni-
 cis: quidam sacris canonibus, & declarationibus
 per Ecclesiam factis ut fide tenendis: quare

cap. Ego so.

super 300

con-

r. quo
 inus.
 si, set
 amon
 a q. i.
 ur
 icatus
 estiam
 eticus
 tenio
 tenfo
 exco.
 nonia
 Roma
 Domi
 nes.
 rrat in
 Hare-
 on fin-
 24. q.
 e fenn
 ledam.
 e aliter.
 celestia.
 e est in
 uella,
 heret.
 icus ex
 Expli-
 odus he
 fo ante
 possit ex
 jone: ut
 2. cap.
 sei Ta-
 ensis

concluditur quo ad primum, quod habere alicuius istorum trium errorem in mente, facit hereticam initiatiue & dispositiue.

7. Loquendo uero de secundo, quæ scilicet est illa pertinacia in voluntate, quæ habentem errorem illorum, quæ sunt fidei, in mente, facit hereticum perfectiue, & completiue, declaratur ex verbis Beati Thomæ: ubi prius, quod aliquis habetur citur habere pertinaciã in voluntate duobus modis, siue in duobus casibus.

8. Primus est, quando a iudice fidei quis vocatus utpote à domino nostro Papa, vel eius inquisitore, ab eo delegato, seu ab ipso Episcopo ordinario, informatur ab eodem iudice, & clare ad oculum sibi ostenditur, quod illud, quod tenet, est contra articulum fidei vel prædictam scripturã, vel determinationem Ecclesiæ ut de fide factam & nihilominus perseverat in suo errore, tunc patet clare habere pertinaciã in voluntate. Secundus casus est, & magis pertinaciæ ostensivus, quando quis post deprehensionem sui erroris, ad mandatum iudicis fidei antedicti non vult ab eo errore resilire, illum abiurando, & satisfactionem congruam exhibendo. Iste casus patet clare extra de heret. cap. ad abolendam. §. presenti. Quæ concluditur quoad secundum, quod habere pertinaciã in voluntate illorum quæ sunt fidei quorum habet errorem in mente, facit hereticum completiue.

9. Ex quibus liquet clare, quod proprie hereticus est ille, qui habet eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & pertinaciã in voluntate: quod clare ostenditur, quando post deprehensionem erroris ea renuit abiurare.

COMMENT. LVII.

Postquã superiori quæstione docuit quot modis possit quis vocari hereticus, inter quos, ut monui, nonnulli sunt improprij, nunc exactissima diligentia demonstrat, quis vere & proprie hereticus dicatur repetens fontes & initia unde heresis error oriatur.

Quot requiratur, ut quis dicatur hereticus.

Ad hanc respondemus, quod duo sunt quæ faciunt aliquem hereticum. Sed huic dicto uidentur aduersari communitis Theologorum & Canonistarum sententiæ, qui ad minus tria postulãnt, ut quis vere & proprie hereticus dicatur; primum ut fidem catholicam sit professus, id est, ut sit baptizatus; alterum, error in intellectu eorũ quæ fidei sunt; tertium, pertinaciã in voluntate. Alfonso Castrius lib. 1. c. 7. de iustia heret. punitio. Tabienfis in sum. verbo, hereticus. nu. 1. vers. unde ad hoc quod proprie, & copiosius ibidem. §. 2. nu. 26. vers. vige simo quinto notandum, quod heresis. Smanicas de eã thol. insti. tit. 3. nu. 4. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 2. num. 2. ubi quinque dicit exigis quæ ad hæc tria reduci possunt. Covarruias lib. 3. ca. 1. nu. 2. varia. resolut. vers. hinc sanè deducitur. Conradus Brunus li. 1. c. 2. de heret. Anonimus in sum. par. 2. tit. 12. cap. 5. §. 1. Ioannes Roias tract. de heret.

par. 1. nu. 40. cum sequent. Melchior Canus lib. 2. cap. 8. de locis theologis, & alij quos libens omittos, quæ non inepte inferri possunt ex Beato Thoma 2. 2. q. 11. artic. 2. ex cuius sententia optime colligitur hoc loco Eymericus, in iurium heresis proficisci ex errore intellectus seu mentis: complementum vero esse de pertinaciã, quia quis obdurato animo repugnat veritati catholice obedire.

Ceterum quamuis primum illud requisitum ad constituendum hominem hereticum omiserit Eymericus, non est reprehendendus, quia id supponit verum manifestum: exploratissimũ enim est apud eruditos, neminem posse esse vere & proprie hereticum, nisi sit prius per baptismum Christianam religionem professus.

Nam ad fidem quãdam pertinent directe, quãdam indirecte. Idem tradidit Eymericus p. 1. q. 7. & q. 12. hic vero occasione nouæ disputationis repetiuit. Hæc paucis mutatis, sententia tamen prorsus eadem seruata, transtulit hinc in sum. mam Tabienfis, verbo, hereticus. §. 2. nu. 26.

Hoc est quæ in Biblia continentur. Biblia plurali numero per excellentiam dicuntur libri sacri seu canonici, quorum auctores est Deus, de quibus dixi supra hæc parte super q. 23.

De quibus libris dicit Augustinus in epistola ad Hieronymum. Habetur hæc epistola in 2. tomo operum diuini Augustini, & sic epistola non. 19. et quoniam sæpe meminit Eymericus huius loci, quem truncatum sæpe citat ex Gratiano c. ego solus dist. in 9. placuit ex ipsius Augustini fonte megrum referre. habet autem ita: Ego enim facere charitati tuæ, solis eis scripturarũ libras, quoniam Canonice appellantur, didici hinc timorem honoremque deferres, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam: ac si aliquid in eis offerendo litteras quod videatur contrariũ veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretum non adhibendum esse quod dictũ est, vel me minime intellectum non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque præ polleant, non ideo verũ putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuaderi poterunt. hæc ille.

Quia in dictis libris canonicis videntur contineri. Ita emendari contra omnes nam in Bononiensi & Sabellano, Canonibus legebatur, in codice Cardinalis de Gabarra Canones, sed perperam quibus nulla constabat sententia. sensus autem totius loci est: Quæ sunt per Ecclesiam definita ut de fide tenenda, ad fidem pertinentis, quia in dictis libris canonicis videntur contineri. nam licet expresse non contineantur in ipsiis libris sacris, tamen Ecclesia definiendo aliquid, auctoritate librorum sacrorum nitetur, quorum auctoritas, ut dixi super quaest. 23. huius partis, necessarium præbet argumentum ad definiendum, eas quæ fidei sunt.

Et per consequens prædictorum oppositum pertinaciter affirmans hereticus non habedus. Idem dixit supra q. 2. Nihilominus tamen multis alijs modis aliquis dici potest vere & proprie hereticus.

dit errorem catholicæ fidei inimicum damnabilior. A
est eo qui errat, nec hæreticus solū, sed etiam here-
siarcha dicendus est, cap. qui aliorum. 24. q. 3.

Zabarella in dicto c. super quibusdam. de verb. si-
gnif. hos duos modos pro vno, & eodē accipere vi-
detur, dū notat paria p̄stiteri, vel defendere errorē.

Quarto, is quoq; inter manifestos hæreticos nu-
meratus est, qui coram p̄latis, seu iudicibus fidei,
Episcopis videlicet, aut Inquisitoribus iudicialit̄
conuictus est de hæretica prauitate. Conuictim aut̄
accipere debemus eum, de cuius hæresi constat per
legitimam probationem, quæ facit rem manifestā,
cap. cum olim. de verb. signif.

Quinto, manifestus hæreticus et̄a dicitur, qui co-
ram fidei iudicibus hæresim iudicialit̄ confitetur,
ex qua confessione fit manifestum, & notorium tā-
lem confidentem habuisse errorem in mente cū adhe-
sione voluntatis. manifestum enim etiam est, quod
constat in iudicio per confessionem, vt in dicto cap.
cum olim. de verb. signif.

Sexto, & postremo dicitur aliquis manifestus,
seu notorius hæreticus, qui per eosdem iudices Ec-
clesiasticos condemnatus est de hæretica prauita-
tate: sententia enim iudicis notorium facit, cap. ve-
stra. & cap. vltim. de cohabit. cleric. & mulier.
cap. vlt. de temp. ordin. l. emptorem. ff. de action.
empt. & vend. & notat glos. in dicto cap. cum
olim. de verborum signification. in verbo, c. on-
fessionem.

Atque ex his innotescit, qui sint hæretici mani-
festi. cuius rei notitia multas utilitates parere pot̄,
in quibus illa vna est non spernenda, vt cum caue-
re qui sunt hæretici manifesti.

hæretici expugnētur, intelligatur quid nomine ma-
nifestorum hæreticorum sit accipiendum.
b Hæretici vero secreti per oppositum. &c.]
De hæreticis secretis alibi dicitur copiosius, quo-
rum tractatio non potest breuiter absolui, vt perse-
cte intelligatur.

Q V A E S T I O XXXIIII.

De Hæreticis affirmatiuis, & negatiuis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Hæretici affirmatiui, qui censeantur.
- 2 Et qui negatiui.
- 3 Hæretici negatiui, vt impunitentes condem-
nandi sunt.

TRicesimaquarta quæstio est: Hæretici
negatiui, & affirmatiui, qui dicendi
sunt?

2 Ad hanc a respondemus, quod hære-
tici affirmatiui dicti sunt, qui habent eorū, quæ
sunt fidei, errorem in mente: & verbo, b vel fa-
cto ostendunt, se modis prædictis habere perti-
nanciam in voluntate.

1 Negatiui vero hæretici dicti sunt, qui corā
iudice fidei per testes legitimos de aliqua hæresi

vel errore, quos nolunt, vel non possunt repelle-
re, vt siue iuste cōuicti sunt: sed non confessi,
immo in negatiua constanter p̄peruerant, vt
bo fidem catholicam profitentur, & detestantur
etiam verbo hæreticam prauitatem.

3 Hi enim a quadiu in huiusmodi negatione
perstunt, licet alias conuersationem bonā præ-
tendat, hæret. absque dubio sunt censendi: Eui-
denter namq; impunitentes est, qui peccatum, de
quo conuincitur, distinet. Et hæc est sententia
Hostiens. in summa, titulo de hæret. §. qua-
liter deprehendatur quis in hæresi. vbi dicitur sic

B Aduerte tamen sane intelligendo, quia quo-
catus, aut cōfiteretur errorem suum, aut ne-
gar, si confitetur, & infra. Si autem negaue-
rit, et conuictus fuerit: condemnari debet
per ecclesiasticum iudicem, ad quem illud
pertinet; vt dicitur eod. tit. Ad abolendā,
respon. 1. et §. 1. et notauit infra eod. tit. §.
qualiter deuiteretur, & hoc præsentibus po-
testatibus sæcularibus, vel eorum balliuis,
vt animaduersione debita puniatur. ut eo.
C tit. Excommunicamus itaque. responso. 1.]

COMMENT. LIX.

a **A**D hanc respondemus, quod hæretici a fide
amatiui dicti sunt, &c. Idem per omnia an-
Et or Repert. Inquisit. verbo, hæreticus. §. hæreti-
cus affirmatiuus. & Campeg. apud Zachinū tract.
de hæret. c. 12. & Umbertus Locatus in opere iudi-
ciali verbo heret. nu. 24. vers. horum etiam heret.
& alij. Est autem optima descriptio hæretici affir-
matiui, & in his iudicandis Inquisitores, aut nullo-
lam, aut per exiguam habent difficultatem, cum eo-
rum delicta statim se sensibus insinuant.

b Et verbo, vel facto ostendunt se modis præ-
dictis habere pertinaciam in voluntate. Multi
sunt notanda hæc verba: & verbo, vel facto, quib.
non obscure videtur indicare Eymericus affirmati-
uos hæreticos dici posse, non modo ex verbis, verū
etiam ex factis, quasi facta interiorum animi cre-
dulitatem, et intentionem præferant. l. 1. §. dicitur
Adrianus. ff. ad leg. Cornelianam. de sicar.

Gravissima aut̄ est, & valde anceps hæc quæstio:
An is puniendus, ut heret. qui facta hæreticalia cō-
mittit, quæ tractat Albertinus tract. de agnos. as-
sert. q. 2. nu. 17. & q. 3. nu. 53. & q. 36. nu. 18.
& latissime Joan. Roias tract. de heret. par. 1. nu.
276. & multis sequentibus.

E Ac primum quidem plurimum refert intellige-
re, an quis sponte, vel coacte facta hæreticalia com-
miserit. Si per coactionem, & metum fecit, quid sit
sentendum copiose docui supra part. 1. Super q. 9.
quod non est hic iterum inutiliter repetendum.

Si vero sponte q̄s facta hæret. committat, vt intelli-
gatur, quando in eū velut in hæret. sit procedendum, facta
distingueda sūt. Quædā n. sūt facta ex quib. uolē-
te oriuntur suspensiones, ut cū q̄s de hæresi infamatus
aut suspectus tēpore mortis petit cōsolationē ab hæ-
reticis iuxta consuetudinē eorū, & similia de quib.
diximus supra part. 2. tit. de signis, quibus diuer-
sarium

faciam sectarum heretici cognosci possint. atque hæc si quis committat presumptione iuris, & de iure. cōtra quam non admittitur regulariter probatio censeatur hereticus, & habere præsumitur pertinaciam in voluntate, de quibus potest vere hic locus accipi.

His factis proxima sunt illa, in quibus error exprimitur manifeste, quæ nullo modo possunt in bonâ parte accipi, ut demones adorare, idolis genua strere, reverentiam hereticis suo more exhibere, communionem ab eis iuxta ritum suum accipere, se more iudæorum circumcidere, Machometo diuinum cultum præstare, & similia.

Alia denique sunt facta, in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis: ut hereticos visitare, alimoniam eis præstare, comitari, defendere eorum personas, & similia.

Si de secundis factis sit sermo, vera mihi videtur sententia eorum, qui dicunt, contra eos, qui talia committunt sponte, posse procedi velut contra hereticos, quâvis de intentione eorū formaliter non constaret: quoniam interpretationes, siue iuris præsumptione intentionis infidelitatis in illis actibus concurrunt. Ita Albertus, & vere præcitat locis: nam cum factum suapte natura damnatum, & malum, præsumitur mala intentione factum. l. si non conuicti. C. de iniurijs. ca. 1. de presumption. optime Panormitanus in cap. cum te. num. 29. de iud. & in cap. ad hæc. 1. nu. 2. de appellatio. facit textus in leg. nam ludus. et leg. item Mela. ff. ad leg. Aquiliam, atque de his factis credere etiam posse hæc EymERICI locū intelligi dum dicit, hereticos affirmari nos ex factis posse depræbendi: nam hæc quoque facta pro manifestâ probatione habentur, cum ex eis oriuntur iuris præsumptiones: legum autem præsumptiones vera, & propria probationes dicuntur. l. si. in fine. ff. de probat. 7. §. in leg. 1. num. 9. C. de testament. milit. & in leg. licet Imperator. num. 8. ff. de legat. 1. Et Archidiaconus in c. quicumque. de heret. lib. 6. vers. credentes. optime ait ea iudicia, siue facta, que ad bonum retorqueri non possunt, nec ad aliud, nisi ad illud, quod expresse indicant, probationibus habenda esse: & ideo perspicue vocantur insidiosa. leg. dolus. C. de dolo.

Ac de his proculdubio factis est etiam accipienda sententia eorum, qui autumant, eum velut negatiuū tradendum esse curia seculari, qui factū hereticale confitetur, prauam autem intentionem negat: de quo articulo nihil nunc statuo: est enim perdifficilis, nec nostrâ breuitatis, de quo latissime Ioan. Roias tractat. de her. par. 1. num. 276. & multis seq.

Iam hoc est diligentissime obseruandū, quod quâvis ex his factis si et tione iuris præsumatur heresis, vel apostasia, nihilominus tamen cum ea præsumptio sola sit præsumptio iuris, aduersus eam probatio in contrarium admitti poterit, iuxta doctrinam Bartolæ, Iasonis, & aliorum in leg. licet. ff. de leg. 1. & dixi plene infra in hac 2. par. super quæst. 5. nam qui demones adorauit, aut ob amorem, aut ob cupiditatem habendi thesauros, se fecisse dicere poterit: & qui ceteros ritus infidelitatis patrauit, ob commoditæporalia id fecisse dicere poterit absque ullo mentis errore: quâvis, ut verum fatear, difficulter hæc possunt persuaderi, nec iudices debent huiusmodi excu-

A rationes admittere nisi cū exquisitissima consideratione: quis enim facile credat a volente, & non cōtento hæc absque errore mentis fuisse perpetrata?

Sed videamus quō recipi debeant, qui facta hæc hereticalia, & apostatica committunt. & omissa nunc longas ac nimis exquisita disceptatione, in his recipiendis, ac reconciliandis vsu sacri, & supremi tribunalis hæc praxis recepta summo iudicio esse videtur: si committentes talia facta sponte compareant, et dicant se non credidisse ita faciendum esse, sed fidem in corde retinuisse, tunc abiurant, ut vehementer suspecti, & alie penitentia salutare ipsi imponuntur. Quod si dicant, & fecisse, & ita faciendum credidisse, abiurât tunc, ut formaliter heretici, vel apostata, & grauius puniuntur, maxime si sponte, aut nullo indulto metu, aut leni metu incusso hereticalia, vel apostatica facta commiserunt.

Quod si non compareat sponte, & confitetur facta hereticalia, vel apostatica, prauam autem intentionem negant: tunc super intentione torquentur, ut intelligatur, an reuera ita crediderint necne: & si post torturam legitime adhibitam in negatiua persistunt, dicentes se non habuisse prauam intentionem, tunc similiter abiurant, ut vehementer suspecti. & verisimile fit eos non habuisse prauam intentionem qui per grauem metum talia commiserunt. Si vero intentionem prauam, seu mentis errorem confitentur: tunc tanquam formales heretici, vel apostata abiurare compelluntur, si reuerti velint ad Ecclesiam Catholicam vnitatem: & graues item penitentia illis imponuntur.

Ceterum, ut grauius, vel mitius puniantur, consideranda est qualitas metus illius, & persona delinquentis, an iuuenis, vel iur. an doctus, vel imperitus: an laicus, vel cler. seu religiosus, & similes circumstantie, quæ delicta solent minueres, vel aggravare. Sane illi, qui cum non sponte venerint confessi fuerint prauam intentionem, & mentis errorem, si reuerti uoluerint, postquam heresim, vel apostasiam abiurauerint, de iure ad perpetuum carcerem sunt damnandi. cap. excommunicamus. el. 2. §. Si qui autem, extra de heret.

Iam si de illis factis sit sermo, in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis, quâvis ex illis suspicio heresis oriatur, tamen nec heresis, nec hereseos credentia inde nascitur, & ob id in eos, qui talia facta committunt, non poterit procedi tanquam contra hereticos, aut hereticorum credentes, sed solum tanquam contra suspectos; cum ea facta interdum patrentur ex affectione carnali, interdum precib. amicorum, interdum vero pecunia interueniente, ut optime docuit Guido Fulcodius, in consultationibus ad Inquisitores q. 9. quem per omnia sequitur EymERICI par. 2. q. 50. num. 4. ubi scripsimus cumulate.

Et ex hac accurata factorum distinctione, que à paucis fortassis tam dilucide tradita est, potest facile intelligi qualis heresis suspicio à delinquentibus, & committentibus hæc, vel illa facta contrahatur, præsertim cum sponte ea committunt, ut dixi.

Negatiuè vero hereticis, &c. De negatiuis hereticis agunt illi, quos initio huius commentarij citauimus. item Repertorium Inquisitorum verbo, negatiua, & Simancas de cath. iust. tit. 48. num. 25. in-

Committentes facta hereticalia, seu apostatica, qualiter reconciliantur.

Vide Ioan. Roias tract. de heret. p. 1. num. 208. & seq.

super omnes illi, quos longa serie retuli apud Eymericum 3. par. super 12. modum processum fidei terminandi. num. 207.

Negatiui haec retici difficulter cognoscitur. In his autem cognoscendis, & iudicandis grauis est difficultas: nam cum hi negent, contra vero testes dictas, vel facta eorum contra eos affirmant; non facile potest iudicium exerceri: qua tamen ratione horum causa tractari debeant, ne quid iniustum, aut incautum committatur; prudentissime, & plenissime more suo docet Eymericus 3. par. in 12. modo processum fidei terminandi, num. 207. & sequentibus, ubi dicemus copiose.

Hic enim quamdiu in huiusmodi negatione persistunt, &c. idem repetiuit Eyme. 3. par. in 12. modo processum fidei terminandi, ubi nos plenissime ostendimus hanc sententiam, & veram esse, & communi voto receptam, quam praeter cetera probant euidenter concilium Biterrense c. 9. & concilium Narbonense c. 26. neque huiusmodi negatiui excusabantur per praestationem. quo minus tradi debeant curiae seculari, ut praecipit loco ostendimus.

Sed in hac quaest. illa est praecipua difficultas dimittenda, qua a paucis e nostris in hac causa tractata uideo: An illi negatiui dici possint, qui de dictis vel factis hereticalibus, & vetustis tamen, & diu commissis conuincuntur, aut potius in his obliuio sit praesumenda: nam si obliuio praesumatur, non censentur negatiui, cum proprie ea dicantur negare, quae recordantur, & propterea non tradentur curiae seculari. Quae ratio haec frequens est, & valde utilis, & maximi in primis momenti, cum de vita hominis agatur, totaque pendet ab illa altera difficultate, qua tempore praesumatur induci obliuio.

In his ergo breuiter more nostro certiora tradentes, primum statuendum est, in arduis, & horrendis factis non esse praesumendam obliuionem: nam ut Pliuius affirmat, in rebus arduis non legitur, aut alteratur memoria. Aymo consil. 134. num. 31. Masuerus apud Iasonem in leg. seruum. C. de seruis fugit. quia expresse cautum inuenio instruct. quadam Hispal. anno MCCCCLXXIV. cap. 13. ibi: En actos graues y señalados, en los quales no se presume oluido. id est, in factis grauibus, & insignibus, in quibus non praesumitur obliuio. quamobrem si quis Lutherianorum more templa sacra diruisset, aut deleuisset imagines Sanctorum, aut hereticas propositiones ex proposito predicasset, aut scripisset, tamen si longum tempus post haec facinora transiisset, non excusaretur dicens se oblitum esse, quominus uelut negatiuus heret. esset tractandus: nam in factis huiusmodi proprijs non est facile credenda obliuio, quamuis alias etiam spatio aliquot annorum in facto proprio inducitur praesumatur. l. si arbit. ff. de probat. leg. 3. §. duo aut. ff. de Carbo. edicto. leg. peregre. ff. de acq. possess. Grammat. decis. 60. incipien. in causa excellentis num. 7. & seq. atque hoc ipsum puto statuendum in factis, aut dictis solitis, & consuetis, licet ardua non sint: nam nec in his praesumenda est obliuio. Idem sentias de factis semper comitantibus delinquentem, ut si quis libenter passus sit se circumcidi, & de hoc conuincatur, non poterit opponere obliuionis exceptionem.

In ceteris uero causis, quae insignes, & arduae non

sunt, quantum tempus exigatur ad hoc, ut obliuio inducitur praesumatur, non satis conuenit inter Doctores. Nam multi in l. si de eo. ff. de acq. possess. & in l. furtiu. ff. de iur. & in l. licet. ubi Bal. et Ang. C. de acq. possess. & Bar. in l. ex consensu. §. eum qui de appell. per decennium induci obliuio autumat. Innoc. in c. 2. de restit. in integ. & Bal. in l. seruum fugitiuum. C. de seruis fugitiuis. non requiri decennium ad inducendam obliuionem putant, nullum tamen tempus taxant. Sed Accu. in d. l. furtiu. uerbo, uel longo. et Innoc. in c. querelam. de elect. & Saly. in d. l. seruum fugitiuum. C. de seruis fugit. & Bal. in l. 2. C. de seruis. & aqua. & Cynus in l. 1. C. ubi causa stat. & cetera asserunt, hoc arbitrio iudicatum esse relinquendum. & hanc opinionem uocat magis eodem Iason in d. l. seruum fugitiuum. C. de seruis fugit. num. 46. quem sequitur Ioannes Rojas tract. de her. par. 1. nu. 90. & seq. quia quando tempus non est a iure praesumendum iudicantis arbitrio relinquunt, inspectis personarum, & causarum circumstantijs. l. 1. ff. de iur. deliberat. Tiraquellus in l. si unquam. uerbo, omnia uel partem aliquam, num. 51. & sequent. C. de reuocam. donatio.

Ego ab hac eorum sententia non recedo, nihilominus tamen hoc monendum diligentissime, & perspicuum existimo, quoniam res grauis est, & de uita hominis agitur, ut Inquisitores cuncta rimentur, pendantque negotij, seu delicti qualitatem: in primis uero delinquentis ingenium, & naturam. sunt enim multi suapte natura obliuiosi, & stupidi, sunt alij memorosi, & factorum, ac dictorum tenaces, unde in illis minori tempore praesumatur obliuio; ne propterea iudicabuntur negatiui, in his uero difficilins memoria lapsus creditur, ideoque si negent hereses, de quibus conuincuntur, non facile se turbentur obliuionem allegando.

Ex his possumus colligere quid sit respondendum ad perdifficilem illam questionem: An sit negatiuus censendus, ac uelut diminutus confitens, & periturus damnandus, qui uel omnes hereses, de quibus conuincitur, uel omne delicti tempus, uel omnes complicates non reuelat: nam si haec recentia sint, in quibus non facile praesumatur obliuio, tamquam diminutus confitens, & impenitens damnari poterit: secus autem erit agendum, quoties quaedam in his erant paulo antiquiora, & uetustiora, quae facile a memoria recepsisse credantur: uel si aliqua causa subsistat, ut grauis infirmitas laeso capitis, negotia plura, uel alia, ex quibus praesumi possit obliuio, ut facilius ter, & uere ostendit Thomas Grammaticus in praedicta decis. 60. num. 7. uerisimile enim est, eum quaedam hereses fatetur, & cas grauios, & quosdam complicates reuelat praesertim si coniunctos, & amicissimos, cetera etiam fuisse dicturum si recordaretur. ita sentire uidetur Simancas de catho. in d. l. tit. 48. num. 28. & Ioannes Rojas tract. de heret. par. assertio. 2. quorum sententias, et equissimas, & omnino tenenda mihi uidetur.

Contra uero his uelut diminutus confitens, et negatiuus tradendus esset curiae seculari, qui non fatetur omnes errores hereticos, de quibus esset conuictus per testes omni exceptione maiores, si uel adeo recentes, aut graues essent, quorum uerisimilitudine

An qui de azionis dictis, uel factis hereticalibus conuincuntur, sint negatiui.

similiter non possit credi oblitus: nam falsa pœnitentia est: cum de omnibus peccatis non agitur, nec licet dimidiam sperare veniam. ca. quem pœnitent. de pœnit. dist. 1. cap. omnis. extra de pœnit. & remis. Simacas in Enchyridio, tit. 61. num. 4. Ioan. Roias tract. de heret. par. 2. assertio 21. cetera hinc spe Etantia facile nunc omitto, alibi fortassis commo- dius traditurus.

QVÆSTIO XXXV.

De causis, ex quibus in genere aliqui dicantur heretici.

SUMMARIVM.

- 1 Tria in genere credenda sunt, & quæ.
- 2 Hereses in triplici sunt genere.
- 3 Heretici, vel sentiunt contraria articulis fidei.
- 4 Vel contra sacram scripturam.
- 5 Vel contra definitionem Ecclesiæ de fide.

TRigesima quinta quæstio est: Heretici, ex quibus, & quot casus in genere sic dicendi sunt

1 Ad hanc respondemus, quod ut dictum est supra in prima par. quæst. 12. & in hac secunda, quæst. 22. Credenda sunt in genere tria, scilicet articuli fidei, libri canonici, & constitutiones, seu canones ab Ecclesia decreti, ut si de tenendi.

2 Et per oppositum hereses sunt in triplici genere, scilicet quia vel obuiant fidei articulis: vel libris canonici: vel constitutionibus per Ecclesiam factis, ut de fide tenendis.

3 Et consequenter heretici sunt, quicunque sunt in genere, s. vel quia defendunt errorem, qui est directe contra articulos fidei: ut defendentes Spiritu sanctum non procedere ab utroque, videlicet Patre, & Filio: quod est contra illud, quod dicitur in Symbolo Patrum, ubi dicitur: Qui ex Patre, Filioque procedit.

4 Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra scripturam sacram, seu libros canonicos: ut defendentes mundum non incepisse, sed ab æterno fuisse: quod est contra illud, quod dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus caelum, & terram.

5 Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra constit. per Ecclesiam factas, ut de fide: ut defendentes vsuram non esse peccatum: quod est contra ca. Ex graui in Clem. de vsuris, seu quod Christus cum Apostolis nihil habuit in proprio vel communi, quod est contra extrauag. Domini Ioan. xxij. Cum inter, quæ capitula sunt decreta, ut fide tenenda, ut patet ibidem.

COMMENT. LX.

Heretici ex quib. & quot causis, &c. Materiam huius quæst. copiose tractauimus supra in hac 2. parte, super q. 2. ubi tradidimus plu-

Ares generales regulas, ad agnoscendum ex quot capitulis, seu causis possit aliqua propositio dici heretica, siue homo heret. de quo item argumento agit luculentius Turcremata in Summa de Eccles. li. 4. par. 2. c. 9. et multis seq. Melchior Canus lib. 12. c. 7. de locis Theologicis. & Arnaldus Albertinus tract. de agnoscen. asser. q. 5. & alij. quare ne alij agere videamur, satis sit hec admonuisse lectorem.

QVÆSTIO XXXVI.

De hereticis damnatis in toto iure Canonico.

SUMMARIVM.

- 1 Heretici damnati, de quibus in Decretis.
- 2 Heretici, de quibus in Decretalibus fit mentio.
- 3 Hereticus damnatus in extrauag. Quia vixit.

Rigesima sexta quæst. est: Heretici, per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in iure Canonico: qui sunt?

C Ad hanc respondemus, quod quidam heretici apparent condemnati ex Decretis: quidam ex Decretalibus: quidam ex Extrauagantibus.

De Hereticis condemnatis in Decretis.

Ex decretis, dist. 15. & 24. q. 3. c. Quidam autem heretici, habentur isti. Simon magus, a quo Simoniani: Basilides, a quo Basilidiani. Nicolaus Diaconus, a quo Nicolaitæ. Gnostici. Carpocrat. a quo Carpocratiani. Cerinthus, a quo Cerinthiani. Nazarei. Ophitæ. Valentinus, a quo Valentiniani. Appelles, a quo Appellitæ. Archotiaci. Adamiani. Cainani. Sethiani. Melchisedechiani. Angelici. Apostolici. Cerdon quidam, a quo Cerdoniani. Marcion Stoicus, a quo Marcionistæ. Artotyritæ. Aquarij. Seuerus, a quo Seueriani. Tatianus, a quo Tatiani. Alogij. Cataphrygi. Cathari. Paul. Samosatensis, a quo Pauliani. Hermogenes, a quo Hermogeniani. Manes, a quo Manichæi. Antropomorphytæ. Hieracha, a quo Hierachitæ. Nouatianus Romæ urbis presbyt. a quo Nouatiani. Motani. Hebiō, a quo Hebionitæ. Photinus Syrmij Episc. a quo Photiniani. Aereus, a quo Aeriani. Aetius, a quo Aetiani: Iq; Eunomiani ab Eunomio dialectico Aetij discipulo. Origenes, a quo Origeniani. Noctus, a quo Noctiani. Sabellius, a quo Sabelliani. Arrius Alexandrinus presb. a quo Arriani. Macedonius Episc. a quo Macedoniani. Apollinaris, a quo Apollinaristæ. Antidicomarita. Metangilmonita. Patritius, a quo Patritiani. Colluthus, a quo Colluthiani. Florin. a quo Floriani, seu Floriniani. Donatus, a quo Donatistæ. Bonosus Episc. a quo Bonosiani, seu Bonosiaci. Circumcelliones. Pisci-

lianus, a quo Priscillianista, Lucifer Sardinia episcopus, a quo Luciferiani, Iovinianus Monachus, a quo Iovinianista, Heluidius, a quo Heluidiani, Paternus, a quo Paterniani, Arabici, quia de Arabia, Terullian, Africanus presb. a quo Terullianista, Tessaresca decatur, Nyctages, Pelagius monachus, a quo Pelagiani, Nestorius Constantinopolit. Episc. a quo Nestoriani, Sabbatius, Caelestius, Eustathius, Iulianus Celanensis, Caelestinus, Maximinus, Maximus, Vnicus, Lampecius, Eutyches, Petrus, Abacius, Eutyches Constantinopolitanus Abbas, a quo Eutychiani, Acephali, Theodosius Alexandria episcopus, a quo Theodosiani, Gaianus Alexandria episcopus, a quo Gaianista, Agnoita, Trichivite.

Heretici in Decretalibus condénati.

2 Ex Decretalibus vero extra de haeret. c. Excommunicamus. 2. habentur isti: Cathari, Patreni, pauperes de Lugduno, Passagini, Tolapini, Arnaldista, Speronista.

De Haereticis per Extravagantes condemnati.

3 Extravagantibus autem nullus habetur ex nomine, nisi in extravagante domini Iohannis xxij. Quia vir reprobus, ubi damnatur, ac frequenter heret. ibi nominatur fr. Michael de Cesena praedictus, ordinis fratrum Minorum, quondam Generalis Minister, sed postmodum propter haesim depositus, & condemnatus.

COMMENT. LXI.

Haeretici per ecclesiam condemnati, de quibus agitur in iure canonico. De argumenta sine materia huius quaestionis copiose disserunt Eymericus supra in hac eadem parte, q. 6. 7. & 8. quibus locis diximus, quae hanc quaestionem illustrabunt. Et rursus de Michael de Cesena, cuius meminit auctor in fine huius quaest. num. 3. egimus copiose in hac parte, super q. 15.

Iam haec quaestio in omnibus Directorij codicibus erat depravata, quam tamen sua integritati restitimus iuxta emendationem iuris canonici nuper Roma impressi.

Cum vero auctor hic agit de haeret. damnatis in toto iure canon. intellige de damnatis nominatim, & expresse sub proprijs nominib. ut patet: non autem de damnatis in genere, de quibus agitur in multis locis iuris canonici: sed praecipue in c. excommunicamus l. 2. & in cap. Ad abolendam, extra de haeret.

QVAESIT. XXXVII.

De haeretic. in iure civili nominatis.

Rigesi maleptima quaestio est Haeretici condemnati per ecclesiam, de quibus agitur in iure civili, qui sunt:

A Ad haec respondemus, q. c. de haere. leg. Ariani, enumeratur quae plures haeretici de illis, qui eum enumeratur 24. q. 3. c. Quidam autem haeretici, de quibus est actum supra q. proxima. Enumerantur et ibi alij, de quibus non agitur in Decretis, nec Decretalibus, nec extravagantibus, & sunt isti: Pneumatomachi: b Papijanista: c Papijanista: a Borborite: e Messaliani: f Euchyta, siue Euthymia: g Audiani: h Hydroparastata: i Talcodrogete: j Batrachita: k Marcelliani: l Encratiste: m Apotacita: n Saecophori: o

COMMENT. LXII.

B Haec quaestio de omnibus exemplis erat omnino mendosa, et depravata, recitabanturque in ea quaedam nomina portenta nihil penitus significatia quam inspecto Eymere. instituto restitimus et l. Ariani. c. de haeret. cum n. Eymeri, videret quaedam in d. l. Ariani, numerari haeticos, qui in iure canon. non recensentur, ut omnino notitia haberetur eos hic instituit tantum recensere ex iure civili, quorum mentio non videbatur facta in iure canon. ita nos eos tantum selegimus, qui Pontificio iure non commenerentur: atque ita instituto auctoris respondentes, quaestionem suam restitimus integritati.

Conveniunt tamen simus haeticos, qui hac quaest. numerantur in iure canonico recenseri nominibus diversis, tamen si res ipsa conveniant: ut sequenti demonstrabimus.

a Enumerantur etiam ibi alij de quibus non agitur in Decretis, & c. Non agitur sub istem nominibus, & appellacionibus, haereses tamen ibi numeratae his competunt: nam ydem haeretici, aut ob alias res haereses aut ob alias causas diversas appellaciones sunt sortiti.

b Et sunt isti Pneumatomachi. Tra vocat Epiphanius, haesi 74. ubi contra hos graviter more suo differit, & ita recte istum graeco vocabulo appellatur, non Pneumachomachi, aut Pneumachomachi, ut apud Lutzeburg, in catalogo haeret. ita vero dicitur quod Spiritui sancto adversentur, seu pugnent quodammodo contra Spiritum sanctum, dum ipsum negant esse Deum. hi non differunt a Macedonianis, quos damnat Synodus Constantinop. ut dicit supra par. 1. super cap. Sancta Romana. vnde Ioan. Damascen. Pneumachomachi, inquit, id est cum Spiritu bellantes, aut Spiritus hostes, a Macedonia Spiritu hoste nominati sunt. Spiritum autem sanctum ab eis contumeliosus afficit, quem Deum esse negat Epiphanius praecitato loco docet his verbis: In Spiritum sanctum omnes hi blasphemi sunt: non connumerantes ipsum Patri, & Filio in deitate. haec Epiphanius.

c Papijanista. Sunt qui putent nictos esse Papijanistas a Papi Hieropolitano Episcopo Joann. Evangelista auditore, & Polycarpi condiscipulo, de quo multa Eusebius lib. 3. c. de hist. Eccles. hunc Alfonso Castris lib. 1. adversus haereses errorum suorum nuntiasse indicat, a quo non multum dissentit Ioannes Picus in Apologia sua, q. 7.

Haeretici, qui huc sunt secti Chilitae, dicitur, eos q. post mille annos Christum in terris, in carne

cum electi regnaturum Judaico arbitrentur, vt referunt B. Hieronymus, & Trithemius.

Lutsemburgus in catalogo hereticorum, verbo, Papiasiste. ait hos esse de secta Manicheorum ponentium duo contraria principia.

Epiphanius heresi 49. hos Nicephorus lib. 12. c. 2. cum Montanisistis, & Phrygijs coniungit. Epiphanius cum alijs nam heresi 49. ita scribit: Quintilianis, qui & Popuziani appellantur, Artoclytisque, ac Priscilliani, ijdem sunt cum Phrygijs, & ex ipsis originem duxerunt.

Hos in alijs nefandas, & sordidas opinionum referit Epiphanius praecitato loco, & Petrus Godofredus in l. c. Arriani. C. de heresi in his consensiebant illi heretici, qui pro vino, lac in calicibus consecrabant quos Iulius Primus in epist. Aegypti missis graueret confutauit.

Borborites. Hos Borborianos appellat Epiphanius heresi 26. quorum, & alia ibi referi portentosa nomina: nam idem Ghostiel dicitur, & Coddianus, & Stratoticus, & Phioibonites, & Zachari, & Barbelite, hos Borboritas partem esse Manichei furoris testatur Imperator in l. quoniam. C. de heresi ibi. Exceptis scilicet his, quos, vel Manicheus furor, cuius partem, & Borboritas esse manifestum est. de his plura Epiphanius praecitato loco, & alij, quos omitto consulto.

Messaliani. Messaliani, siue Massaliani, Eucharyste, siue Enthouasiaste, ijdem sunt, vt colligitur ex concilio primo Constantinopolitano, cuius canones habes in primo concilio in tom. 6. pag. 620. vbi damnati sunt, de quibus ita ibi: Venientes ad nos sapientissimi, & religiosissimi Episc. Valerianus, & Amphilochnus proposuerunt in comunem considerationem de Messalianis, hoc est, Eucharystis, vel Enthouasiastis, qui in Paphlisa versantur, vel quocunque nomine contaminatissima heresis vocatur. hoc ibi B. Augustinus in catalogo hereseon, heresi 57. Messalianos vocat Plallianos, siue Eucharystas. Eucharysta aut, seu Enthouasiasta dicitur ab orando, & sacrificando, vt praecitati scribunt: horum enim praecipua heresis fuit semper absque ulla intermissione orandum esse, & ad omnia sufficere orationem. de his multa etiam Nicephorus lib. 11. c. 14. & Cassiodorus in tripar. hist. lib. 7. c. 11. & Theodoretus lib. 4. cap. 10. hist. Eccles. De his nefanda etiam multa commemorat Michael Psellus in libro de demonibus, quem refert Petrus Godofredus in l. c. Arriani. C. de heresi. ea nos breuitatis gratia omittimus.

Audianus. Hos Epiphanius heresi 70. Audianos, siue Odianos vocat, & B. Augustinus in catalogo ipso, num. 50. Vadianos, siue Antropomorphas. hi ab Audio quodam, qui fuit temporibus Arrii, duxerunt originem. Is Audius, siue Audens fatetur intelligens illud, quod scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & hominam formam putauit habere diuinitatem, &

corporeis partibus esse distincti, non respiciens diuina scriptura sensum. & qui ita putabant inter illos, proprie Antropomorphyte vocati sunt: eorundem alius error erat, danare facile Episcopos quod essent diuites, & alijs de causis. De his multa quoque Nicephorus lib. 1. hist. Eccles. c. 14. et lib. 13. ca. 16. & Theodoritus lib. 4. c. 9.

Hydroparastatae. Alias Hydroparastatae, hoc ex ipso nomine conijcere licet eos fuisse, quos Aquarios appellat Isidorus, & Cratianus, 24. q. 3. c. quidam autem quia solum aquam offerrent in calice sacramenti, apud Epiphanius heresi 46. illi qui a Tatiano orti vinum reprobabant, Tatiani dicti sunt, sed Theodoritus lib. 1. hereticarum fabularum, Hydroparastatas vocat, qui Encratitis adnumerantur. de Aquarijs Augustinus in lib. de heret. c. 64.

Tascodrogita. Constitutione 2. nouellarum legum Theodosii Augusti. hi Ascodrogita, seu Ascodrogita appellatur. Epiphanius heresi 48. Tascodrogitas vocat, & cum Phrygastis, ac Montanistis coniungere videtur. hi cum ceteris eiusdem sectae vetus, & nouum testamentum recipiunt, sed post prophetas, alios prophetas introducunt, nempe Montanum hereticum, & Priscillam, & Maximillam impuras feminas.

Batrachite. Alias Brachitae, vt habet Alfonso Castrus, lib. 2. aduersus hereses, ad Manicheos pertinens nimium notos, ut ait Lutsemburgus in catalogo hereticorum verbo, Brachitae. in his non facile percipias originem, aut appellationis rationem: sunt enim vt existimo vulgares, & barbare voces eo seculo notae.

Marcelliani. Marcelliani, vt scribit Epiphanius heresi 72. a Marcello quodam ex Aegyria Galatie vrbe originem trahente, appellati sunt: hic Marcellus in principio cum Sabellio se iure diffamatus est, sed saepe conatus est se tutari: at a multis accusatus est, quod in eisdem perseueraret, fortassis ductus penitentia se aliquo do correxit: nam pro ipso orthodoxi quidam defensiones ediderunt. ceterum Imperator in d. l. Arrius, quam nunc interpretamur inter hereticos ponit Marcellianos. non desunt, qui putent Marcellianos dictos a Marcellina quadam socia sectae Carpocratitae, quae colebat imagines quidem Iesu, & Pauli, atque Homeri poete simul, & Pythagorae adorando, incensumque ponendo, vt B. Augustinus scripsit. in sus de Marcello vide Nicephorus lib. 8. c. 53. hist. Eccles.

Encratista. Hos B. Epiphanius heresi 46. & diuus Augustinus, tom. 6. lib. de heresibus, c. 25. Encratitas vocant, alij Engratitas, siue Engratistas appellant. idem dicuntur Tatiani a Tatiano quodam, a quo sunt instituti. hi nuptias damnant, atque omnino pares eas faciunt se creaturionibus, ceterisque turpibus fornicationibus, omnem animatorum esum euitant. Epiphanius Tatianos, & Encratitas ita discernit, vt Encratitas Tatiani schismaticos dicat. Damascenus vero Encratitas quasdam Tatiani reliquias esse dicit.

Apotacitae. In multis Codicibus loco huius vocis Apotacitae, legitur Carpocratitae, sed nos consulto Carpocratitarum vocem omisimus, vt instituto EymERICI deseruimus, qui eos hic hereticos

Hydroparastatae.

Tascodrogita.

Batrachite.

Marcelliani.

Encratista.

Apotacitae.

instituit numerare quos in iure canonico non inueniat enumeratos. constat autem Carpocratias . siue Carpocratianos nominatos esse in iure canonico, ca. quidam autem. 2. q. 3. Eymeric. supra par. 2. q. 6. Apotacitas B. Augustinus heresi 40. Apostolicos, & Apotacitas appellat; Epiphanius vero her. 61. Apostolicos, seu Apotacticos. eisdem Damascenus vocat Apotacticos, id est, secretos, vel selettos; hi enim Apotacticos tantum, hoc est, secretos ab alijs recipiebant, ventres coningibus detestabantur, & eos reprehendebant, qui res proprias possiderent. ydem ad Encratitas accedunt; quamuis aliam etiam praeter eos sentiant, & docerent.

Saccophori.

[Hoc solum loco memini me legisse Saccophoros, nulli enim veterum, quos ego viderim, aliquorum haereticorum meminere sub hac voce, quidam textus habent, Saccophoros. Bernardus Lutemburgus, & ipse hunc locum citans in catalogo haereticorum Saccophatos, ac ut in alijs eius libris est videre, Saccophatos, appellat, ac de perfidia Manicheorum esse dicit. itaque cum sint tot lectiones, nihil certi statui potest, & forte quae est absurdior, perior est, cum huiusmodi appellationes sepe vulgares sint, & barbarae. Petrus Godofredus in l. Arriani. C. de haeret. postquam haereticos, addit fortassis legendum: Siphoris, qui leguntur in definitionibus Ecclesiasticorum dogmatum, cap. 52. & dicuntur tingi non in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, & ydem esse Conosiani noti. Haec haecenus ideo paulo diligentius referre placuit, ut hi haeretici, qui ignobiliores sunt, & minus cogniti saltem ex nomine innotescerent.

Q V A E S T I O XXVIII.

De Haereticis in Rom. curia, & extra damnatis à Delegatis Papae.

TRigesima octava quaestio est: Haeretici a condemnati per delegatos domini nostri Papae, siue in curia Romana, siue extra, magis famosi, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis vi. per dominum Cardinalem Album, delegatum in negotijs fidei, fuerunt condemnati tamquam haeretici pertinaces in Auinione, vbi tunc Romana curia residebat, ac etiam concremati, duo fratres Minotes: quorum vnus vocabatur frater Petrus Castillonis, & alter frater Nicho.

Post tempore domini Papae Innoc. vi. fuerunt condemnati per eundem dominum Cardinalem Album, alij duo fratres minores ibidem Auinione tamquam haeretici pertinaces, & etiam concremati, traditi curiae saeculari: quorum vnus vocabatur frater Mauritius, & alter frater Ioannes de Narbona.

Post tempore Urbani Papae v. fuerunt etiam noverem fratres de ordine Beati Francisci, (quorum quidam fuerunt fratres Minores, quidam Fratres celli de tertio ordine in Viterbio, vbi tunc Rom. curia residebat) tamquam pertinaces haeretici con-

demnati, & arsi, traditi brachio saeculari, quorum nomina in processibus continentur.

Extra autem Romanam curiam fuerunt quamplures alij nostris temporibus condemnati tamquam haeretici pertinaces. Na tempore domini Papae Bonifazij viij. fuit per Episcopum Parmensem, & per fratrem Manfredum Inquisitorem, de ordine Praedicatorum Geraldus Segarellus tamquam famulos haeretici condemnatus, & crematus in ciuitate Parmensi in Italia.

Et post tempore domini Clementis Papae v. Dulcinus Nouariensis famulos haeretici in eisdem partibus, ut pertinax haeretici condemnatus pariter, et combustus cum Margarita conforre sua.

Post tempore praedicti domini Ioan. xxij. in Marsilia per Episcopum, & Inquisitorem de ordine fratrum Minorum, fuerunt condemnati, & cremati tamquam haeretici pertinaces quatuor fratres Minor. quorum nomina memoriae non habetur, sed inde factis processibus continentur.

Post quorum combustionem quamplures de guini fuerunt, ut haeretici condemnati in Lunello, in Narbona, in Capite stagni, Biteris, & diversis alijs partibus. Prouinciae Narbonae, quae afferre bant praedictos quatuor fratres Minor. combustos, martyres Christi, credentes erroribus eorumdem.

Tempore domini Clem. vi. in ciuitate Biteris de mandato eiusdem fuit exhumatus Fr. Petrus Ioan. de ord. fratrum Minor. & post mortem haeretici condemnatus, & ossa eius tracta, & combusta.

In Catalonia et fuerunt concremati, ut haeretici Beguardi aliqui, scilicet Durandus de Balcho, & erund. & Petrus Olerij Maioricens. Bonanatus Barchin. Guliermus Gilberti. Valentignis. & frater Arnald. Montanerij de ord. fratrum Minorum, de villa Podij Certani: hic non fuit combustus, sed in absentia pertinax haeret. condemnatus, de quibus omnibus dictum est supra.

Multi alij sunt haeretici in diuersis mundi partibus, & praesertim in Carcaffona, & Tholosa, & Sede Vergelli, ac comitatus Castri boni, finibus condemnati: quorum nomina memoriae non habentur, licet in processibus reperiantur, quae de seutere esset longum.

C O M M E N T . L X I I I .

HAeretici condemnati per delegatos, &c. Historiam eorum, qui in hac quaestione commemorantur, copiose explicauimus cum Eymeric. supra in hac 2. par. q. 9. o. 11. & seq. ex quibus patet, quod quisque tempore ex his haereticis vixerit, quid sentierit, qualemue exitum habuerit: ac propterea ne eadem inutiliter hic repetantur, loca indicasse erit satis, quae de eorum notitia haberi possit.

Q V A E S T I O XXXIX.

Qui dicendi sint Haereticarum.



Rigesimanona quaestio est: Haereticarum haereticarum, qui dicendi sunt?

Ad hanc respondemus, quod sicut patet-

patriarcha dicitur princeps patrum, sic & heresiarcha princeps hereticorum, ab archos, quod est princeps, & heresi, quasi princeps in heresi, seu heresum, vel hereticorum: & inde dicitur heresiarcha quasi princeps heresis, seu hereticorum, seu sicut patriarcha princeps patrum. Illi autem (ut dictum est supra q. 2.) dicitur heretici & promprie, qui habent errorem eorum quae sunt fidei in mentes, & pertinaciam in voluntate: Igitur illi proprie dicuntur heresiarcha, qui non solum habet eorum quae sunt fidei errorem in mente, & pertinaciam in voluntate: verum etiam huiusmodi errorem adinuerunt, seu confirmaverunt: vel adinventum & confictum alios docuerunt, & magistri erroris effecti sunt; iuxta illud quod habetur 1. q. 3. ca. Qui aliorum, ubi sic dicitur. Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant: quia non solum errat, sed etiam alijs offendicula erroris preparat & confirmat; unde quia magister erroris est, non tantum hereticus, sed etiam heresiarcha dicendus est.

COMMENT. LXIII.

Emericus ideo de Heresiarchis questione peculiariter insitit, quoniam tametsi heretici sint, grauius tamen errant quod non oportet inuoluisse Inquisitores: Ex vi autem nominis colligitur Heresiarchas proprie eos, qui aut hereses inueniunt, aut inuentas alios docuerunt.

Quae autem hic commemorat Emericus, refert etiam hinc proculdubio mutatus auctor Repertorii inquisitorum, verbo, Heresiarcha. & item dicitur. Locatus in opere iudiciali verbo, hereticus. nu. 2. & verbo scriptura. nu. 7.

De Heresiarchis seu errorum magistris agit etiam Albertinus tract. de agnos. assertio. quasi. 29. nu. 23. & q. 30. nu. 60. & Simancas de catho. insitit. 1. 47. nu. 54. & seq. Idem in Enchyridio tit. 59. de dogmatistis. copiose Joannes Roias tract. de heret. par. 2. assertio. 43. & alij, quos proximo referam.

Heresiarchas multis nominibus appellant nostris, nempe magistros errorum, dogmatistas, seu dogmatizatores, & concilium Biterrense. cap. 16. vocat hereticos perfectos, ut mox dicam.

Vel adinuentum & confictum alios docuerunt, & magistri erroris effecti sunt. Et propterea grauius peccant Heresiarchas, quam alij heretici, ideoque etiam acrius puniri debent.

Sed illud hic in primis opportune quaeritur: utrum illi soli Heresiarchae dicendi sint, qui errores adinuerunt, seu confirmaverunt, an illi etiam qui inuentos & confictos ab alijs, alios docuerunt, & publice vel occulte predicauerunt? Et profecto illos quaeque esse, & dicendos esse Heresiarchas putos, qui errores ab alijs inuentos & excogitatos docent & predicant sine publice sine secreto. & hoc videtur esse expressa Emerici sententia hoc loco ibi: vel adinuentum & confictum alios docuerunt. & magistri erroris effecti sunt, hoc etiam non obscure colligitur

ex cap. Qui aliorum 24. q. 3. quo videtur hic Emericus, & ex his quae docet Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 30. nu. 60. iam si solum illi dicendi essent Heresiarchae, qui errores seu hereses inueniunt & confingunt, equidem paucissimi, aut nulli nostris seculis essent heresiarchae: cum paucas aut nullas de nouo hereses inueniant, & confingant, sed veterum hereticorum dogmata excitent & sequantur ac doceant, paucis vel additis, vel detractis.

Veritas autem est huius questionis solutio & notitia ad intelligendas leges & statuta de Heresiarchis loquentia, ut sciatur quid nomine Heresiarcha non intelligi debeat.

B An autem idem Heresiarchae sine misericordia tradi debeat curiae seculari, etiam si conueriti velint, questio est satis controversa, quae supra par. 1. & par. 2. promisi me hoc loco explicaturum.

Primum quidem Iacobus Simancas de catho. insitit. tit. 47. nu. 54. & multis sequentibus, idem in enchyridio tit. 59. rationibus non vulgaribus contendit, heresiarchas, seu dogmatistas curiae seculari tradendos esse: quod ipsum audacter affirmat sanctus Joannes Roias tract. de heret. par. 2. assertio. 43. & docuit iam ante ipsos Repertorium inquisitorum verbos docere, cum quia leges pontificiae, quae hereticos penitentes recipiunt, non sunt ad eos trahendae, qui multis mortibus digni sunt: tum quia ita melius consuleretur saluti reipublicae, postremo, quoniam, quando lex de aliquo crimine simpliciter loquitur, seruanda non est, cum alia concurrunt delicta & circumstantiae grauiantes. leg. nunquam pluribus, de priuilegiis leg. si adulterium cum incestu. leg. vim passum, ff. ad leg. Juliam de adul. perinde est, censendum de dogmatista, in quo plura concurrunt delicta, quam in heretico simpliciter, cum dogmatista errores conceptos doceat alios.

Hec sententia, spectata horum temporum condicione miserima, quibus nihil non impium audent heretici, cum ad imum scelorum peruenerint, absque ulla errore meo iudicio obseruari posset, et fortassis me uideat, nullus Heresiarcha etiam si conuersionem non fictam ostenderet, euitaret ultimum supplicium: at quia Ecclesia benigna et clemens nullo adhuc Pontificio iure canit, ut dogmatista curiae seculari tradatur, immo concilium Biterrense, cap. 16. si conueriti uoluerint, benigne recipiendos docet his verbis: Perfectos hereticos seu uelitos coram discretis aliquibus & fidelibus examinatis secreto, ipsos ad conuersionem prout poteritis inducentes, & conueriti uolentibus, vos exhibeatis fauorabiles, & benignos, cum per tales multum fuerit illuminatum negotium & promotum: ac ipsorum penitentias pro qualitate conuersionis, & meritum mitigetis, vel quantum uobis uisum fuerit, deferatis. hec ibi. Idem sancitum est in concilio Tarraconensi, relat. pag. 221. in hac uerba: Perfecti uero heretici si conueriti uoluerint, & dogmatizantes, absolutione praehabita, & abiuratione facta perpetuo carceri intrudantur hactenus ibi. Perfectos autem hereticos eosdem esse cum dogmatistis abunde expli- cui supra in hac parte super eodem concilio Tarracon.

Notanda est autem causa, quam tradit concilium Biterrense, cur dogmatista recipi debeant. Per tales

Concilij Biterrensis sententia de dogmatistis.

Quia autem

heresiarcha

X.

ha.

reticorum

triar-

les enim, inquit, multum est negotium illumina-
tum & promotum. Idque ob varias causas. Pri-
mam, quia idem illi dogmatista si vere conuertan-
tur, & deceptis publicis, multos eorum facile conuertet.
Ad hoc, cum melius intelligant errores & fraudes
deceptorum, quas ipsi docuerunt, comodus vel seri-
bendo, vel eloquendo eas refutant. Postremo, quo-
niam dogmatista vere conuersi, & publice peniten-
tes sunt, veluti lupidu penitentia & humilitatis
speculum, in quod peccatores intuentes & conuer-
tuntur, & in officio continentur.

Hoc verbo tum precipue obseruandum esset cu
Heresiarcha magna auctoritatis, doctrinae, aut di-
gnitatis foret, qui facile speratur sua auctoritate
multos conuersurus.

Præterea, si paulo diligentius inspiciamus serie
textus in cap. ad abolendam. de heret. exequare vi-
detur Pontifex, eos qui docent, & credunt hereses,
ibi: Aliter sentire, aut docere non metuit. Et po-
stea subditur clausula generalis. Nisi continuo post
deprehensionem erroris, ad fidei catholice unita-
tem sponte recurrere, & errorem suum ad arbi-
trium episcopi regionis illius publicè consen-
serint abiurare, & satisfactionem congruam exhi-
bere. Cui plane textui non potest commodè assigna-
ri responsio.

Et hanc sententiam de recipiendis Heresiarchis
seu dogmatistis apertissime proficitur Emericus
infra pa. 3. nu. 136. & nu. 137. & 188. ubi eum
qui prædicauit hereses admittit ad abiurationem.
Et Berengarium, quem constat fuisse Heresiarcham
ante aliquot secula conuerti uolentem, receptis fuis-
se ad gremium Ecclesie scimus. c. Ego Berengarius,
de consec. dist. 2. de quo dixi plura supra in hac. 2.
par. super q. 6.

Itē hac sententia de recipiendis Heresiarchis co-
uerti uolentibus, tunc maxime locū habere possit,
cum Heresiarcha sponte, non inquisit, nec nomina-
tim citari aut uocari accederent ad confitendū pec-
catum suum, & misericordiam implorandam: tunc
enim facilius eis parcendum crederem: cum mitius
semper agi debeat cum sponte uenientibus et confes-
sis, quam cum accusatis, & conuictis. glossa in c. de
hoc. de simonia.

Non obstant rationes in contrariū adducte, qui-
bus vno verbo possumus satisfacere dicentes, in re-
bus magnis qualis est hec, in qua hominis uita uerti-
tur, nihil esse facile statuendum, quod non sit iure
cautū: nullo autem iure pontificio sancitum est, dog-
matistas relinquēdos esse curiæ seculari, immo que
nos paulo antea commemorauimus cōtrariū docēt.

Item leges ciuiles, quibus huiusmodi homines ul-
timo supplicio affici iubentur. leg. quicūque. c. de he-
ret. leg. eum qui seruum. c. de apostatis. l. si. c. de lu-
dais. leg. 2. c. ne sacrum baptis. iteretur. nunc in hoc
crimine quod mere ecclesiasticum est, locū non ha-
bent: nam tunc demum illis utendum est, cum è so-
ro ecclesiastico fuerint pulsi bi scelerati.

Tametsi autem hæc ita se habeant in recipiendis
Heresiarchis prudētissimi esse debent inquisitores:
solēt enim maiori ex parte fictæ & fraudulētæ esse
horum conuersiones, quos postquam semel excoca-
uit Satan, & inanis gloriæ, quam potissimum huius

Prudētia ad-
hibenda in re-
cipiendis heresi-
archis.

A modi hominum genus affectat, stimulis agitanti-
ideo plerumq; resipiscere puro corde simulant, ut
incepto errore perseverent, & amplius decipiant.
Cui uero ad gremiū Ecclesie recepti fuerint, gra-
uissima penitentia sunt illis iniungēda, nec mitiga-
da, nisi post longum tempus, & post manifestissimam
veram penitentiam, conuersionis, & humilitatis si-
gna ut elegāter indicat præcitarū cōcilii Biter.

Illos autem Heresiarchas ego nullo pacto inci-
piendos: purarem, qui post longum tempus, frequen-
tesque admonitiones & cohortationes, uix conuerti
posse uidentur, & maxime inflati tempore, quo tra-
dendi sunt curiæ seculari: hos enim metus mortis
potius quam studium ueritatis ad perendam mi-
sericordiam uidetur inducere.

In quo illis omnino indulgendum censerem, qui
præceptis, conminationibus, pœnis, pœniis, pro-
missionibus iuratis, aut alijs similibus modis, con-
turbati, aliquem seu aliquos arctare seu cogere ad here-
sim contrabendam, vel contractam pertinaciter de-
fendendam. Hi enim grauissimè peccat ut docet Al-
bertinus de agnos. assert. q. 30. num. 60. & propte-
rea merito crederem hos omnino fore tradendos cu-
riæ seculari, & ultimo supplicio plectendos, leg-
eum qui. c. de apostatis, facit leg. 3. c. ne sanctum
baptis. iteretur.

Postremo id mihi maxime probatur, quod docuit
Simancas de erabo. in lit. i. i. 47. nu. 68. & seq. illis
dogmatistis, qui regibus, principibus, regibus, aut fi-
lij's filiabusque regum hereses aut persuaserūt, aut
persuadere conati sunt, nullo modo parcendum esse:
quia cū crimine heresis maiestatis lese delictū con-
iunxerūt: & qui principes deprauare aut corrum-
perē tentat, in totam rempublicam machinatur,
cum ualens futuri sint subditi, quales fuerint
magistratus.

Nec huic sententiæ obstat concilium Biterēse
proximè citatum, quoniam receptissimæ est Turispe-
ritorum & uetissima regulas licere in uerba propter
immanitatem facinorum, leges transgredi, & cō-
muniū iuris regulis discedere. Innocentius in c. 1.
de constit. quem ibidem sequitur Hosti. Archidia-
conus in c. qui bona. 17. q. 1. & ceteri longo ordine
relati per Tiraquellum trac. de pœnis temperata, aut
remitten. causa 49. num. 16. & 26.

Q V A E S T I O X L.

De Hæreticis impenitentibus, peni-
tentibus, & relapsis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Heretici pertinaces seu impenitentes qui sint.
- 2 Heretici penitentes.
- 3 Heretici relapsi proprie qui dicantur.
- 4 Lapsus in hæresim post abiurationem de uere-
menti consistit relapsus.
- 5 Et qui lapsus est in hæresim aliam ab abiura-
tasi generaliter omnem hæresim abiurauit.
- 6 Et qui cum abiurasset ut hereticus, postea heret-
ticus fuit.

Quadra.



Vadragesima quaestio est: qui dicuntur heretici impenitentes, & qui heretici penitentes, & qui heretici relapsi, seu relabentes?

1. Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur heretici pertinaces, & impenitentes, qui habent eorum quae sunt fidei, errore in mente, & pertinacia in voluntate; sic, quod quavis eis per iudices fidei, ostendatur, quod errant in fide, & mandetur eis per eosdem quod resiliant ab errore; & illum abiurent, & satisfactione exhibeant competentem, nolunt tamen obtemperare: immo perseverant pertinaciter & contumaciter in errore. Et tales sunt, ut heretici pertinaces, & impenitentes brachio saeculari tradendi, animadversione debita puniendi. Hac patent extra de heret. c. ad abolendam, §. presenti.

2. Heretici vero penitentes dicuntur illi, qui est aliquando habuerunt eorum quae sunt fidei, errorem in mente, & ad tempus, factis, verbo, vel proposito pertinaciam in voluntate; tamen post modum ad se redierunt, & sui miseriam, ac saniorum consilio edocti, ab errore cordis resiliunt, & opere illum abiurarunt, & ad arbitrium Episcopi, & Inquisitoris satisfactionem congruam exhibuerunt. Haec patet eod. tit. de heret. c. ad abolendam §. praesenti allegato.

3. Heretici aut relapsi, seu relabentes illi dicuntur proprie, qui postquam ut heretici penitentes haeresim abiurarunt, & lapsi in haeresim extiterunt: sed per abiurationem surrexerunt: iterum ad haeresim revertuntur, & in haeresi relabuntur. Illi enim postquam plene, & clare constiterit de eorum lapsu: sine audientia quacumque;posito et quod peniteant, & fidem catholica profiteantur, ac eis humiliter petentibus sacramenta. Penitentiae, & Eucharistia concedatur, iux. c. Super eo, extra de heret. li. 6. tradendi sunt tamen ut relapsi, brachio saeculari, animadversione debita puniendi: iux. c. Accusatus, de heret. li. 6.

4. Relabi aut dicuntur, & consequenter relapsi in tribus casibus. Primus est, quando crimine haeresis plene non probato, quis ut vehementer suspectus haeresi in iudicio abiuravit, si postea in haeresim incidat, quoad iuris fictione iudicatur relapsus: iuxta c. Accusatus in prin. de heret. li. 6. Secus si abiuravit ut leuiter suspectus: quia tunc si incidat, post, poena relapsorum non punitur.

5. Secundus casus est, quando quis in vna specie haeresis commisit, & generaliter et simpliciter haeresim abiuravit, si post in quancumque specie haeresis incidat, relapsus veraciter iudicatur: iux. c. allegato. Accusatus §. eu vero. Secus si tantum vna haeresis specie abiuravit: tunc, si in alia non abiurata incidat scdm Io. And. relapsus non existit, licet Archid. & Io. Monachus teneat ibi contrarium. quorum opinio est nimium rigorosa, ut videbitur in fin. par. tertiaz, ubi agitur de officij inquisitionis practica. 6. Tertius casus est, quando quis in aliquam haeresim lapsus fuit, quae abiurauerit: si post abiurationem haereticos recipiat, deducat, defendat, visitet, siue associet: ac dona vel munera eis donet, vel mittat, seu fauore eis impendat, qui exulari

non possit, det relapsus merito iudicari, iuxta capitulum allegatum, Accusatus. §. ille quoque. De his plenius infra, cum agetur de practica.

COMMENT. LXV.

Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur heretici pertinaces, & impenitentes. Emericus hac quaestione solum ostendit qui dicantur impenitentes, penitentes, & relapsi: nam quaestione sit cum his agendum, plene ostendit, 3. par. in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi, ut ipse semet indicat in hac q.

Ac de impenitentibus seu pertinacibus hereticis insignis extrat locus in concilio Biterense, c. 17. & in eodem concilio, c. 6. 7. 8. & 9. Agitur copiose Reper. Inquisit. verbo, pertinax. gl. in extrauag. Joan. XXII. incip. cum inter. tit. de verb. sign. verbo, pertinaciter. Canon li. 12. c. 6. de locis theolog. Alfonso, lib. 1. c. 9. de iusta haere. puni. Auctor innotuitus in trac. de forma procedendi contra Inquisitos, de haeresi in rub. De hereticis impenitentibus. Julius Clarus, §. haeresis. ver. & nota. cu alijs seq. Cui verius trac. de here. nu. 4. Albertinus trac. de agno. asser. q. 3. Locutus in opere iudiciali verbo, pena, nu. 8. Simancas de cath. in illi. tit. 48. idem in onehyridio, tit. 30. Ioannes Rojas trac. de haere. p. 2. asser. 45. Zachimus de heret. c. 16. & ibi Capiegus. Tunc rec. in summa de Eccl. li. 1. p. 2. c. 16. Bernardus Comensis in lucerna verbo, p. max. et alijs multis locis.

In his pertinacibus haec regula est obseruanda: dum sunt detinendi, & sepius monendi, ut conuertantur: quod si noluerint penitere, tradendi sunt absque misericordia curiae saeculari.

Sed quo mortis genere sint afficiendi per ministros saeculares, quae sunt nonnulli, et Alfonso Castrius, li. 2. c. 12. de iusta haere. puni. par. u referre ait, an gl. adto, reus, vel alio supplicio vita finiat: sed Hostiensis in c. ad abolendam, de here. haereticos comburendos omnino concedit, cui consentiunt Petrus Godofredus in l. 4. c. de here. & Conarinas, li. 2. vari. resol. c. 20. n. 10.

7. Julius Clarus, §. haeresis. ver. scias tamen, et uniuersalis resp. Christianae consuetudo, q. Federici lege cantu est, q. incipit: incosultile. §. 4. ubi ita scriptum est: Praesentis nostrae legis edicto damnatos morte pau. Pararenos, alioq; haereticos quocumque; nomine censentur, decernimus quam afficiant: Ut viui in conspectu hominum comburantur, flammarum consili iudicio. hac ibi. Ac viuos etiam comburendos tradunt Simancas de cath. in illi. tit. 48. nu. 9. & Io. Rojas trac. de here. p. 2. asser. 46.

Sed cum viui cremantur, hoc est omnino precipiendum, ut lingua eorum alligetur, & impios obstruatur, nec si libere loqui possint, audientes impijs blasphemijs offendant.

Quot autem modis impenitentia, aut pertinacia detegatur, multi docent, quos retuli supra hac parte super q. 22. atque haec de impenitentibus quantum ad hunc locum spectat: nam cetera, par. 3. dicenda sunt.

b Heretici vero penitentes dicuntur illi &c.] Ex cognitione impenitentium penitentes facile intelliguntur: hi et dicuntur conuersi, redeuntes, reconciliati, resipiscentes, & similibus appellationibus, de his Reper. Inqui. verbo, redies. copiose Grilladus trac. de here. q. 5. & auctor innotuitus trac. de forma proce-

De hereticis impenitentibus, qui scripserint.

Quo mortis genere afficiendi haereticus traditi curiae saeculari.

Viui comburendi haereticus.

penitentes dicantur.

procedendi contra Inquisitos de heresi in rubrica. A
De hereticis redeuntibus, & conuersis. & Simacas
de cath. insti. titu. 43. idem in euchyradio tit. 58. ple
ne Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisi
tores. 15. c. 19. 20. 21. & 22. Iulius Clarus. 8. hē
7. est. ver. scias tamē. Alfonso Castri. 3. c. 21.
& 22. de iusta herē. punitione. Ioanes Roias tract.
de heret. par. 2. asser. 16. Zachimus de herē. c. 20.
& alij varijs locis. de his redeuntib. ac penitentis
eorū insignia extāt decreta in cōcilio Tholosano. c.
9. 10. & 11. et in cōcilio Narbonēsi. c. 3. 4. 5. 6. 7.
& 8. & in cōcilio Biterrēsi. c. 5. et 26. et alibi sepe.
Redeuntē ab heresi qualiter olim recipereuntur,
& punirentur, luculenter explicat cōcilium A ga B
thense circa tempora Celestini Papae I. celebratū,
c. 60. quod gratia breuitatis omitto, id tamen suo lo
co, & tempore multum iuuare potest.

Duplex re.
deuentium ge
nus.

Horum redeuntium duplex potissimum est genus,
quidam a. sponte veniunt, aut intra tempus gratiae,
non citati aut vocati nominatim, nec specialiter in
quisiti: alij vero redeunt post deprehensionē, citatio
nē, et Inquisitionē, ac sepe post multas monitionis.

Qui primo modo reuertuntur, mitissimē sunt tra
ctandi, & si peccatum fuerit occultū, occulta est et
penitentia iniungenda: abiurare tamen debet erro
res, & ad alia se obligare, quae tradit eleganter cō
ciliū Biterrēse, c. 5. his verbis: Talibus infra tem
pus gratiae sponte ac plenē confitentibus, & ad
ecclesiasticam se redire dicentibus vnitate, be
nificiū iuxta formam Ecclesiae absolutionis im
pendatis, facientes videlicet ipsos abiurare om
nem heresim extollentē se aduersus sanctam,
& Romanā Ecclesiam, & fidem orthodoxam, qui
buscunq; nominib. cenetur: & iurate q̄ fidem
catholicam, quam eadem sacrosancta Romana
tenet Ecclesia, & praedicat seruabunt pariter &
defendēt: & hereticos cuiuscunq; sectae cōuictos
pariter, & condēnatos, credētes, receptatores, de
fensores, & fautores eorū persequuntur pro viri
bus, inuestigādo, accusando, & capiēdo, vel saltē
eos Inquisitorib. seu alijs fidelib. qui eos oppor
tunius capere velint, & valeant, bona fide mani
festādo. Et q̄ sup his q̄ inuēti sunt vel fuerint in
eodē crimine deliquisse, stabūt mādatis Inquisi
torū, & Ecclesiae, ac penitētiā, quae sibi fuerit quā
docūq; p̄ ipsos iniūcta, recipiēt, & implebūt, pro
ea recipiēda, & implēda bona sua oīa Inquisitio
nē, & Ecclesiae solēnter obligātes. haecenus ibi.

Qui non spō
te reuertuntur
necius puniē
di.

Ceteris vero qui non sponte reuertuntur, acriores
sunt imponēda penitentia: nā mitius agitur cū spō
te confessis, quā cū conuictis, & quomodo coactis.
his quales penitentiae iniungi debeant, praescribi nō
potest: hoc n. arbitrio Inquisitorum relinquuntur, in
quo quem modum seruare oporteat, tradit cōcilium
Narbonēse, c. 5. his verbis: Hoc quidem ita per
stringimus, non vt vos penitentias praetaxatas,
oēs vbiq; vel oēs oibus iponatis, sed vt eas scdm
discretionem, vobis traditam à Domino, pro cul
parum, & personarū, locorū, & tēporum, & alia
rū circumstatiarū, qualitate ita caute ac prouidē di
spensetis, vt siue plectendo, siue ignoscēdo vita
culpabiliū corrigatur, vel saltē valeat apparere,
quis in tenebris ambulet, quis vere sit penitēs,

quis fiet euerfus; nec inde veris catholicis scd
dulum generetur, nec praetextu scandalis, seu alio
quantum in vobis fuerit, defendi possit heresim
seu nutrirī. haec ibi. Idē tradit Guido Fulcodius in
consultationibus ad Inquisitores. 15. c. 12. & 22.
in specie vero quid cuique reuertenti sit iniungendū,
docent praetaxati, dicemusque nos cum Eymérico
par. in prioribus modis processum fidei terminandi.

Illud hoc loco pro corollario adiūgācaueri in cō
cilio Narbonēsi, se. 18. ne quē ab heresi reuertun
tur, cū grauitur fuerint culpabiles, ad religionē ad
mittantur: ait. n. ita: Ne autē tales religionis sim
plicitas corrūpatur, nullum de praefatis culpabi
libus religionē quācūq; ingredi, nisi ex Domini
Papae vel eius legati indulgētia permittatis. Et si
qui sine ipsorū, & vestri licētia post inchoatā in
quisitionē, vel si et ante, nō tamen cōfessi, & ca
nonicē absoluti, ingressi fuerint, reuocetis. haec ibi.

Postremo id reconciliati animaduertat oportet,
vt postquam ab Inquisitoribus iudicialiter sunt ab
soluti, eadē crimina proprio parocho confiteantur.
Adrianus lib. 4. sent. de confessione. 9. 4. Ioanes Ro
ias, & alij per eum citati, trac. de herē. par. 2. asser.
36. quod est in Hispanijs cantū instructione quādam
Madriliāna. MDLXI. c. 7. 1. ibi: vbi abfuecto iudi
cialmente, el confessorle absoluerā sacramental
mente; hoc est, postquam penitens fuerit iudiciali
ter absolutus, eū sacerdos absoluet sacramentaliter.

Heretici autem relapsi, &c. De relapsis ple
nius differit Eymericus in fine huius partis. q. 71.
vbi dicam. ideo autem obiter auctor hoc loco de re
lapsis differuit, quoniam relapsi interdum sunt per
tinaces, interdū vero penitētes, de quibus proprie
in hac questione insituerat disputare.

Licet Archidiaconus & Ioannes Monachus
teneant ibi contrariū. Quaeſtio huius loci talis
est: An qui vnā solum heresim abiurauit, postea in
cidat in aliam diuersam, relapsus censetur. q. 10.
And. in c. accusatus, de herē. lib. 6. verbo. simpli
ter. non esse relapsum contendit. Archid. vero, quē
sequitur Gemi. Francus, & alij in d. c. accusatus. 8.
eum vero de herē. li. 6. relapsum esse scribunt. eos se
quitur Zachinus tract. de herē. c. 16. nu. 2. & Gō
dissaluus tract. de heret. q. 20. nu. 6. & alij.

Sane perspecta verborum proprietate verior est
Io. And. opinio: at considerata aequitate, & natura
heresim, qua inuicem sunt connexae. c. excommunic
mus, 1. & 2. de her. opinio Archidiaconi preualet.

Sed haec quaeſtio non est longius disceptanda: nam
hodie locum non habet, cum qui nunc reuertuntur, si
cet in vna heresi deliquerint, omnē heresim abiu
rent, q̄ vere tradūt praetaxati, & dixi alibi plenius.
vide etiam Simancam de catho. insti. tit. 1. nu. 11.

QVÆSTIO XLI.

De blasphemis

S Y M M A R I V M.

- 1 Blasphemorū duplex genus, et q̄ merē blasphemus.
- 2 Blasphemi hereticales Inquisitorum iudicio su
byciuntur.
- 3 Blasphemi hereticales quando sint curia secula
ri tradendi.
- 4 Et quando cogēdi ad abiuurandū hereses prolatae.

Quando

- 6 Quando habendi vehementer suspecti de heresi.
- 7 Quando leuiter tantum.
- 8 Excusationes quorundam rejiciuntur.
- 9 Metus mortis non excusat ab heresi, uel apostasia
- 10 Ebrietas quos et quando excuset a crimine patrato



Vadragesi prima questio est: blasphemus, an heretici seu suspecti de heresi sint habendi, sic, ut Inquisitoris hereticorum iudicio sint subiecti

Ad hanc respondemus, quod sunt duo hic uidentur, secundum quod duo in questione sunt quaesita. Primum est: an blasphemus Inquisitoris heretico iudicio sint subiecti. Secundum: posito quod sic, an sicut heretici, uel ut suspecti de heresi sint puniendi.

1 Quantum ad primum considerandum est, quod blasphemus sunt in duplici genere, quidam articulis fidei non obuiant quoquomodo, ut pote malum Dei, uel beatam Virginem imprecantes, et idem male dicentes, uel gratias Deo non exhibentes, sed ingratitude agitant, oppositum gratiarum, et isti dicuntur merè blasphemus. Et de istis loquitur li. 5. tit. de male dicis, & blasphemus, distinctus contra tit. de heresi. Nec de istis se habet intromittere inquisitor, sed debet eos relinquere suis iudicibus puniendos.

2 Quidam sunt, alij, qui contra fidei articulos, uel uerba tua proferunt, & eos agitant de directo, ut pote qui Dei omnipotentiam infirunt, dicentes: Deum tempus elatum, uel huiusmodi factibilia non posse facere, quod est contra primum fidei articulum qui est, Credere in unum Deum patrem omnipotentem, uel qui beatam Mariam uirginis matri Dei pudicitiam tollit, dicere, eam meretricem, uel uerba a quibus pollentia in effectu: quod est contra articulum fidei: qui est credere Filium Dei conceptum de Spiritu sancto, natum fore ex Maria Virgine, & tales sic merè articulos fidei agitant, dicuntur blasphemus; non merè, sed hereticus blasphemus; & isti ad tit. de heresi reducuntur. Et isti hereticorum, uel suspectorum de heresi legibus iudicantur, & tales blasphemus Inquisitorum iudicio sunt subiecti.

3 Quantum ad secundum considerandum est, quod tales blasphemus uerba hereticalia euomentes, postquam fuerunt in hominibus per iudices fidei deprehensi, si in talibus uerbis hereticalibus uolunt stare, & pertinaciter defendere, heretici sunt habendi, & tradendi, ut tates curiae seculari: iuxta c. ad abolendam. §. presenti. de heresi. li. 5. Si autem non uolunt stare, nec pertinaciter defendere, sed ad arbitrium iudicis fidei, uolunt cum effectu istas hereses reuocare, & satisfactionem congruam exhibere, non sunt heretici iudicandi: iuxta c. allatum. Ad abolendam. sed ad misericordiam admittendi.

An autem tales debeant arceri ad abiurandum hereses antedictas: & si sic, an tanquam poenitentes heretici, uel tanquam suspecti de heresi, & si tanquam suspecti, an tanquam uerè heretici, uel leuiter suspecti.

4 Considerandum est, quod si processus meritis diligenter acritatis inueniantur habuisse in mentem, quae sunt fidei, errorem: ita ut aliquando crediderint hereses, quas protulerunt ore, teneantur errores, ut deprehensi in heresi, abiur-

A rare: iuxta alleg. c. Ab abolendam, quod si reabantur, poena relapsis debita puniantur: iuxta c. Accusatus. de heresi. li. 6.

5 Si autem non inueniantur in heresi taliter deprehensi, sed inueniantur pluries, & frequenter in ludo, & extra ludum, & ad leuem turbationis motum in tales hereses prorupisse: & non constat clare de mala credentia in mente, debet arceri ad abiurandum ut uerè suspectus, pro frequentiam habituata, quae suspectos uerè de heresi illos reddit: iuxta ca. Accusatus. in principio.

6 Si autem non frequenter, sed raro: nec longo tempore, sed pauco: & non extra ludum, sed in ludo tantum; tunc eo casu uidetur abiurare debere ut leuiter suspectus: iuxta idem c. Accusatus.

7 Nec prodest quicquam, quod ad excusandum excusationes in peccatis ponitur a nonnullis, quod uerba hominibus hereticalia euomentes, mouentur ad proferendum sola turbatione, & furia, & non assertionem firma, & credentia, & ideo quod aliter proferunt, & aliter credunt; proferunt peruersè, sed credunt catholicè: nam furia, & turbatio hominibus tota liter non excusat: patet primo, quia maior in mente sequitur commotio, & turbatio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprii, quam ex perditione unius oboli, seu denarii argentei uel aurei: adorantes autem Mahometum, idolum, seu demonem metu mortis, & trucidatione corporis proprii, uel famis, non excusatur in foro interiori a peccato. Vnde Aug. 7. de bono coniug. & recitatur, 32. q. 4. Sicut fatuus est mori famem, quam uelci idolothytis.

8 Nec excusatur in foro exteriori ab idolatria, & apostasia a fide, & consequens ab heresi, secundum Ray. tit. de apostasia. q. 7. §. circa istos. Metus enim mortis, pro fidei defensione, & confessione, quantum ad uerum catholicum, non est metus cadens in constantem uerum, quin immo nec metus mortis pro peccato mortali est minimo peccato, ut tenet Theologi doctores, & maxime S. Tho. q. hoc tenet, non solum de peccato mortali, immo et ueniali; in 1. quodlibet. art. 9. ubi de hoc quoniam facit in terminis specialibus: & etiam Aug. 7. & recitatur, 22. q. 2. c. Ne quis. Si ergo turbatio, & commotio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprii non excusat idolum, seu demonem adorantem ab heresi, quia est contra primum articulum fidei; quomodo excusabit turbatio, & commotio ex perditione unius denarii uel consimilis rei ab heresi, contra articulum fidei, hereses euomentem? Nequaquam.

Nunquid est maior commotio ex uicina morte, quam ex aduersa sorte; & maior perditio personae, quam pecuniae? & maior mentis turbatio de hiatu ultimo, quam in ludo? Si ergo non excusatur quis ab heresi in casu illo, excusabitur ne in isto? Non.

9 Rursus secundum Aug. super Gen. ad litteras: Noe post diluuium inebriatus, excusatur a peccato post diluuium inebriatus, excusatur a peccato & a tanto, & toto: quia uinum non nouerat, nec eius uirtutem sciebat, & ideo cauere non expediebat; sed Lot inebriatus a prima filia, & cum eadem fornicatus, excusatur a tanto, sed non a toto: quia uinum nouerat, & eius fortitudinem sciebat, & cauere expediebat; & ideo ab ebrietate minime excusatur. Sed quia consequentia ebrietatis ad luxu-

De blasphemio heretico si uicibus geminatis.

† Aug. de bono coniugali c. 16.

† Aug. de bono coniugali c. 16. ubi dicitur: Sicut fatuus est mori famem, quam uelci idolothytis.

† al. uirum.

† Psal. 5. uers. perdes omnes qui loquuntur, &c.

† S. Th. 2. 1. q. 150. art. 4. Albertin de agnos. assert. q. 30. un. 13.

† al. a. debeat luxu-

Luxuria expertus non fuerat, nec sciebat, ideo ab incestu aliquantulum excusatur, sed non à toto. Sed quando secundo à secunda filia inebriatus est, & concubuit cum eadem, non excusatur à toto, nec à tanto: quia vinum, & eius virtutem, & inclinationem ebrietatis ad luxuriam expertus in se fuerat, & ideo cauere multum sibi debebat, et ideo de secundo incestu non excusatur, sed egit & vt ebriosus, & vt incestuosus. Si ergo iste non excusatur à secunda, nec à prima ebrietate: quia virtutem vini non nouerat, & non cauit: nec excusatur à secundo incestu, quia cōsequentiā ebrietatis ad luxuriam expertus extiterat, & nō fugit: excusabitur ista qui ludit, & cōsequenter turbationē ex ludo in se, & in alijs expertus extitit, & ex turbatione verba haretica euomere se, vel alios frequenter intutus fuit, & ideo cauere ludū, & omnē occasione debuit, nec fecit, sed vtique pquisiuit: nūquid iste excusabitur? Reuera nō.

Rurfus, aliquis frequenter & scienter se inebriat, & inebriatus frequenter personā regis inuadit, et hareses seminat: nunquid iste, præsertim si frequenter se inebriat, & ita agit vt supra suspectus de crimine laesæ maiestatis, & haretica prauitatis erit, quod scienter hoc egerit, an excusabitur? Non: sed magis suspectus habebitur quod hoc seriosè egerit, & nunquid non maior est turbatio mētis ex calore vini, quā ex feruore ludij? ergo si ibi nō euadit Inquisitoris iudiciū, nec hic.

Et ita patet, quod licet blasphemi meri cadant sub titulo de maledicis, & non de hareticis & hi Inquisitoris hareticorum iudicio non subdantur, tamen blasphemi hareticales fidei articulos pstantes, trahuntur & cadunt sub titulo haret. et p consequens eorū iudiciū, iudiciū, & punitio ad Inquisitores nō debent pertinere.

COMMENT. LXVI.

Hac quaestione Eymericus diligentissime tractat materiam de blasphemis, cum ad Inquisitoris iudiciū quandoque pertinere possint.

De blasphemis vitio, quod hodie in Christiana reipub. non sine magna eius pernicie est frequentissimum, ac de penis blasphemorum, & ad quem iudicem spectet eos punire, latè tradunt Doctores, in c. 2. de maledicis, & in c. si canonici. S. ceterum. de off. ord. li. 6. vterq; Thomas 2. 2. q. 13. Montaluis in li. 1. tit. 26. parit a 7. Conarruias in c. quamuis patrum. in 1. p. relectionis, §. 6. Multa Menochius, li. 2. de arbitrarijs iudicij, centuria 4. casu 375. Roperi. Inquisit. verbo, blasphemus. Alfonso, li. 1. c. 12. de iusta hære. punit. Simancas de catho. instit. ti. 8. idè in enchyridio tit. 9. Tabienis in summa, verbo, blasphemia. Albertinus tract. de agnos. asser. q. 27. per totum. idè q. 6. n. 14. & q. 2. n. 63. vbi docet quando spectet ad Inquisitores blasphemos punire. Squillacensis tract. de fide cath. c. 16. Conradus Brunus, li. 5. de hære. c. 20. Iulius Clarus. §. blasphemia. Carverius tract. de hære. numero. 26. Pontinius tract. de Lamijs. nu. 86. Joann. Rojas tract. de hære. par. 2. asser. 12. Grammaticus dec. 50. incip. Marcus Spatarius. Boerius decif. 301. incip. Præsuppono quot modis. Sotus li. 8. de iust. et iure q. 2.

De Blasphemis, & eorum penis qui scribitur.

De blasphemis, & eorum penis qui scribitur.

art. 3. Diaz in prac. cri. c. 103. Antonius Gomez 2. 3. var. 1. fol. c. 1. nu. 1. & seq. et c. 2. nu. 2. Antonius in summa, p. 2. tit. 8. e. 7. & alij pleriq; plurim. alijs locis, sed hi copiosius, & diligentius re. edisserunt.

Quātum ad primum considerandum est, quod blasphemii sunt in duplici genere, &c. Similia huic ius disputationis hæc est: Ex his qui blasphemant quod nō proferunt blasphemias hareticales, et hi nō spectant ad tractatū de hareticis, neq. iudicio Inquisitorū supponitur: alij vero blasphemias hareticales euomunt, et propterea Inquisitorū iudicio subdantur. Hæc distinctio vera est, & cōiter a nostris nunc recepta, quam sequuntur Alfonso Casirus li. 1. c. 12. de iusta hære. punit. ibi. Blasphemia aut, quæ hæt quandam cum hære. vicinitatem, vel connexionem, hæc merito ad Inquisitores pertinet, vt de illa iudicent, & puniant. hæc ille. 7. de tradit. Albertinus, Simancas, Conradus Brunus, Conarruias, Ioannes Rojas, & nonnulli alij præcitat. locis, asserentes, quod admodū sortilegia hareticalia, seu sapiētia hæsism manifeste, spectat ad inquisitores, ita et blasphemias hareticales idè cautū esse videt in Hispania Hispalensi quadā instructione an. MD. c. 4. & alia Madril. an. MDLXI. c. 6. §. ibi: o por blasphemias qualificadas. et ca. 73. ibi: como sō blasphemias haretical. nō muy qualificadas.

Quoniam vero tota difficultas hic posita est in cognoscendis blasphemis hareticalibus, vt inde intelligatur quando possint hære. & prauitatis Inquisitores cōtra tales procedere, id breuiter explicare conuenit. Ioannes Rojas tract. de hære. p. 2. asser. 12. ait hareticales blasphemias esse, quæ habent significationem infidelitatis, & fidei abnegationis, & dicit: Et è opponuntur fidei confessioni: quare receptū est, has blasphemias esse hareticales. abnegō Deū: non credo in Deum: Discredo de Deo: venego fidem: vel Crucem Domini Iesu Christi: vel Chriſma quod frō te recepim: vel puritatem Virginis Mariæ.

Eymericus hic nu. 2. non obscure significat eorū blasphemias hareticales, quæ contra fidei articulos directe proferuntur, quæ sententia mihi magnopere probatur. Quicunque ergo ore impuro atq; blasphemio articulos fidei oppugnat, hareticalis blasphemus censendus est, & ad iudiciū Inquisitorū spectat.

Blasphemia vero ex qualitate verborū ac personarū, item ex circūstantiis temporum, & locorū cōsuetudinū sunt magis vel minus nefarie ac horrida.

Ille vero inter maximas blasphemias computanda sunt, quæ cōtra sacratissimam Mariam Virginē Matrem Dei prolatae fuerint: has enim diuina cōstitutio grauius coerct, vt præter alia memorabile illud docet exemplum, quod refert Nicephorus li. 18. c. 33. historię ecclesiasticę.

Aliæ aut blasphemie nō censentur hareticales, quales sunt illę, quæ Deo vel Sanctis imprecantur, & p quas quodammodo illis conuitia inferuntur, hæc vti dicitur est numerus, quarū multas referunt expeditiq; illis quos initio aduximus, has quoq; & grauius esse p suos iudices coerctas paulo post dicemus. Illud quaesitū est: vt blasphemie aliquę ad iudiciū inquisitorum pertineat, cum regulariter blasphemates aliud animo sentiāt, quā dicant. Sed hoc difficultati respondet, quod tametsi is qui blasphemans

mat. non sentiat verum esse quod dicit, at tamen dicendo blasphemado induit personam sententis re habere, ut dicitur: cum per actum exteriorum in fidelitatis iudicium ostendat, propterea quada blasphemie iudicium fidei iurisdictioni subijcitur, ut intelligant an blasphemus quandoque ita sentiant ut dicitur. Qualiter autem procedendum sit contra blasphemos diligenter & accurate prescribit in hac questione Emericus: omnis tamen nominatum recensere penas blasphemis imponi solitas, quas nos hic breuiter adiungemus.

Blasphemi olim veteri lege pena mortis puniebantur, nam Luitici c. 24. ita scriptum est. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte morietur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, sicut ille cuius siue peregrinus fuerit.

Iure ite civili Blasphemi pena mortis puniuntur, autem. vi non luxurie. contra naturam s. prater eas q. pena tunc loci habet, cum quis ex consuetudine et incorrigibilitate Deu blasphematus, ut C. inus, Baldus et Salicetus adnotarunt, in l. 2. c. de reb. credi. & Al. x. d. 2. 33. incip. P. detatis his. li. 6. pro quo facit decisio de p. h. m. 508. incip. Quertur de pena.

In Hispania iure regio Partiaru varie puniuntur blasphemus, sicut constat ex partia 7. in. 2. 8. quo lo 40 Rex Alfonso d. ligetissim. penas aduersus blasphemos diffixit, atq. constituit. At in singulis quoq. ciuitatib. bene constituitis, p. statuta municipalia conscrip. t. p. n. s. s. u. c. tra blasphemos. nec vlla fuit in qua g. s. t. a. in manu & barbara, q. n. p. t. a. n. e. r. u. g. r. a. u. i. t. e. r. p. l. e. c. t. i. d. o. s. e. o. s. q. u. i. c. o. n. t. r. a. s. u. a. n. i. m. a. b. l. a. s. p. h. e. m. a. r. e. t.

Iure Pontificio blasphemus, p. i. n. t. e. r. a. p. u. b. l. i. c. a. c. o. e. r. c. e. t. u. r. & si fuerit blasphemus laicus, iudici seculari iniungitur ut eum puniat pena pecuniaria, c. 2. de Maledicis. At quia pena dicti c. 2. de Maledicis, laicos tantu, no clericos coprehendebat, secundu Ioan. n. m. And. & Panormitanum ibidem, propterea in Concilio Laterano. sub Iulio II. cepto, & sub Leone X. confirmato sessi. 9. in bulla incip. super na. d. i. s. p. o. s. i. t. i. o. n. i. s. s. Ad abolenda. varias penas statuit Ecclesia contra blasphemos ta clericos, qua laicos. & Julius ite Papa III. seueru edidit rescriptu contra blasphemos anno Domini MDLIII. cuius initiu est: tu multus d. prauatis. Et postremo Pius v. Pot. Max. in bulla incip. Cu primu Apostolatus officiu. plene etiam cauit de penis ta laicorum qua clericoru blasphemaru, que omnia breuitatis gratia omitto.

Ceteru in his prouincijs vbi per Inquisitores blasphemus hereticales puniuntur, his penis plecli solent ut Simancas & Joannes Roias testantur praxitatis locis: na si blasphemus sit arrox, & blasphemus sit plebeus, infami mitra conspicuis alligata lingua, & sine pallio in publicum ducitur spectaculu, flagellus e aditur, et in exiliu mittitur; Quod si nobilis sit & honestior, sine mitra producitur: in monasteriu ad certum tepus truditur: pecuniariam multa soluit: ob suspensionem ab iurare quandoque copellitur. In leuioribus blasphemis mitius agitur Inquisitores arbitrio, sed ha pena imponi solet. na Inquisitores blasphemum damnant, ut aliquo die festo dem sacra peraguntur, sicut capite nudo, sine pallio, sine calcis nudis pedibus, chorda succinctus, & ce reu ardentem manu gerat. tadem absolutis sacris le-

gitur sententia, qua illi sepe indicuntur ieiunia, & pecuniaria pena.

Adorantes autem Machometum, &c. no excusantur in foro interiori a peccato. Et ratio huius sententia esse potest illa, qua mox subdit auctor. quoniam metus mortis pro fidei defensione & confessione non est metus cadens in virum constatem.

An autem qui metu vel alia causa committit exterius aliquid hereticale, vel apostaticum, sed tamen fide interius retinet, si excommunicatus, aut alias censuras incurrat, quaesitum est a multis: Et Caieta nus. 2. 2. q. 94. art. 1. incurrere asserit. contra sententia Archid. c. 1. de su. trimi. & fide cath. li. 6. in si. verbo, negare. Syluester in summa verbo, heresis. 1. q. 6. nu. 9. T. abiectionis verbo, A postasia. §. 3. n. 6. & verbo, hereticus. §. 2. nu. 3. Rosella verbo, hereticus. §. Si vero hoc f. i. v. o. §. 5. seq.

Et quantum in foro conscientia excommunicatus non sit, secus autem indicatur in foro exteriori, & proinde qui talia facta committit, & Ecclesia reconciliatur p. iudices ecclesiasticos, et a censuris absolutus, nec excusatur in foro exteriori ab idolatria, &c. Idem reperit Emericus paulo post q. 49. n. 9. cuius sententiam oppugnare videntur qua scriptus supra pa. 1. super q. 9. §. Sed iam alterum vbi eos non esse hereticos diximus, qui metu mortis aliquid hereticale dixerunt vel fecerunt.

Sed huc Emerici sententia vera videtur de iuris (ut ait) rigore, nonnullis concurrentibus, videlicet, ut qui fidem metu moris abnegat, probe causam fidei intelligat: peritus sit: ut Theologus, Monachus, Episcopus, & similes persone conspicue, quib. eam predicare quasi ex officio incumbat. Rursus ut eam abnegent, vbi facile periculum euadere poterat: aut vbi maxime ea prosteri tegebantur: diuini spe in tali apostasia perdurant, nec statim iussa oportunitate reuertuntur, & Ecclesie reconciliari deponunt. sine quando non ipsi se ipsos prodiderunt, sed aliorum testimonio legitime conuincuntur, nec metum probant, nec alij, que ad sui excusationem adducunt.

Et iuxta haec intelligenda & moderanda censentia, qua tradit Albertinus de agrostem, assertio, q. 8. nu. 11. & q. 30. nu. 3. & 12. & Simancas de catho. m. l. t. tit. 32. de idolatria. nu. 7. docentes ex factis hereticis, qualis est adoratio idolorum, vel Machometis, statim habendum esse, id facientem hereticu.

Q V A E S T I O XLII. De Sortilegis & Diuinatoribus. S V M M A R I V M.

- 1 Diuinatorum ac Sortilegorum duplex genus.
- 2 Sortilegi & diuinatores meri, qui sunt
- 3 Sortilegi hereticales inquisitoru iudicio subiecti.
- 4 Deprehensi fecisse hereticalia, ut heretici sunt habendi.
- 5 Sortilegis, vel diuinationes manifeste sapientia heresim.
- 6 Suspecti tantum iuxta qualitate suspicionis ab iurare debent.
- 7 In dubio, an sortilegia sapiat heresis, qd faciendu.

Q Vadragesima secunda questio est: Sortilegi & diuinatores an heretici, vel suspecti de heresi sunt habedum? Inquisitores hereticoru iudici.

Qui metu mortis hereticalia dicit, vel faciunt, quandoque ab heresi no excusantur.

Inde notandum, quod in his locis, ubi Inquisitores hereticales puniuntur, his penis plecli solent, ut Simancas & Joannes Roias testantur praxitatis locis: na si blasphemus sit arrox, & blasphemus sit plebeus, infami mitra conspicuis alligata lingua, & sine pallio in publicum ducitur spectaculu, flagellus e aditur, et in exiliu mittitur; Quod si nobilis sit & honestior, sine mitra producitur: in monasteriu ad certum tepus truditur: pecuniariam multa soluit: ob suspensionem ab iurare quandoque copellitur.

dicio sint subiecti?
 Ad hanc respondentis, quod duo sunt hic videnda secundum quod in questione duo sunt quaesita. Primum est, an diuinatores & sortilegi Inquisitoris haereticorum iudicio sunt subiecti. Secundum, positum quod sic, an sicut haeretici, vel ut suspecti de haeresi sunt habendi.

1. Quantum ad primum considerandum, quod sicut in proxima questione distinctum est de blasphemis, sic & hic distinguendum est de diuinatoribus & sortilegis, scilicet quod diuinatores & sortilegi sunt in duplici genere.

2. Quidam sunt sortilegi & diuinatores meri, sicut sunt qui agunt mere ex arte chymantia, qui ex manus lineamentis diuinant, & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionibus hominis: vel qui ex aequalitate vel inaequalitate festularum aliquid praesens, sed tamen absolum ab eis iudicat tamen diuinando, & consimiles: isti cadunt in tit. de sortilegiis & diuinationibus. & de istis non se habet intrinsece Inquisitor per frequenter allegatum c. Accusatus. Et de his loquitur c. Ex tuarum, extra de sortilegiis. vbi dicitur, quod Vlricus presbyter cum quodam infamum, hoc est, diuinatore (dicit glossa) ad secretum locum prexit, non ea intentione ut demonem inuocaret, quasi dicat, quia hoc fuisset haereticum: sed ut cum inspectione astrolabij futurum quoddam inueniret, quasi dicat, quod est mere diuinatione, vel sortilegium.

3. Quidam autem alij sunt sortilegi & diuinatores non meri, sed ad haereses contracti, ut sunt demonibus honorem latrae vel dulcia impendent, puerum rebaptizantes, vel similia facientes: & hoc pro diuinando futura seu cordis intima penetrando: quae quidem sapiunt haeresim manifeste. Et tales sortilegi & diuinatores Inquisitoris iudicio non euadunt, sed haereticorum legibus puniuntur, per allegatum c. Accusatus.

4. Quantum ad secundum considerandum est quod huiusmodi sortilegi & diuinatores, qui in suis sortilegijs & diuinationibus faciunt & admittunt aliqua, quae sapiunt haeresim manifeste: si isti tales reprehendantur vel confessione propria: vel testium productione legitima: vel facti euidentia (quibus modis iuxta gl. in c. Ad abeledam, §. praesenti, & verbo, deprehensus, quis proprie dicitur deprehensus) fecerit sortilegia, vel diuinationes, in quibus admittetur aliqua, quae sapiunt haeresim manifeste.

5. Vt potest imaginem baptizasse: vel puerum rebaptizasse: vel factum oleo sacro in unxisse: vel caput defuncti subsumgasse, & his similia: tales ut haeretici sunt habendi, sic quod si uoluerint penitere, & abiurare huiusmodi, quae sapiunt haeresim manifeste, & satisfactionem cognitam exhibere, sunt per iudices fidei ad misericordiam admittendi: aliam si non uerent ut haeretici impenitentes tradendi sunt curiae seculari, animaduersione debita puniendi: iuxta alleg. c. Ad abolendam, §. praesenti, non quod sortilegi vel diuinatores, qui huiusmodi haeretica in talibus sortilegijs & diuinationibus admittentes, dicuntur sortilegi haereticales.

6. Si autem clare non deprehendantur incidisse in huiusmodi sortilegia seu diuinationes sapientes haeresim manifeste, ut potest, quia nec fatetur,

Meri sortilegi & diuinatores qui ut.

seu indicant.

Sortilegi & diuinatores quando haeretici.

Sortilegia vel diuinationes sapiunt haeresim manifestam.

A nec conuincuntur, sed sunt indicia: tunc de indicij est videndum. Quia si sunt talia, quae inducunt suspicionem uehementem, debet abiurare huiusmodi, cum sapiat haeresim manifeste, tamen suspecti de haeresi uehementer. Si autem sunt leuia, & facit leuem praesumptionem, debet abiurare tanquam suspecti leuiter: iuxta c. Accusatus, in pri. de haer. li. 6.

Si autem nec apparent clare indicia, sed tantum probatur clare infamia, tunc talibus est purgatio canonica iudicanda, iuxta c. Inter sollicitudines, extra de purg. cano.

7. In casu quo non appareat, quae illa, quae admittuntur in sortilegijs, vel diuinationibus, sapiunt haeresim manifeste: sed sit dubium an talia admixta haeresim sapiant: ut potest si ad orientem se conuertant aliqua uerba iniurata, & non intelligibilia proferant, vel similia: tunc de his non se habet intrinsece Inquisitor: sed debet tales dimittere suis iudicibus puniendos, iuxta notata per Archid. & Ioan. And. & Ioan. Monachum super alleg. c. Accusatus, §. sane, & verbo, manifeste.

COMMENT. I X V I I.

Nulla est fere hodie frequentior disputatio quam quae de Sortilegijs & Diuinationibus suscipitur, ob uanas & inanium hominum superstitiones, & opinioniones, qui ut desiderijs suis impie satisficiant, non uentur grauisima haec delicta, & quae lex Dei acriter detestatur, & punit, perpetrare.

Est autem late patens tractatio, quae breui oratione concludi nequit: fontes tamen unde copiose fertur, indicabo, inde auctore lumine interpretatioms, ubi opus fuerit, illustrabo.

Ergo praeter eas, quae ab Eymérico hac questione sequenti de sortilegijs traduntur, late de eadem re differit Grilladus integro tractatu de sortilegijs. Zanobius tract. de haer. c. 22. & ibi copiose Compegius. Speculator & ibi Ioan. And. in tit. de Sortilegijs. Reper. Inquisit. verbo, Sortilegia. & verbo, Diuinatores. Tabie. in summa verbo, Sor. Siluest. verbo, Diuinatione. verbo, Maleficium. & verbo, Superstitio. Simancas de cath. in sit. tit. 62. de Sortilegijs et ti. 63. de superstitionibus. Albertinus tit. 1. de agnos. asserq. 1. n. 3. et seq. Alfonsus. li. 1. de iusta her. pun. c. 13. c. 12. S. I. hom. 2. 2. q. 9. Bernadinus Diaz in pract. crimin. c. 160. & 101. Albertus Pigbius li. 8. de libero hominis arbit. c. 4. Lotarius in opere iudiciali, verbo, Diuinationes. Squilla celsi tract. de fide catho. c. 1. & multis seq. Bernadus Comensis in Lucerna Inquisit. verbo, Sortilegi. Iam Decretorum Ecclesiasticorum collectores copiosissime etiam de hac re egerunt colligentes ex probatis Concilijs & sanctis Patribus quaecunque aduersus hac hominum monstra sancita sunt. Gratianus 24. q. 5. per totum. & 26. q. 7. c. non licet. c. si quis. c. admovent. & c. non obseruatis. et illis locis latissime Archid. Turrece. & ceteri interpreses.

Iuo in suo Decreto par. 11. quae tota est de auguribus, incantatoribus, sortilegis, & penis eorum. Burchardus toto li. 10. decretorum. Canonista in Rub. & tit. de sortilegijs. Iuris civilis interpres in Rub. & tit. de malef. & mathem. Iude in lit. apud Laborem. §. si quis astrologus. ff. de iniurijs. & alibi multis locis, cum Theologorum aliorum artium professores. Sicut

gendi glo. & Doct. in dicto cap. accusatus. S. sanè. A
verbo, manifeste. de haret. lib. 6.

COMMENT. XLIII.

De inuocantibus Dæmones.

S V M M A R I V M.

- 1 Inuocatores demonum in triplici sunt differen.
- 2 Quidam latræ cultum eis impendunt in suis inuocationibus.
- 3 Quidam vero dulgæ, & qui sint isti.
- 4 Alij tertio quodam modo illos inuocant.
- 5 Inuocantes dæmones cum cultu latræ, ut heretici haberi puniriq; debent.
- 6 Futura ab ariolis, et dæmonib; inquirere illicitū.
- 7 Dæmonū inuocatio cōiuncta hēt apostasiā a fide.
- 8 Canonistarū sentētia de inuocantibus dæmones.
- 9 Extrauagans Ioannis xxij. edita contra tales.
- 10 Declaratio verborum Glo. Ioan. And. & Ioan. Monachi.
- 11 Dæmoni exhibentes honorem duliæ, censendi sunt heretici.
- 12 Dulgæ honor aliquando propter sanctitatem.
- 13 Aliquando propter potestatem ac iurisdictionem exhibetur.
- 14 De inuocatoribus tertij generis quid sentiendū.



Vadragessimatertia questio est: Dæmones inuocantes, an tanquam fortilegi vel tāquam heretici seu suspecti de heresi sint habeadi sic, quod Inquisitores hereticorum iudicio sunt subiecti?

Ad hanc respondemus, quod secundum varietatem modi inuocadi sumitur & varietas questionis huiusmodi respondendi.

1 Inuocantes namque dæmones, quantum ad modum, triparte variatur, vt apparet in libro, qui Salomoni inscribitur, qui tabula ꝑ Salomonis intitulatur: sup quo iurant dæmones aduocati de dicēda veritate, sicut nos Christiani sup quatuor Dei Euangelia, & iudæi super legē Dei q̄ dedit Moysi: in quo libro potestas Luciferi & aliorū dæmonū mendaciter est inserta: & orationes nefariæ a dæmonibus reuelatæ Luciferi, & alijs dæmonibus exhibēda. Apparet etiam in libro, qui Honorio necromantico inscribitur: qui Thesaurus necromantiæ a necromanticis appellatur. Quos quidem libros a necromanticis ꝑ me captis auulsi, & legi, & publice tradidi cōburēdos. Apparet et de facto in diuersorū inuocatorum dæmonum cōfessionib; & alijs Inquisitionis gestis per me, & alios Inquisitores hereticæ præuitatis.

2 In prædictis enim & alijs nonnullis libris & Inquisitoribus apparet, q̄ quidam dæmones inuocantes, manifeste exhibēt honore latræ dæmonib; inuocatis: vt pote eis sacrificando: adorando orationes execrabiles effundēdo: se dæmonibus deuouendo: obedientiam promittendo: aliqd se facturos pro dæmonibus afferendo: ꝑ talē dæmonē iurando: ꝑ nomē alicuius superioris dæmonis istū quem inuocant adiurando: laudes dæmonū vel cantus in eius reuerentiā promēdo: genuaflectendo: prostationes faciendo: castitate ꝑ dæmonis reuerentiā, vel monito obseruando: ieiunādo: vel carnē suam alias macerādo: vestib; nigris

vel albis pro dæmonis reuerentiā, & artis moribus inducēdo: ꝑ characteres & signa, & ignota nomina obsecrādo: luminaria accendēdo: thurificādo: de ambra, ligno aloes, & similibus aromaticis ꝑ subfumigādo: aues, vel animalia alia immolādo: sanguinem propriū ex se emittere, purādo: aues vel animalia, seu eorū partes cōburēdo: sal in ignē mittēdo: holocaustum de quouis faciendo. Oīa n. prædicta, & quam plura alia nefariā in prædictis inueniuntur a dæmonib; cōsulata & cōcupita: in quibus ꝑ omnib; & quolibet prædictorum honor latræ, si prædicta bene cōsiderentur, dæmonibus exhibet. Si n. bene antiquæ & nouæ legis sacrificia Deo exhibita cōtempletur, illico inuenietur, q̄ sup prædicta nō dæmonib; sed Deo sunt solūmodo tanquam vera sacrificia exhibēda. Ecce primus modus dæmones inuocadi, vel aduocadi. Et isto modo sacerdotes Baal ipsum inuocabant; sanguinem proprium & animalia offerendo: vt legitur 4. Reg. 18. cap.

3 Quidam aut dæmones inuocantes, exhibēt dæmonib; inuocatis nō honorem latræ, sed dulgiæ: vt pote nomina dæmoniorū inter noīa spiritū Beatorū, vel sanctorū in suis q̄būsdā nefarijs orationib; miscēdo, mediatores in illis orationibus a Deo exaudiendis ponēdo: cereos accendēdo: Hec Deum per eorū noīa vel merita obsecrādo. Hec n. prædicta & multa alia execrabilia in prædictis libris inueniuntur cōscripta: ꝑ in quibus honor dulgiæ dæmonibus exhibetur. Si n. modus Sacerdotis exorandi ab Ecclesia institutus diligentius cōtempletur, videbitur q̄ prædicta non sunt dæmonibus, sed sanctis & Beatis spiritibus exhibēda. Ecce secundus modus dæmones inuocandi. Et isto modo Sarraceni inuocant Machometum tāquā Dei sanctum, & nonnulli Begardi fratres Petrum Ioannem, & alios per Ecclesiam cōdamnatos.

4 Quidam aut dæmones inuocantes, quædam faciunt inuocādo, in quib; non apparet clare, quod honorē nec latræ nec dulgiæ exhibeat dæmonib; inuocatis: vt circulum in terra describēdo; puerū in circulo ponēdo: speculum, ensem, am phorā, vel g aliud corpus periuū ꝑ corā puero statuent; ipso necromantico librum tenēte, ac legēte; dæmonē inuocāte, & similia multa, vt prædicta ars, & talium multorum cōfessio satis docet. Ecce tertius modus dæmones inuocadi. Et isto modo Saul ꝑ Pythonissam, spiritū Pythonicum inuocauit in quā inuocatione nullus honor legit̄ interuenisse, nec dulgiæ nec latræ, vt legit̄ 1. Reg. 26.

5 Patet ergo quod dæmones inuocantes tripartiter variatur. His suppositis ac præmissis, tres ponuntur casus, seu conclusiones secundū quod tripliciter distinguuntur dæmones inuocantes. 1 Primus casus seu cōclusio est: quod si dæmones inuocantes exhibent dæmonibus inuocatis honore latræ quoquomodo, & de hoc clare sint cōuicti iudicialiter, vel confessi: tales non vt heretici, sed vt heretici iudicio Ecclesiæ sunt habeadi, & per consequens si resipiscant, hæresi ꝑimitus abiurata sunt ut pœnitentes heretici ꝑpetuo immuradi. Si autem noluerint desistere, vel si dixerint se velle desistere, & pœnitere, tamen noluerint

tal. clauicula

primus modus inuocadi dæmones per honorem latræ.

no uerint abiurare; vel si abiurauerint, & postmodum relabantur. seculari sunt iudicio relinquenti, ultimo supplicio puniendi, per omnia sicut de alijs hereticis iudicant canonice sanctiones.

Hæc cõclusio seu casus potest deduci tripliciter. Primo ex dictis sanctorum doctorum theologorum. Secundo ex dictis doctorum canonistarum. Tertio ex dictis Ecclesie determinationibus.

Primo ex dictis Theologorum. Beatus namque Augustinus de ciuitate Dei, loquens de sacrificijs soli Deo, & non dæmonibus exhibendis, dicit, sic: Videmus in omni republica obseruari, quod summum rectorem aliquo singulari signo honoratum quod qui alicui alteri offerret, crimine læsæ maiestatis obnoxius esset. Et ideo in lege diuina statuitur pœna mortis his, qui diuinum honorem alijs exhibent. Exteriora sacrificia ita sunt signa interiorum, sicut uerba sonantia sunt signa rerum: quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum dirigitur uoces significantes, cui res ipsas in corde quas significamus, offerimus: ita sacrificantes non alteri uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam illi cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus.

Sacrificium certè nullus est, qui audeat dicere debere, nisi soli Deo, dicente etiã Angelo Manue, qui uolebat sibi offerre hędum de capris sic si me cogis, non comedam panes tuos: si autem uis holocaustum facere, offer illud Domino, uisibile sacrificium exterius, inuisibile sacrificium interius est signum: quis enim sacrificare cõsueuit, nisi illi, quem ut Deum sciuit, aut credit, aut finxit?

Ex quibus uerbis Augustini clarè patet, quod sacrificium soli Deo debetur: & qui aliter quam Deo illud exhibet, ex eius facto ostendit se credere illum fore Deum: quod est hæreticũ. Qui igitur dæmonibus sacrificium offerunt, dæmonem se habere in Deum, ac credere esse eorum uerũ Deum exteriori facto profitentur & ostendunt: quare hæretici sunt habendi.

Item Beatus Augustinus secundo de doctrina Christiana, præmissis multis diuinationum, & inuocationum generibus dicit ita: Omnes igitur artifices & huiuscemodi uel nugatorie, uel noxię superstitionis ex quadã pestifera societate hominum, & dæmonum, quasi pacta quadã infidelis, & dolosæ amicitie constituta penitus sunt re pudanda, & fugienda Christiano: non quod idolum sit aliquid (ut Apostolus ait) sed quia quæ immolant, dæmonibus, & non Deo immolat. Superstitiosum est quicquid institutum ab hominibus est ad faciendã, & colendã idola pertuens uel ad colendam sicut Deũ creaturã, partem uel illam creaturæ, uel ad cõsultationes, & pacta quadã signorum cum dæmonibus placita atque federata, hæc Augustinus. Ex his uerbis Augustini patet, quod dæmonibus sacrificantes Augustinus uocat infideles, & superstitiosos: infidelitas autem, quæ accidit Christianis, hæresis est.

Superstitio igitur est uitiũ oppositũ de directo religioni Christiana, seu lætitię, ergo in Christia

no hæresis est; & per consequens dæmonibus sacrificantes heretici habendi sunt.

6 Sanctus Thomas in postilla super Isaiam super isto uerbo: Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem, & Iuda validum, & fortem, & uirum bellatorem; iudicem, & Prophetam, & ariolum, Isaiã, 3. c. super isto uerbo ariolum, mouet quæstionem: an inquirere futura ab ariolis sit illicitum: & in fine loquens de scientia dæmoniorum, & quæ scire possunt, & quæ nõ, dicit ita: Tamen est semper peccatum inquirere ab eis & apostasia a fide, ut dicit Augustinus.

hæc beatus Thomas, Et credo quod intelligit dicere de illo uerbo Augustini, quod recitatur 26. q. 7. Non obseruetis, quod ponitur infra, ubi expressè hoc dicit Augustinus. Ex quibus uerbis apparet, quod a dæmonibus futura inquirere est apostasia a fide: ergo longè fortius sacrificare, apostasia autem a fide in Christiano, hæresis est: ergo apostata a fide hæreticus est. Igitur dæmonibus sacrificans, ut apostata a fide Christi, & hæreticus habendus est.

Idem sanctus Thomas 2. sententiarum dist. 7. articulo ultimo in corpore quæstionis, ubi quaerit utrum uel auxilio dæmonis sit peccatum, dicit sic: Rõspondeo, dicendum quod ea, quæ sunt supra facultatem humanæ naturæ a solo Deo requirenda sunt: & ideo sicut grauer peccat qui illud, quod est Dei, creaturę impendunt per idolatrię cultum: ita etiam grauer peccant qui ea, quæ a Deo expectanda sunt, auxilio dæmonum implorant: & huiusmodi est uaticinatio de futuris, ut dicit Isaiã 8. Nunquid non populus a Deo suo requirit uisionem pro uiuis, & mortuis, &c.

7 Et similiter etiam in alijs operibus magicis, in quibus complementũ operis ex uirtute dæmonis expectatur: in omnibus enim est apostasia a fide propter pactum inicum cum dæmone: uel uerbotenus si inuocatio interfit: uel facto aliquo etiam si sacrificia desint. Non enim potest homo duobus dominis seruire, ut dicitur Matth. 8. hæc beatus Thomas: Ex his clarè patet, quod dæmones inuocare, & consulere, etiam sine sacrificio, apostasia est a fide, & per consequens hæresis: longè ergo plus sacrificio.

Dominus etiam Albertus Doctor magnus ordinis fratrum Prædicatorum, qui fuit Archiepiscopus Ratisponen. super 2. sententiarum dist. septima, articulo ultimo, in corpore quæstionis, ubi quaeritur: utrum Magicis, & Mathematicis intendere sit peccatum, & apostasia a fide, respondet sic: Solutio, dicendum, quod in talibus semper est apostasia uerbi, uel operis: Si enim inuocationes, coniurationes, sacrificia, subfumigationes, & adorationes fiant, tunc aperte pactum inicitur cum dæmone, & tunc aperte est apostasia ibi oris. Si autem non fit, nisi opere simplici: tunc est apostasia operis: quia illud opus expectatur a dæmone. Cum autem expectatur aliquid a dæmone, uel aliquid percipere per ipsum, semper est fidei contumelia, et ideo apostasia. hæc Albertus.

S. Thomas,

Futura ab ariolis inquirere illicitum est.

Inuocatio dæmonũ contumelia hæretica a fide.

Albertus Magnus.

Y 2 Idem



Petrus di Tarantasia. Idem tenet dominus Petrus de Tarantasia ordinis prædicatorum, qui postmodum fuit Papa Innoc. V. dicens, super 2. sententiarum ead. dist. & articulo, quo quaritur: *utrum liceat uti demonum ministerio, siue arte:* addit tandem sic, respondens ad tertium argumentum: *Ad illud de libro, Respondeo q. quomuis liber perditus ab homine requiri possit, non tamen a demone; quia dæmō interrogatus, non respondet super talibus, nisi per quædam pacta, & venerationes, & adorationes, & invocationes illicitas, hæc ille.*

nona ventura Ale de Ales. Et dominus Petrus de Bonaventura, qui fuit Cardinalis, & etiam Alexander de Ales de ordine fratrum Minorum, omnibus prædictis assentiunt super 2. sententiarum dist. 7. & nonnulli alij magistri in Theologia: Et specialiter dominus Frater Guido, de ordine Beate Marię de Carmelo Episcopus Maioricensis, & post Eluensis, qui ad mandatum domini Ioannis Papę xxij. questionem super hoc edidit specialem.

Ioan. And. & Secundo probatur hæc eadem conclusio ex dictis doctorum Canonistarum. Nam Ioannes And. super c. accusatus. §. sanè. & verbo, Saperent, extra de hære. lib. 6. dicit ita: *Saperent, sicut est circa aras idolorum nefarias preces emittere: sacrificia offerre, demones consulere: eorumque responsa suscipere.* 26. q. 2. ca. li qui & q. 4. cap. Igitur vel associant sibi propter sortes exercendas hæreticos: vel faciunt prædicta cum sanguine, vel corpore Christi vel in fortibus (ut possint habere responsa) puerum rebaptizant, vel his similia. hæc Ioan. And.

Archidiaconus. Archidiaconus vero super eod. c. & §. sanè, super eod. verbo, Saperent. vt 26. q. 4. c. 1. circa principium, ver. Arioli, quando aliqua faciunt, vt habeant responsa a demonibus, vt ibi & ead. causa q. 2. li qui. Nam tales multo magis peccant, quam in casu posito supra eod. ca. §. ille. Et magis hoc videtur hæreticum, quam illud. hæc Archidiaconus.

Ioan Monachus. Ioannes autem Monachus super eo. c. & §. & versic. Saperent, dicit ita, Saperent, sicut circa aras idolorum nefarias preces emittere: sacrificia offerre: demones consulere: eorum responsa accipere. 26. q. 2. li qui. & cap. Igitur. ead. causa. q. 4. ver. Arioli. Et est ratio; nam si adorare hæreticos est hæreticum, §. ille, supra eo. c. & hoc nõ est propter personam, sed propter vitium; ergo adorare demonem erit maius peccatum; iuxta illud: Propter quod vnūquodque tale, & illud magis, argum. C. de sacros. Eccl. autem. multo magis, hæc Ioannes Monachus.

Aurhe. Multo magis. Et idem Oldradus in cõpilatione questionum, quã fecit in concilio 210. questione, qua quaritur: *an Ioannes de Poliaci, qui dedit pocula amatoria mulieribus, sit suspectus de hæresi vehemeter,* in responsione questionis dicit sic: *Nunc ergo videndum est; an dare pocula amatoria mulieri hæresim sapiat manifestè. Et videtur quod sortilegia simplicia: vel etiam pocula amatoria; vel propter consentianam, hostiam non consecratam vt consecratam sumere, hæresim nõ sapiant manifestè, vt apparet ex criminum distinctione, &*

† al. de Petri macho.

A penarum impositione, & de primo apparet, extra de sortileg. in rubro, & nigro: quæ rubrica preparata ponitur a rubrica de hæret. & habetur expressè extra de hæret. lib. 6. c. Accusatus. §. sanè. De secundo habetur extra de cele. Mis. c. De homine. De tertio habetur. ff. de penis. l. Si qui abortionis. Imagines vero facere ad amorem mulierum procurandum, magis videtur superstitiosum quam hæreticum, licet hoc indubitanter legitur Augustinum, li. 10. de Ciuitate Dei ad demones pertinere ludificatores animarum sibi subditatum; sicut etiã tradit S. Thom. de Aquino, 2. 2. q. 96. in tit. de superstitionibus obseruatium, artic. 2. Demonia vero inuocare, eis nefarias preces emittere; et funesta sacrificia offerre: hisque celeberrimis eorum responsa expetere, videtur hæresim sapere manifestam, vt 26. q. 4. Igitur genus diuinationis, & infra: Inuocare vero demonia, & eorum responsa expetere ad sciendum futura, & hoc hæresim sapit manifestè, quia creaturæ attribuitur, quod est proprium creatori iuxta illud Isaie, c. 41. Annunciate nobis quæ vetera sunt in futurum, & sciemus quia diuinitus estis. Si vero demones inuocentur ad tentandam pudicitiam mulieris, tunc quia inuocatur ad illud, quod est proprium eis, scilicet tentare (vnde Saluator in Euangelio eum tentatorem nominat) licet hoc facere sit turpe, sedum, & mortale peccatum, tamen non censetur hæresim sapere manifestè: si inuocatio procedit per modum Imperij, non adorationis. Si enim adorare hæreticum, est hereticum, vel sapit hæresim manifestè, & hoc non est propter personam, sed propter vitium: ergo vbi erit manus vitium, sicut est in adoratione diaboli, maius erit peccatum, vt habetur extra de hæret. lib. 6. capit. Accusatus. §. sanè. & ibi not. per Ioannem Monachum. hæc dominus Oldradus.

D Guillelmus de monte Lauduno super antedicto verbo, saperent, dicit ita. Saperent, sicut sacrificia offerre demonibus, vel quia prædicta committunt cum corpore Christi, vel sanguine, 26. q. 2. li qui.

Bartholomeus Raymundi super eo. verbo, Saperent, dicit ita. Saperent vt quia idola adorant, vel demones. 26. q. 4. Igitur.

Tertio eadem conclusio, seu casus probatur ex dictis Ecclesię determinationibus. nam 26. q. 4. capitulo, 5. capitulo. Episcopi, dicitur sic. Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, vt perniciosam, & a diabolo inuentam sortilegam, & magicam artem, ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquem virum, aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inuenierint, turpiter dehonestatum de parochijs suis eiciant. ait enim Apostolus: Hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui huiuscemodi est. Subuersi sunt & a diabolo capti tenentur; qui relicto creatore suo, diaboli suffragia querunt. Et ideo a tali peste decet mundari sancta Ecclesia.

E Ex his apparet, quod magicam artem sceleratam &

& exerceant, vt heretici sunt habendi & vitandi: alias auctoritas Apostoli introducta prædicta. hereticum hominem post primam & secundam correctionem deuita: tanquam impertinens ad propositum effect inducitur. Sed demones inuocantes, & eisdem sacrificantes, magicam artem sunt in hoc sectantes, & exerceant: ergo ut heretici sūt ab Ecclesia Dei habendi & vitandi. Et sequitur: Illud etiam non est omittendum, quod quædam scelerata mulieres, retro post satanam conuersæ demonum illusionibus & phantasmibus seductæ, credunt & profitentur se nocturnisq; horis cum Diana dea paganorum, vel cum Harodiade & innumera multitudine mulierum, æquitate super quasdam bestias, & multarum terrarū spatia in tenebris noctis silentio pertransire, eiusque illusionibus velut dominae obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vitant hæc sola in perfidia sua periissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent: nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Quia propter sacerdotes per Ecclesias sibi commissas, populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnino falsa esse, & non a diuino, sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. hæc ibi.

Ex his apparet, quod prædictæ sceleratæ mulieres, in perfidia perseverant, à recta via deuiant atque fide, & earum mentibus infidelibus demones se obijciunt & deludunt. Si ergo istæ mulieres, de quibus non constat, quod sacrificia offerant demonibus inuocatis, perfidæ & infideles & a recta via deuiantes in præfato decreto in concilio Aquirensi dictæ & habitæ sunt; & per consequens, si baptizatae sunt, vt hereticæ habendæ sunt: quia Christianam a recta via & fide deuiant, & infidelitatem recipere, est proprie hereticare; quanto magis Christiani, honorem patriæ exhibentes & sacrificantes demonibus, inuocatis, dicendi & habendi sunt perfidæ, a recta fide deuii, & infideles infidelitate Christianorum, quæ est hæresis, & per consequens heretici sunt habendi: Reuera sic. Et 24. q. 3. c. Quidam heretici ubi secta hereticorum, & eorum nomina numentur, dicitur sic: Ophitæ colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφίς dicitur: colunt enim serpentes. & eod. cap. Cainam inde sic appellati, quoniam Cain adorant, & eod. cap. Angelici vocati, quia angelos colunt. Si ergo colentes serpentes, Cain, seu Angelos, heretici sunt iudicati: non longe melius demones colentes, adorantes, vel sacrificantes heretici sunt censendi? Reuera sic. Quanto enim magis creatura elongatur a perfectione diuinitatis, tanto est grauius scelus ei honorem patriæ impendere. Et cum demones (etsi non ratione naturæ, saltem ratione culpæ) magis elongentur a Deo, quàm alia creatura, idcirco grauius est eos adorare. Et cum Angelos colere sit hæresis scelus, et tales sint per allegatū cunctos hereticos, computati, multo fortius demones

A nes colere, adorare, vel quouis modo alio sacrificare sapit hæresim manifeste, & per consequens tales scelus huiusmodi perpetrantes vt heretici sunt ab Ecclesia iudicandi.

Hanc conclusionem seu casum determinat dominus Ioannes Papa XXI. in extrauagane; Super illius specula. tenoris sequentis.

9 Extrauagans Ioannis xxii. contra Magos, magicaq; superstitiones.

Super illius specula, quamuis immeriti, Scius fauente clementia, qui primum hominem humani quidem generis protoplasti, terrenis prælatum, diuinis virtutibus adornatum, conformem & consimilem imaginem suam fecit, reuocauit profugum legem dando, ac demum liberauit captiuum, re inuenit perditum, & redemit venditum merito suæ passionis, vt contemplaremur ex illa super filios hominum: qui Christianæ religionis cultu Deum intelligunt & requirunt: dolenter aduertimus, quod etiam cum nostrorum turbatione viscerum cogitamus, quamplures esse solo nomine Christianos, qui relicto primo ueritatis lumine, tanta erroris caligine obnubilantur, & cum morte fedus ineunt, & pactam faciunt cum inferno: demonibus namque immolant: hos adorant; fabricant, ac fabricari procurant imagines: annulum uel speculum, vel phialam, vel rem quamcumque aliam magice ad demones inibi alligandos ab his petunt, respõsa ab his recipiunt, & pro implendis prauis suis desiderijs auxilia postulat, pro re fertidissima fetidam exhibent seruitutem (prohdolor) huiusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius conualescens, successiue grauius inficit Christi gregem. Cum igitur ex debito suscepti pastoralis officij, oues oberrantes per deuiam, teneamur ad caulas Christi reducere, et excludere a grege Dominico morbidas, ne alias corrumpant: Hoc edicto in perpetuum ualituro, de consilio fratrum nostrorum, monemus omnes & singulos renatos fonte baptismatis, in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione anathematis præcipiētes eisdem, quod nullus ipsorum, aliquid de peruersis dictis dogmatibus docere ac addiscere audeat, vel, quod execrabilius ac quomodolibet alio, in aliquo illis uti. Et quia dignum est quod hi, qui per sua opera peruersa spernunt Altissimum, pœnis suis pro culpis debitis percillantur. † Nos in

† al. honora-
tur.

omnes & singulos, qui cōtra nostra saluber-
rīma monita & mādata facere de prædictis
quicquam presumpserint, excommunica-
tions sententiam promulgamus, quam ipsos
incurrere volumus ipso facto: statuentes fir-
miter, quod præter pœnas prædictas, con-
tra tales, qui admoniti de prædictis, seu præ-
dictorum infra octo dies a monitione com-
putandos præfata, a præfatis non se corre-
xerint, ad infligendas pœnas omnes & sin-
gulas, præter bonorum confiscationem dū-
taxat, quas de iure merentur hæretici, per
suos competentes iudices procedatur: Ver-
um cum sit expediens, quod ad hæc tam
necanda omnis via, omnique occasio præ-
cludatur, de dictorum nostrorum fra-
trum consilio uniuersis præcipimus, & man-
damus, quod nullus eorum libellos, scriptu-
ras quascumque de præfatis damnatis erro-
ribus quicquam continentes, habere, aut te-
nere, uel in ipsis studere præsumat; quin po-
tius volumus, & in uirtute sanctę obediētię
cūctis præcipimus, quod quicumq; de scrip-
turis præfatis, uel libellis quicquam habue-
rint, infra octo dierum spatium ab huiusmo-
di edicti nostri notitia computandum, to-
tum, & in toto, & cum qualibet sui parte abole-
re, & cōburere teneantur: alioquin volumus,
quod incurrant sententiā excommuni-
cationis ipso facto, processuri contra con-
temptores huiusmodi (cum constiterit) ad
pœnas alias gravioras, Datum Auinione.
10 Hic autem considerandum est, quod illa præ-
dicta, quę ponuntur a Ioan. Andr. & Ioan. Mo-
nacho, & ab Archidiacono super e. acculatus. §.
sanct. & uerbo, Saperent, scilicet, ad aras idolorū
necarias preces emittere: sunt ista sacrificia offer-
re: responsa ex petere, &c. & ea, quę ponuntur
etiam in extrauagante prædicta domini Ioan.
XXII. super illius specula, scilicet, demones in-
uocare: adorare: sacrificia offerre, &c. non sunt
sumenda, nec intelligenda copulatiue, ut om-
nia simul iuncta sapiant hæresim, & non alias;
immo quodlibet illorum sapit hæresim manife-
ste. Qui enim Machometum in suum auxilium
inuocaret, esto quod aliud ei non faceret, mani-
feste in heresim incidere. Similiter, qui in hono-
rem eius aram sibi constitueret. Idem etiam con-
similiter & de demone est dicendum: nam quod
libet illorum, scilicet inuocare: aram construere
sacrificare, & cetera, actus sunt latrię, qui soli do-
mino Deo debent offerri, Si ergo aliquis illorum
actuum fiat, in honorem diaboli uel Machometi,
sapit hæresim manifeste.

† al. publica-
tionē.

11. Secundus casus, seu conclusio est: quod si
demonēs inuocantes non exhibeant demonibus
inuocatis honorem latrię, sed exhibeant hono-

re hiperdulia, uel dulia, modo in antea explicato,
& de hoc clare sunt confessi iudicialiter, uel
conuicti: tales non ut fortilegi, sed ut hæretici in
iudicio Ecclesię sunt habendi: & per consequens
si resipiscant, errore & hæresi primitus abur-
ta, sunt perpetuo immurandi ut hæretici pœniten-
tes. Si autem non resipiscant, sunt ut impenitentes
hæretici feriendi: uel si aburant, & relabuntur
sunt plectendi per omnia sicut ceteri hæretici.
12. Hic casus, seu conclusio, quamquam ex pri-
mā conclusione satis pateat antefactas, potest ni-
hilominus breuius sic conuincij, honor enim du-
lię alicui exhibetur dupliciter, uel duplici de cau-
sa. prima est in signum sanctitatis, & hac de cau-
sa Abraham, Loth, & Manue, Angelos adorauerunt,
ut de Abraham patet Ge. 18. & de Lot Gen. 19.
& de Manue. Iud. 13. Hac etiam de causa Assue-
rus Mardochei, & Salmanasar Thobiam super
alios honorauerunt. de Assuero patet Hester 3. &
de Salmanasar Tobia: 1. Hac etiam de causa An-
geli beati, & sancti, qui sunt in patria, a nobis
adorantur, & honore dulia festiuantur.
13. Secunda causa est, in signū gubernationis,
iurisdictionis, & potestatis. Et hac de causa Na-
tham propheta, & Bersabee mater Salomonis,
David Regem adorauerunt, ut patet 3. Reg. 1. Hac
etiam de causa Pontifices, Reges, & alij regimi-
ni præsidentes, ut Dei uices in regimine gerentes,
a suis subditis honore dulia uenerantur. Si ergo
aliquis honorem dulia exhiberet, facto se crede-
re ostenderet, illum, cui talem honorem dulia
exhiberet, sanctum, & Dei amicum fore, uel gub-
ernatorem, uel rectorē a Deo constitutum esse;
& sic Deum in eos tanquam in sibi charo, &
amico, uel in uicario suo principaliter honora-
ret. Nam cum sancto honor dulia exhibetur,
Deus in sancto principaliter honore latrię adora-
tur: & cum Pontifex, & ex uel regimini præsidentis,
honore dulia ueneratur: & ideo in huiusmodi
honoribus, qui sanctis & Ecclesię rectoribus, exhiben-
tur, & mundi principibus, non ipsis, sed Deus
in ipsis principaliter ueneratur. Exhibens ergo
honorem dulia demoni inuocato, ex huiusmodi
facto, & opere exteriori, conuincitur se corde &
mente reputare, ac credere interius demone fore
sanctum; & Dei amicum, & ideo sanctitate
uenerandum: uel fore in mundo rectorē, &
gubernatorem a Deo constitutum: & ideo iurisdic-
tione & potestate reuerendum. Quorum duo-
rum utrumque plane est hæreticū & peruersum
quia sacra scripturę contrariū, & determinatio-
nibus Ecclesię absōnum. Demon enim neque
sanctus, neque Dei amicus est; immo in culpa &
malitia obstinatus est: neque in mundo a Deo
gubernator, neque rector constitutus est; immo
teruis captiuatus est, & falsator, & deceptor, ut
in sacris canonibus, et etiam præcedentibus con-
stat plane. Quare conuincitur, quod demonibus
honorem dulia exhibentes, non ut fortilegi,
sed ut hæretici sunt habendi; & hæreticorum y-
legibus non procul pulsus, alijs anfractibus feri-
endi.

14. Tertius casus, seu conclusio est, si si demo-
nes

nes inuocantes, seu consulentes, talia peragant, & taliter, quod in eorum inuocationibus & consultationibus non appareat manifeste, quod aliquis honor patrie vel dulce exhibeatur demonibus. inuocatis, modis explicatis in superioribus, vel alijs similibus quibuscunque, tales nihilominus, ut dicitur, non ut fortilegis, sed ut haeretici iudicio. Eo deus sunt habendi. Quod sic patet, inuocare, non in sacra scriptura pro actu patrie sumitur: unde gl. super illud Gen. 4. Ille incipit inuocare nomen Domini, dicit sic: Inuocare, idem est, quod colere, & deprecari.

Item glo. super illud Ioel 2. Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit, dicit sic: inuocauerit se subiiciendo, & colendo. Et Papias exponens quid est inuocare, dicit sic: Inuocato, ad orationem supplicis prece poscit. Inuocare etiam ut actus patrie a Deo praecipitur, Psalms. Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis; et uiam meam, & honorificabis me. Et Isaias 55. Querite Dominum dum inueniri potest, inuocare eum dum prope est. Inuocare inter actus patrie enumeratur, & ponitur, unde Psal. Audi populus meus, & loquar Israel, non in sacrificijs arguam te: holocausta autem in conspectu tuo sunt semper: non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos: & enumeratis patrie actibus multis, dicit ita: Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis. Inuocare, ut actus patrie fieri demoni a Deo interdicitur, unde Iudic. 10. Reliquistis me & colistis Deos alienos: ite & inuocare Deos, quos elegistis. Et 3. Regum 28. dixit Haalias sacerdotibus Baal: Inuocate nomina Deorum uestrorum: & ego inuocabo nomen Domini Dei mei. Quia ergo inuocare pro actu patrie sumitur & inter actus patrie enumeratur & ponitur, & ut verus actus patrie exhiberi Deo praecipitur, & ut actus patrie fieri demoni interdicitur, ergo si demon a Christiano inuocetur, ubi aliud non apparet, actus patrie demoni offertur, quod sapit haeresim manifeste, & tales, ut haeretici sunt habendi, iuxta primam conclusionem: Nonne inuocantes Machometum sunt haeretici habendi? Vtique, & nunquid non plus inuocantes demones? Concordat Beatus Thomas ut dictum est supra in prima conclusione istius questionis; & concludit naque sic: In omnibus namque est apostasia a fide, propter pactum inuitu cum demone, vel verborenus; si inuocatio interfit: vel factio aliquo, etiam si sacrificia desint: non enim potest homo duobus dominis seruire, ut dicitur Marci 8. haec Thomas.

E ad euentiam autem tertie conclusionis est diligenter attendendum, quod in inuocationibus demonum, ad petitionem est acutius attendendum: Nam si petitur quod excedit demonis facultate, ut sunt futura a Dei vel hominis arbitrio mere dependentia vel uoluntate, ut resuscitatio mortui, quod petitur Saul per Pythonissam: vel certificatio mortui vel uitae: quod a Beelzebub petitur Ochozias, ut patet 4. Regum 1. vel hominem cogere ad peccatum, & similia: & tunc ex huiusmodi

A di petitione haeretici iudicantur: quia protestantur se credere, demonem fore Deum. *uidetur de his magis: Ch. 2. q. 6. lib. 2. cap. 7. h. 1. q. 2. c. 1.*

COMMENT. LXVIII.

Q Vae hac quaestione traduntur, frequentia etiam sunt & ab Inquisitoribus diligenter cognoscenda, cum inter cetera grauissima scelera, hoc etiam de inuocandis demonibus multos in repub. Christiana diuinae legis proditores inuaserit. Persequitur uero Eymericus hanc tractationem diligenter, quae tradunt ferme omnes qui contra haeticos scribunt.

B Repertorium Inquisitorum uerbo, demon. §. utrum demones inuocantes. Locatus in opere iudiciali uerbo, inuocare. & uerbo, diuinationes. & uerbo, apostasia. Tabienis in summa uerbo, Inquisitor. 33. nu. 3. 4. Zanchinus tractat. de haeret. c. 22. Albertinus de agnos. assert. q. 11. nu. 4. & seq. Paulus Grillandus tract. de sortil. quest. 10. & 11. Alfonso Castus, lib. 1. c. 13. de iusta haeret. punitione. Simancas de catho. insti. tit. 21. Bernardinus Diaz in praetica criminali canonica cap. 100. & 101. Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum, uerbo, demones. §. 1. & 2. sanctus Antoninus in summa p. 2. tit. 12. c. 5. §. 1. Aegidius Romanus, lib. 2. sentent. dist. 7. q. 3. art. 3. & communiter theologi ead. dist. 7. & de materia huius questionis tractat plene Iacobus Sprenger in Malleo Maleficarum. B. Thomas 2. 2. q. 95. art. 4. Squillacensis tract. de fide catho. c. 9. & 10. & Hispani habemus hanc tractationem in legib. septipartitis par. 7. tit. 23. sunt & alij qui haec tractant, se hinc copiosius.

C dist. 7. & de materia huius questionis tractat plene Iacobus Sprenger in Malleo Maleficarum. B. Thomas 2. 2. q. 95. art. 4. Squillacensis tract. de fide catho. c. 9. & 10. & Hispani habemus hanc tractationem in legib. septipartitis par. 7. tit. 23. sunt & alij qui haec tractant, se hinc copiosius.

Hae damnata inuocandi demones consuetudo antiquissima est in orbe terrarum: & in Ecclesia Dei Elchetaia: quidam haeretici, qui circa annos Domini CCXL. exorti sunt, ut ait Nicephorus, lib. 5. ca. 24. his o. eccle. inuocationibus, incantamentisque demonum sunt usi.

D a Inuocantes namque demones quantum ad modum trifarie variantur, &c. Totam hanc quaestionem, quae late patens est, complectitur auctor tribus assertionibus, & singulas copiose comprobat.

Prima est: qui demones inuocant exhibentes eis honorem patrie, qui est cultus soli Deo debitus, ut haeretici sunt habendi.

Secunda est: Inuocantes demones cum honore diuinae, qui est cultus Sancti gloriosus debitus, etiam uelut haeretici sunt tractandi.

Postrema est: Qui demones quouis alio modo inuocant, etiam si nullum eis cultum exhibeant. quia illis se supponere uidentur, haeretici etiam sunt putandi, de singulis agemus suis locis.

b Qui tabula Salomonis intitulatur,] ita Barchinensis, & eodex Cardinalis de Gambara in Bononiensis, qui tabule Salomonis intitulantur, in Sabellano, qui clauicula Salomonis intitulatur.

c Quos quidem in libros a necromanticis per me captis auulsi & legi.] Prodest ergo malos libros legere, ut errores refutentur eorum, & fraudes gendi detegantur, ne nocere possint, c. Episcopus. 37. dist. 1. per quos autem legi debeant explicui supra in hac 2. parte sup. cap. Fraternitatis, de haeticis, libri uero

Contra inuocantes demones, qui scripserint.

Inuocare demones antiqua superstitio.

Mali libri quatenus legendi.

quorum hic meminit Eymericus, mali homines di-

Dæmones bo-
na quandoq;
confulit, vt
mala p̄ sua-
deant.

Characteres
figura, & igno-
ta nomina
prohibita.

Locus restitu-
tus.

*hoc quo sic dicitur
vnde videt sacra:
in decal. lib. 9. c. 9.
2. q.*

*videt q̄ hoc h. 9.
hinc dicitur
magis. lib. 9. c.
6. l. 1. c.*

Inuocantiū
dæmones qua
les p̄cna.

stante s̄p̄e demone scripserunt.
d. Castitatem p̄bō demōnis reuerentia, vel mo-
nito obseruando, ieiunando, &c.] Neque hoc de-
bet impossibile videri: s̄p̄e enim demones, s̄t̄ necro-
manticis, & ceteri huius v̄t̄is & artis professores. ut
facilius decipiant, bona fieri iubent, vt malis & il-
licitis admixti fides adhibeatur; quoniam si omnia
mala essent, que ab illis præciperentur, facile fraus
delegeretur. his autem honorum operum umbris in
primis capiuntur femine, quibus et ob fragilitatem
sexus, & curiositatem multum illudunt demones;
est autem insignis hic EymERICI locus, & multis
exemplis illustris, qua nosce oporteat Inquisitores.

e. Per characteres & signa, & ignota nomina
obsecrando.] Hec nominatim prohiberi videntur
in Leuitico cap. 19. dum cauetur ne figura aut stig-
mata fiant: quo intelligimus utari, ne quis signa su-
perstitiosa, aut imagines Astrologie, aut nomina
ignota & characteres pingat; hæc enim omnia, vt
ait Orig. lib. 3. in Job, diaboli sunt seductiones; dæ-
monum sunt irrisiones, idolatriæ sunt fæx, anima-
rum infatuatio, & cordium scandalum.

f. In quibus omnibus honor latræ, &c.) De
adoratione latræ & dulia dixi supra super q. 10. hu-
ius partis, quæ sunt nunc in memoriam reuocanda,
vt hæc quæstio percipiatur. *fol. 264. l. 1.*

g. Vel aliud corpus peruium.) Hic locus in tri-
bus codicibus erat deprauatus, paruum enim lege-
batur, restitutus est ex Bononiensi, in quo legebatur
peruium, hoc est, clarum & lucidum. solent namq;
quandoq; necromantici lucidam ampullam, aut qd
simile coram puero puellæ strinere, in quo demo-
nis arte apparent spectra & simulacra eorum, quæ
scire cupiunt, quæ ipsi non possunt videre, videntur
tamen ab innocentibus pueris, & referuntur, est que
hoc diuinandi genus hodie valde frequens.

h. Et isto modo Saul per Pythonissam, &c.] Val-
de difficilis est huius historia declaratio, cum absur-
dū videatur per Pythonicam diuinationē, quæ erro-
ri artis magicæ deputanda est, Pythonissam Samue-
lem prophetam suscitasse ad colloquium Saulis im-
pīssimi Regis, sed veram declarationem habes in c.
nec mirum. S. præterea quidam. 26. q. 5. & apud di-
uum Thomam. 2. 2. q. 95. art. 4. ad 1. argumentum.

i. Primus casus, seu conclusio est.) Ratio potis-
sima cur qui hoc primo modo demones inuocant, in-
dicantur hæretici, est, quoniam funesta offerre demō-
nib. sacrificia: aut pacta cum eis inire: aut nefarijs
præcibus eos deprecari: aut similia in eorum exer-
cere honorem sapiunt manifestam hæresim, et idolo-
latræ præse ferunt, & qui talia committunt, vt
ait Alexander A lensis par. 2. q. 184. facile a dæ-
monib. trahuntur ad infidelitatem: in quam et sen-
tentia cōsentire videtur Caietanus 2. 2. q. 95. ar. 4.

k. Et per consequens si respiciant. hæresi pri-
mitus abiurata: sunt vt pœnitentes hæretici per-
petuo immutandi.) Hi iure ciuili vltimo supplicio
affici iubentur, nullus, & l. nemo, C. de malef. &
mathe. q. ipsum Hispana quoq; lege cauetur parti-
ta 7. tit. 12. l. 3. hanc tamē seueritatē Ecclesia beni-
gne molliens mitiores pœnas in hos statuit, quales
hic tradit Eymericus, & alij, de quibus vgi superio-

ri quæstione, vers quantum ad secundum.
l. Superstitio etiam est vitium oppositum de d. i. q. 2. q. 1.
recto religioni Christianæ, seu latræ.) Item B. Thomas 2. 2. quæstio. 92. articulo. 1. Est, inquit, su-
perstitio vitium religioni oppositum secundū ex-
cessum, non quia plus exhibeat in cultū diuinū
quam vera religio, sed quia exhibet cultum diui-
num, vel cui non debet, vel eo modo quo non
debet. hæc Thomas quare non male dixit Gellius,
Superstitutionem esse ineptam & importunam
religionem.

m. An inquirere furura ab ariolis sit illicitum
&c.) Ab ariolis & dæmonibus furura inquirere e il-
licitum est, & hæresi in sapit manifestā, quia demō-
nib. tribuitur, quod solius Dei est, hinc valde prudē-
ter Gratianus in sum. 26. q. 5. scribit ita: Est quod-
dam genus cultura idololū ex demōnū consul-
tationibus furura prædicare, & q furura, quæ ex
Vel oraculo nūquam reuelata inueniuntur, vel
dæmonū consultatione, vel quibuslibet præsti-
gijs inuenire laborant, diuinitatis iura creatoris
attribuūt, furura enim præcīi e solius Dei est. hęc
ille. Idem sentit vtrq; Thomas 2. 2. q. 95. ar. 4. Al-
fonsus Castus, lib. 1. c. 13. de iusta hæ. punit. Pou-
lus Grilladus tract. de sortil. q. 6. Simacas de carb.
insit. tit. 2. l. nu. 12. & alij, qui ergo furura scire ni-
titur inuocatis demōnibus, hæretici putandus est.

Sed hoc eam distinctionem recipit, quam præci-
tato loco affert Alfonsus, & Ludouicus Carverius
tract. de hæret. ni. 23. & alij: nam si furura, quæ po-
stulantur, talia sint, quæ dæmonis notitie subdantur,
vt eclipsis, fertilitas terræ, aut sterilitas, et similia,
quæ in causis naturalibus continentur; qui interro-
gat, quamuis grauius peccat, nū putatur hæreticus,
cum demōni tribuat, quod sibi competat: secus si se-
taret præscire furura, quæ per naturam sciri non pos-
sūt, qualia sūt omnia, quæ a mero et libero hominū
arbitrio p̄dēt, quæq; Deus in sua possit potestate.

n. Qui dedit pocula amatoria mulieri, sit susce-
ptus de hæresi vehementer.) Grauis est hæc quæ-
stio, & valde vtilis, & frequens etiam nostris sa-
culis: solent enim qui turpibus amoribus capti, tur-
pocula amatoria, quæ Græci philtæ vocant, amantibus
propinare, vt mentes eorum ad amorem instau-
ment, pudicumque interdum animum stectant. Hoc
primum obseruandum est nullā in his sortilegijs ame-
rorijs reperiri virtutem ad compellendam libera ho-
minis voluntatem ad amandum. Paulus Grilladus
tract. de sortil. q. 3. mem. 17. & seq. Alfonsus Ca-
strus lib. 1. c. 15. de iusta hæ. punitio. & alij, præterea
enim sunt potius ad inducendum furorem quā amo-
rem, vel attestante Ouidio in amatorijs.

Nec data posuerint pallentia philtæ puellis,
Philtra nocent animis, vniq; furoris habet.
Rursus id quoque animaduertendū, an in his po-
culis amatorijs misceantur sacramenta, vt hostia cō-
secrata, vel sanguis Christi, aut res sacramentalis,
aut aliter sacre, vt reliquie Martyrū, Agnūs Dei,
aut alia huiusmodi, quæ commemorat Paulus Gril-
ladus tract. de sortil. q. 10. nu. 14. & seq. Nā si hæc
interueniant, operantem reddunt de hæresi suspectū,
vt scripsit Alfonsus lib. 1. de iusta hæ. punitio. c.
15. circa finē. interrogādusque est ab Inquisitorib.

diligenter, quid de his sentiat: nam si hac crediderit liberum arbitrium cogere posse, non modo vehementer de heresi suspectus, sed vere hereticus putandus erit, nisi per ignorantiam aut aliter excusetur a crimine heresis. Et circa hos illa observanda videntur que supra in hac 2. parte diximus super q. 34. cum ageremus de recipiendis illis, qui facta hereticalia vel apostolica commiserunt.

o Si vero demones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris, &c.] Hec est altera difficultas etiam valde frequens: saepe enim amantes stimulis libidinis agitati demones inuocant, ut illi flectant animi illius quam amant, in amorem turpem & communis opinio est, talem inuocationem non sapere manifestam heresim, quia demon tunc inuocatur ad id quod sibi competit, quod est tentare. Joannes An. ad Specul. tit. de sortilegijs in Rubrica. idem in cap. accusatus. §. sane de heret. lib. 6. & ibi de Geminianus, Francus, & alij. Carverius tract. de heret. nu. 27. ubi alios citat in eandem sententiam.

Verum plurimum refert intelligere quibus verbis fiat hac inuocatio, an imperatiuis, ut inbeo, precipio, impero, constringo, & similibus: an vero deprecatiuis, ut precor, oro, obsecro, obtestor & aliis huiusmodi, ut ex Oldrado indicat hic EymERICUS: nam si primo modo fiat, nulla heresis interuenit manifeste: secus si secundo per verba deprecatiua, quae ad rationem includunt, quod sequitur auctor repertorii Inquisitorum verbo demon. §. si enim demones, et Locatus in opere iudiciali, verbo apostasia. num. 7. §. si vero demones, & iuxta hanc distinctionem uideamus aliquando iudicari.

Simancas de cathol. instit. tit. 21. nu. 13. quamuis haec non videatur improbare; addit tamen, aduersus hos inuocatores inquiri posse, tanquam contra vehementer suspectos, hac enim ad apostasiam inquit, & infidelitatem spectant, quae sententia accepta de illis qui verbis imperatiuis vtuntur, forte nimis est seua, praesertim cum amantes impetu amoris hac faciant absque ulla sepius intellectus errore. In his ergo personarum ratio plurimum est consideranda, ne quid diuini in quemquam peccatorem in hoc sacro tribunali statuatur. Rem quidem valde illicitam committunt quicumque demones inuocant, quocumque modo inuocent, & propterea acerbissime sunt plebiscendari ut qualitas suspicionis grauioris, aut leuioris perpendatur, ad qualitatem personae delinquentis, & alias circumsstantias recurrentiu esse arbitror.

Bartholomaeus Spineus apologia 4. in Ponzini- bium contra Oldradum & communem distinctionem, quam paulo antea attulimus, coeclat asserit, omnem inuocationem Demonum sapere heresim manifeste: cui non repugno: cum inuocationem proprie accipiat, qua praesertim varij cultus, & nefariae obseruationes ad reuerentiam Demonibus exhibere, quasi secus sit dicendum cum simpliciter Demones vocantur.

p Tertio eadem conclusio seu casus probatur, &c. nam 26. quaest. 5. cap. episcopi.] Huius capit. intellectus valde est difficilis, tamen non inepte ab EymERICO huic instituto de quo disserit, accommodatur: videndi praeter alios, ad eum intelligendum Paulus Grillandus tract. de sortilegijs, quae st. 7. Alfonso Casirus lib. 1. c. de iusta heret. punitione. Ponzini- bium

A tracta. de lamis q. 2. nu. 43. 44. & 61. Albertinus de agnos. assertio. q. 24. nu. 24. vers. non obstant. Bernardus Comensis in disputatione de strigibus adiecta in sine lucerna inquisi. denique Syluester, & Spineus de strigibus.

q Se nocturnis horis cum Diana Dea Pagano- rum.] Videro Inuocem Carnotensem par. 11. ca. 54. & Burchardum lib. 10. decretorum, ca. 9. idem in Concilio Agbatensi. cap. 4. ubi femina talia profi- tentes & credentes scopis prius cese e parochijs, pelli iubentur.

r Sed a maligno spiritu talia phantasmata men- tibus fidelium irrogari.] Ex his potissimum ver- bis aduersus communem Theologorum & Canonis- tarum sententiam colligebat Franciscus Ponzini- bium tracta. de lamis, nu. 45. & multis sequi striges non deferri a demonibus corporaliter, sed is solus est in ea sententia, & contrarium asserunt uno ore omnes, quos citauit paulo antea, ver. tertio eadem conclusio, cuius manifestis experimentis (quibus nemo nisi sensu careat possit contradicere) doceamur lamias saepe corporaliter deferri, sed Ponzini- bium abunde satisfacit Spineus tractatu de strigibus. *De hinc n. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*

f In Concilio Aquirensi.] Alias Aquirensi si- cut in plerisque uetustis codicibus apud Gratianum, & apud Burchardum lib. 10. Decret. ca. 1. & In- uocem par. 11. c. 30. apud quos in aliquor codicibus legitur: Ancyensi. Veruntamen in Concilio Ancira- no Graeco, aut Latino, neque impresso, neque manu- scripto hoc quod hic dicitur, est inuentum, licet qui tomos Conciliorum ediderunt, asserat haberi in quo- dam uetusto codice xvi. librorum partialium. frag- mentum uero, quod proxime retulit EymERICUS, sepe habetur apud beatum Augustinum in libro de spiri- tu & animae. c. 27. ut doctè annotatum est in Decre- to nuper Romae edito, super c. Episcopi. 26. q. 5. quare iuxta haec, non sunt Ecclesiae determinationes, quae EymERICUS putat hic Ecclesiae definitiones, cum non sint in Concilio Aquirensi siue Ancyano, ut ipse existimat: magna tamen sunt auctoritatis.

D Super illius specula, quam uis immeriti.] Ean- dem refert Repertorium inquisitorum uerbo, Xor- guina. §. & hanc quaestionem. ubi paulo aliter habe- tur principium ita: Super illius specula: & infra. Meritis licet imparibus, eius fauente clementia, &c. et.

u Annulū, vel speculum, vel phialam, vel rem quaecumque aliam magice ad demones inibi alligandos.] At non est modica difficultas, quae hic proponitur, de alligandis aut includendis demoni- bus in annulis, pyxidibus, uasculis, uel uitreis ad red- denda responsa, de qua eleganter beatus Augusti- nus lib. 21. c. 6. de Ciuitate Dei, & ibi Ludouicus Vines, & copiose Bartholomaeus Sybilla in speculo peregrinarum questio. hecade 3. c. 8. q. 1. multa quo- que Eusebius lib. 5. de praeparatione Euangelica, ca. 6. ubi tractat, quomodo demones coguntur ab homi- nibus: item eod. lib. cap. 7. 8. & 10.

In hac re sit haec prima conclusio: Demones spiri- tus potentissimi nullo pacto compelli ab homine pos- sunt ad intrandum & habitandum alligati in his uas- culis, multo minus cogi ad hoc possunt si ignis, herbis aut quibusuis alijs characteribus: quia ut ait Iob. c. 41. Non

Lamias cor- poraliter de- ferri, commu- nis est senten- tia & vera.

An demones compellatur ad inhabitandum uascula corpora.

Non

Non est super terram potestas, quæ comparetur eis. Quod si quandoque verbis aut characteribus ingredi videantur compelli, hoc fit vel à summo Deo: vel à bonis Angelis: vel fortassis à demonibus potentioribus ac superioribus; vel (quod verius puto) demones ipsi sponte veniunt; fingunt tamen se compelli, ut credentes decipiant.

Sit secunda & posrema conclusio: Ars includendi demones in his vasis ac rebus corporeis, non est ars, sed passio tacita vel expressa inter demones & homines perditissimos inira, qua pepigerunt, ut quotiens homines hæc vel illa signa & characteres facerent demones accederet ad eas imagines aut res, ex quibus responsa decepti reddant: quod eleganter docuit Augustinus præcitato loco.

Dæmones quo confusio claudi se interdū patiantur.

Quo autem consilio demones his rebus claudi ac gestari se patiantur, optimè docet Hæricus de Asia super Genesim his verbis notatu quidem dignis: Non ergo eum vinculis cum ut putas, tenes: sed hoc certum habes, quod ipse simulat se captum; ut te capiat; se vincitum, ut te vinciat; le tuo imperio subditus, ut te sibi subdat: à te inclusum, ut te finaliter concludat; fingit se tua arte, vel lapidi vel imagini alligatum, ut te funibus peccatorum alligatum ad infernum perducatur. hæc ille.

x Secundus casus, seu conclusio est, &c. Idem panitus hinc transcripsit auctor Repertorij inquisitionum verbo, demon. §. secundus casus, & Locatus in opere iudiciali verbo, apostasia. §. secundus casus nu. 8. & seq. nec obscura videtur ratio, cur hæretici haberi debeant, qui honorem hyperdulie aut. dulia exhibent demonibus invocatis, Nam se illis subiciunt, quod apostasia crimen non obscure præ se ferre videtur. Verum nec facile nec precipitanter veniendum est in hæc sententiam, sed plurimum spectanda est personarum qualitas & conditio, plurimum etiã causa, ob quam invocant, & modus invocandi: nam hæc & augere & minuere culpam plerumque possunt, ut alibi dictum est.

y Et hæreticorum legibus non procul pulsus, aliis anfractibus feriendi. Hic locus in omnibus est depravatus: nam Barcinonensis habet ita: Et hæreticorum legibus procul pulsus, aliis anfractibus feriendi. Bononiensis ita: Hæreticorum legibus non procul pulsus, illis anfractibus feriendi. eodẽ Cardinalis de Gambarã ita: illis à fratribus feriendi. Sabellanus denique ita: Et legibus hæreticorum non procul pulsus ultimo supplicio fouendi. Quo eoque modo legatur, hic est sensus: Eos qui hoc secundo modo demones adorant, proculdubio poenis hæreticorum esse coercendos: quod tamen non est simpliciter accipiendum, sed tunc cum recte hæc fieri posse crediderint, nec couerti uoluerint: alias enim ut proxime dicebamus, circumstantiæ sunt diligenter perpendendæ, priusquam in hanc sententiam descendamus.

An demoni invocatio fieri possit a. f. eorum cultu.

z Tertius casus seu conclusio est, &c. Tertia hæc assertio multã habet difficultatem: neque enim videntur hæretici aut apostati qui hoc tertio modo invocant, cum nullum cultum demoni exhibere videantur. Hæc questio pendet ex illa: An demonum invocatio possit quandoque fieri absque eorum cul-

A tusa lingua breuiter cum Caietano. 2. 2. q. 95. artic. 4. dico, posse demones invocari absque cultu eis exhibitio, ut cum requiritur ab illis, absque ulla reuerentia aliquid, quod ab ipsis præstari possit, quemadmodum requireretur ab homine potente nos adiunare, sententia omni cogitatione subiiciendi se demonibus: quoniam huiusmodi invocatio, que fit absque ulla exteriori cultus & adorationis specie, indirette spectat ad cultum demonum non ex intentione invocantis, sed ex insiditione forsitan & occulto pacto auctorum invocationum huiusmodi cum demonibus, ignorato ab invocante: ideo quamvis aliqua hæresis suspicio contraheretur ex huiusmodi invocatione, tunc non de finio, at non incurreretur hæresis omnino ut noluit hic Emericus, præsertim ab eo, qui solam curiositate ductus, vel alio prauo affectu semel, vel bis quid tale faceret, neque ex professo eam artem profiteretur: & hoc modo videtur intelligendus hic Emericus dum dicit: Modis Explicatis in superto ribus, constat autem in 3. modo invocandi demones, num. 4. eum locutum fuisse de eo in primis, qui hanc artem profiteretur, dum dicit: ipso necromante librum tenente, ac legente.

Neque invocandi verbum significat semper auctoria exhibere rebus invocatis, cum, ut paulo antea docuimus ex Caietano quandoque indicet auxilium requirere ab eo, qui potest nos iuuare, absque ulla reuerentia. Quod uero invocare quandoq; non fit auctoria, aperte docet diuus Augustinus in 3. tomo, lib. 1. locutionum circa finem, in hæc uerba: Iacob benedicens nepotes suos filios Ioseph, ait inter cetera: & invocabit in his nomen meum, & nominem patrum meorum: unde notandũ est non solum exauditionem, sed etiam invocationem dici aliquando, quæ non Dei, sed hominũ sint. hæc Augustinus, iam in iure invocare manifeste significationis est. Episcopus copale, C. de Episc. audient. pro implorare auxilium, seu gladie civilis magistratus, v. de offi. ord. Bart. l. unica. ff. si quis iudicem non obtinuit.

Postremo ut nihil desideres eorum, quæ ad hanc questionem spectant, inferenda hic est determiatio, quædam facta per Almam facultatem theologica Parisien. anno Domini MCCXXIII. ubi notatur omnes ferre errores, & qualitates propositionum, quæ accidere possunt in hac materia invocationis demonum, & artis magicæ: quæ multam lucem huic disputationi afferre possunt, omnia ergo eius determinationis præfatione, articulorum condemnatione sequitur in hæc uerba.

Est autem primus articulus: Quod per artes magicas & malicia, & invocationes nefarias, quarere familiaritates & amicitias & auxilia demonum, non sit idolatria. Error. Quoniam Demon aduersarius pertinax & implacabilis Dei & hominis iudicatur, nec est honoris, vel dominij cuiuscunque diuini vere seu participatiui, vel aptitudinaliter susceptiuus, ut alie creature rationales non damnata: nec in signo ad placitum instituto, ut sunt imagines & templa. Deas in ipsis adoratur. †

Secundus articulus; Quod dare, vel offerre vel promittere Demonibus qualemcunq; rem, ut adimpleant desiderium hominis, aut in honorem

rem eorum aliquid osculari, vel portare, non sit idolatria. Error.

Articulus iij. Quod in tre pactum cum Demoniis tacitum vel expressum non sit idolatria, vel species idolatriæ, vel apostasiæ. Error. Et interdicitur esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo, vel natura rationabiliter expectari.

Articulus iij. Quod conari per artes magicas Demones in lapidibus, annulis, speculis, aut imaginibus nomine eorum consecratis, vel potius execratis, includere, cogere, & arctare, vel eas velle viuificare, non sit idolatria. Error.

Articulus v. Quod licitum est uti magicis artibus vel alijs quibuscunque superstitionibus à Deo, & Ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine. Error. Quia secundum Apostolum, non sunt facienda mala ut bona eueniant.

Articulus vj. Quod licitum sit, aut etiã permitterendum, maleficia maleficijs repellere. Error.

Articulus vii. Quod aliquis cum aliquo possit dispensare in quocunque casu, ut talibus licite utatur. Error.

Articulus viii. Quod artes magicæ & similes superstitiones & earum obseruationes sint ab Ecclesia irrationabiliter prohibita. Error.

Articulus ix. Quod Deus per artes magicas & maleficia inducatur compellere Demones suis inuocationibus obedire. Error.

Articulus x. Quod thurificationes & suffumigationes, quæ sunt in talium artium & maleficorum exercitijs, sunt ad honorem Dei, & ei placeant. Error & blasphemia, quoniam Deus alias non prohiberet vel puniret.

Articulus xi. Quod talibus & taliter uti, non est sacrificare seu immolare Demonijs, & ex consequenti damnabiliter idolatrare. Error.

Articulus xii. Quod verba sancta & orationes quedam deuotæ, & ieiunia & balneationes, & cõuocentia corporalis in pueris & alijs, & Missarum celebratio, & alia opera de genere bonorum, quæ sunt pro exerceudo huiusmodi artes, excusent ea à malo, & non potius accusent. Error. Nam p talia sacræ res, immo ipse Deus in Eucharistia Demonijs tentatur immolari: & hæc procurat Daemon, vel quia vult in hoc honorari similis altissimo: vel ad fraudes suas occultadas, vel ut simplices illaqueet facilius, & damnabilius perdat.

Articulus xiiij. Quod sancti Prophetæ, & alij sancti per tales artes habuerunt suas prophetias & miracula fecerunt, aut Demones expulerunt. Error & blasphemia.

Articulus xiiii. Quod Deus per se immediate, vel per bonos Angelos talia maleficia sanctis hominibus reuelauerit. Error & blasphemia.

Articulus xv. Quod possibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitrium ad voluntatem seu desiderium alterius. Error. Et hoc conari facere est impium & nefarium.

Articulus xvi. Quod ideo artes præfate bonæ sunt & à Deo, & quod eas licet obseruare: quia per eas quandoque vel sæpe euenit sicut videntes querunt vel prædicunt: vel quia bonum quã-

doque pronenit ex eis. Error.

Articulus xvj. Quod per tales artes Demones veraciter coguntur & compelluntur & nõ potius ita se cogi fingunt ad seducendos homines. Error.

Articulus xvij. Quod per tales artes & ritus impios per sortilegia, per carmina, & incantationes Daemonum, per quãsdã inuocationes, & alia maleficia nullus vnquam effectus ministerio Daemonum subsequatur. Error. Nã talia quãdoque permittit Deus contingere, ut patuit in Magis Pharaonis, & alibi pluries, vel ad probationem fidelium, sicut habetur Deutero. xiiij. vel in quorundam horinum dignam flagellationem: vel quia videntes seu consulentes propter malam fidem aut alia peccata nefanda, dati sunt in reprobum sensum, & demerentur sic illud.

Articulus xix. Quod boni Angeli includantur in lapidibus, & consecrentur imagines vel vestimenta, aut alia faciant, quæ in istis artibus continentur, Errores & blasphemia.

Articulus xx. Quod sanguis v. pupæ, vel hædi, vel alterius animalis, vel pergamenum virgineum vel corium Leonis, & similia habeant efficaciam ad cogendos, vel repellendos Demones ministerio huiusmodi artium. Error.

Articulus xxj. Quod imagines de are vel de plumbo, vel auro, vel de cera alba vel rubea, vel alia materia, baptizata, exorcizata, & consecrata, seu potius execrata secundum prædictas artes, & sub certis diebus, habeant virtutes mirabiles, quæ in libris talium artium recitantur. Error in fide, & philosophia naturali, & astrologia vera.

Articulus xxij. Quod uti talibus, & fidem dare, non sit idolatria, & infidelitas. Error.

Articulus xxiiij. Quod aliqui Demones boni sunt, aliqui benigni, alij omnia scientes, alij nec saluari, nec damnari. Error.

Articulus xxiiij. Quod suffumigationes, quæ sunt in huiusmodi operationibus conuertuntur in spiritus, aut quod sint debita eis. Error.

Articulus xxv. Quod vnus Demon sit rex orientis, & præsertim suo merito, alius occidentis, alius septentrionis, alius meridiet. Error.

Articulus xxvj. Quod intelligentia motrix cæli influit in animam rationalem, sicut corpus cæli influit in corpus humanum. Error.

Articulus xxvij. Quod cogitationes nostræ intellectuales, & volitiones nostræ interiores, immediate causentur a cælo; Et quod per aliquã traditionem magicam tales possint sciri, & quod per illa de eis certitudinaliter iudicare sit licitum. Error.

Articulus xxviii. Quod per quascunque artes magicas possimus deuenire ad visionem diuinæ essentia, vel sanctorum spirituum. Error.

Acta sunt hæc & post maturam crebramque inter nos & deputatos nostros examinationem conclusa in nostra congregatione generalis Parisijs apud sanctum Maturinum, de mane super hoc speciali ter celebrata, anno Domini MCCCXCVIII, Die XIX. mensis Septembris. In cuius rei testimonium sigillum dicte facultatis præsentibus literis duximus apponendum.

Hæc quidem habet prædicta condemnatio, quam asserit

† al. insultationes.

† al. abutentes. † al. nefaria.

† al. astronomia.

affert Ioannes Gerson to. 1. operum, tractatu quodam de erroribus circa artem magicam.

Cum vero in fine singulorum articulorum additur dictio illa: Error. per errorem accipere debemus non quamlibet falsitatem contra philosophiam naturalem, moralem, aut alias humanas artes, sed errorem, & falsitatem contra veritatem fidei catholicae, quam nullo pacto recipit Christiana religio, iuxta id quod diximus supra in hac 2. parte. super. q. 3.

Qui prædicator tenet articulos iudicio Inquisitorum supponeatur.

Quicumque ergo scienter aliquem ex his articulis teneret ac profiteretur, iudicio Inquisitorum hæretica prauitatis. peul dubio esset subiectus: tametsi enim generalia studia veluti Parisiense, Salamanticense, Bononiense, aut similia non habeant potestatem iudicandi certo & infallibiliter de fide, ita ut eorum definitionibus omnino ab omnibus sit parendum: nec propterea dicenda sit hæretica aliqua propositio, quia definitioni alicuius Vniuersitatis contradicit, at suspecta saltem de hæresi eo nomine haberi poterit, quod determinationi alicuius catholicae & insignis academice, seu vniuersitatis opponatur, ut recte iudicio nostro docuit Alfonso Castrus lib. 1. c. 5. de iusta hæret. punitione.

Huc etiam spectat rescriptum Sixti IIII, incipiens: Nunciatum est nobis. & aliud Leonis X. incipiens: Alias ad petitionem. item aliud Hadriani VI. incipiens: Dudum uti nobis exponi fecisti, in quibus agitur de hoc argumento, quæ in fine huius oris habentur impressa.

QVÆSTIO XLIIII.

De Christianis transeuntibus, vel redeuntibus ad ritum Iudæorum.

SVMMA RIVM.

- 1 Christiani transeuntes ad Iudaismum vt hæretici sunt iudicandi.
- 2 Et horum fautores censendi fautores hæreticorum.
- 3 Etiam si Iudæi sint, & ideo ab Inquisitoribus puniendi.
- 4 Nicolai IIII. litteræ contra prefatos.
- 5 Quo pacto intelligatur quis ad ritum Iudæorum transire.
- 6 Ritus redeuntium ad Iudaismum.
- 7 Ritus transeuntium à Christianismo ad Iudaismum.



Vadagesima quarta quæstio est: Christiani, qui ad ritum redeunt seu transeunt Iudæorum, & Christiani & Iudæi, qui talibus, qui ad huiusmodi redierint vel transferint, ritum dederunt consilium, auxilium, vel fauorem; an omnes isti sint velut hæretici iudicandi, sic quod Inquisitoris hæreticorum sint subiecti iudicio?

Ad hanc respondemus, & dicimus tria.

- 1 Primum est: quod Christiani, qui transeunt ad ritum Iudæorum, & conuersi ex Iudæis, effecti Christiani, qui postmodum ad dictum ritum execrabilem reuertuntur (quia illi dicuntur transire, & isti redire) tam isti, quam illi, cum fidem abnegauerint Christi, ad quæ se obligauerant in baptismo, hæretici sunt habendi, & vt tales iudi-

ca candidita quod si volunt redire à ritu Iudæorum, atque sectam abiurare, & satisfactione congrua exhibere, vt penitentes hæretici sunt ad misericordiam admittendi: si autem nolint redire, & ritum Iudæorum atque sectam abiurare, & satisfactionem congruam exhibere, vt impatientes hæretici, per Prælatos & Inquisitores seculari brachio sunt relinquendi, animaduersione debita puniendi. Et est casus planus de hæret. lib. 6. ca. Contra Christianos.

2 Secundum est: quod Christiani, qui talibus, qui transferint, vel redierint ad dictum ritum execrabilem Iudæorum, præstiterunt consilium, auxilium, vel fauorem, hæreticorum fautores sunt iudicandi. patet per allegatum cap. Contra Christianos, quod hoc dicit plane. Nam sic transeuntes & redeuntes sunt hæretici: ergo eis in hoc fauentes, hæreticorum sunt fautores.

3 Tertium est: quod Iudæi, qui talibus transeuntibus vel redeuntibus dederunt ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem, quod transferret vel rediret ad prædictum ritum: tales inquam Iudæi fautores hæreticorum sunt iudicandi: & vt tales per Prælatos & Inquisitores puniendi.

Et licet alleg. c. Contra Christianos, hoc non dicat plane, sequitur tamen in genere de prædictorum fautoribus; non exprimendo si Iudæi vel Christiani fuerint fautores huiusmodi. Tamen Nicolaus IIII. in Extrauagante, Turbato corde, clarius hoc dicit loquens in specie de Iudæis; dicit enim sic.

Turbato corde audiuius, & narrauius, quod non solum quidam de Iudæis cæcitate errore, ad lumē fidei Christianæ conuersi, ad priorem reuersi esse perfidiam dignoscuntur; verum etiam quamplurimi Christiani, veritatem catholice fidei abnegantes, se damnabiliter ad ritum Iudæicum transtulerunt; quod tanto magis reprobum fore cognoscitur, quāto ex hoc Christi nomen sanctissimum, quadam familiaritate, securius blasphematur. Cui autem huic pesti damnabili, congruis, & festiuis deceat remedijs obuiare, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quate nos infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos auctoritate sedis Apostolicæ designatos, super præmissis, tam per Christianos, quam etiam per Iudæos, inquisita diligenter & sollicitè veritate, contra omnes, quos talia inueneritis hæcenus commisisse, ac committere in futurum, tanquam contra hæreticos, contra fautores quoque, receptatores, & defensores eorum, tanquam contra fautores receptatores, & defensores hæreticorum procedere studeatis Iudæos autem, qui Christianos vtriusque sexus, ad eorum ritum execrabilem induxerint

rint, aut inueneritis de cetero inducentes, pœna debita punitatis: Contradictores per cœsuram Ecclesiasticam, appellatione post posita compescendo; inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Datum Romæ ꝑ Nonis Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Qualiter autē intelligatur, quod quis redeat, vel transeat ad ritum Iudæorum, non est intelligendum secundum quod exponit Bartholomæus Raymundi super allegato cap. Contra Christianos, scilicet quod balneetur: & locus in quo fuit sanctum chrisma positum, abradatur, & similia, prout ponit: Nam hoc non est transire, vel redire ad ritum Iudæorum, sed viuere secundum ritum: unde positum quod Christianus, vel Iudæus ad fidem Christi conuersus sine prædicto ritu efficiatur Iudæus, seruando eorum cœremonias, solemnitates, & festiuitates, & credat prout ceteri Iudæi, vere dicitur ad ritum Iudæorum transisse, vel rediisse.

Intelligendum ergo est, ad ritum Iudæorum aliquem rediisse, vel transiisse, cum eorum cœremonias obseruat: solemnitates eorum, & festiuitates celebrat, & cetera facit quæ Iudæi communiter facere sunt allueti.

Qualis autem est ille ritus, secundum quem illi, qui prius fuerunt Iudæi, & post Christiani, & iterum post redeunt ad iudaismum, seu iudeorum ritum: considerandum quod talis est.

Nam ille, siquidem qui debet reiuuauare, requiritur seu interrogatur ab aliquo ex Iudæis præsentibus, si vult facere Teuilâ, in hebræo, quod est dictum in latino, si vult facere balneationem, seu lotionem, seu balneum in aqua corrente, vt efficiatur Iudæus: Ille autem respondet quod sic: & tunc illæ Iudæus, qui præest, dicit geidē in hebræo: וְשִׁוּבָא בַּאֵל תְּשׁוּבָא, quod est dictum in latino, reuertaris à statu peccati: & post hæc ille exiit ex toto, & quâdoque balneatur in aqua calida, & tunc Iudæi fricant eum fortiter cum arena per totum corpus, sed maxime in frōte, & in pectore, & in manibus: in illis videlicet locis, in quibus in baptismo fuit positum sanctum chrisma: postmodum vero abraduntur omnes unguens illius de manibus, & pedibus vsq; ad sâguinē: Item radunt caput illius, & postmodum ponunt eum in aqua fluuij curentis, & faciunt illum facere immersionem de capite, in aqua illa tribus vicibus, & post dictam immersionē dicit orationem talem Benedictus dominus Deus rex sæculorum, ꝑ qui præcepisti nobis sanctificari super istam aquâ seu balneum, quod vocatur Teuilâ in hebræo. Quo facto, ille egreditur de aqua, & induitur noua camisia, & braccis recentibus, & omnes Iudæi præfentes osculantur eum, & imponitur sibi communiter illud, quod prius habuerat ante baptismum.

Item ille, qui sic reiuuauatus est, requiritur, & cõfiteatur legem Moyfi, & promittat se eâ tenere, & seruare, & secundum eâ viuere de cetero: Item quod abneget baptismum, & fidē Christi,

A & Christianorum: nec de cetero eam teneat, aut seruet, & ille ita promittit se seruare legem, & abnegat baptismum, & Christi fidem: postmodum vero datur eidem charta seu instrumentum testimoniale ad omnes alios Iudæos, vt sic possint eum recipere, & confidere de eodem, & benefaciant ei: & extunc viuunt, & cõuersatur vt Iudæus, & in greditur scholam seu synagogam Iudæorum.

7. Qualis autem est ille ritus, secundum quem illi, qui alias non fuerunt Iudæi, recipiuntur ad iudaismum, considerandum est, quod est idem qui prius, nisi q̄ prædicti non circūciduntur, quia iam sunt: unde aliter circūcidunt Iudæi pueros suos, & aliter Christianos, siue pueros siue adultos, quia circūcidendo Christianos, adultos seu pueros, sciunt eis pellem deluere semel, & nõ per totum circulum, sicut faciunt in pueris suis Iudæis; ad hoc vt sit distinctio inter eos.

COMMENT. LXIX.

DE materia huius quæstionis agunt Canonistæ in c. contra Christianos. de heret. lib. 6. Locutus in opere iudiciali verbo, apostata, num. 3. ubi penitus sequitur hic Emericum. idem per omnia Regpertorium inquisitorum verbo, Reiuuauantes, & Calderinus tracta. de forma procedendi contra inquisitos de heresi, in rubrica, De his qui condemnantur vt heretici. Tabienfis in summa verbo, inquisitor. §. 3. l. 3. 2. 33. Squillacensis tract. de fide catho. cap. 46. & in legibus Hispaniæ septipartitis. par. 7. tit. 24. li. 7. Alfonso Caslruus li. 1. c. 23. de iusta hereti. punitio. Ioannes Rojas tracta. de heret. par. 1. nu. 557. & sequen. Conradus Brunus, lib. 4. de heret. c. 2. Gondissaluis tract. de heret. q. 9. nu. 11. & alij quos omitto.

Ac de his nulla est dubitatio, quin iurisdictioni Inquisitorum subiiciantur: sunt enim non modo heretici, verũ, & apostatae iudicandi, cum in totum deserant fidem Christi, & sectam penitus execrabilem, & omnino à religione Christiana diuersam profiteantur. de quibus propria disputatio est infra q. 49.

Iam quæ hæc quæstione dicuntur de potestate Inquisitorum procedendi aduersus Iudæizantes, locũ habent etiam si reiuuauantes fuissent baptizati dũ essent infantes, aut metu mortis, dummodo nõ fuissent baptizati absolute coacti. textus in dicto c. contra Christianos. ibi: Etiam si huiusmodi redeuntes dũ erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolute, aut præcisè coacti baptizati fuerũt. hæc ibi. notatque ibidem glossa, Geminianus, & alij. Bernardus in lucerna Inquisi. verbo, Iudæi. §. 2.

Cum his tamen qui reiuuauant dum sunt infantes, mitius est agendum, quam cũ adultis quia etati parciatur, vt dixi par 1. super l. si quis. C. ne sanctum baptis. iteretur. vers. si tamen criminis capax.

Ita quod si volũt redire a ritu Iudæorũ, &c.] **L**ocus emendatus. **B**arconensis impressus hic erat mutilus, nam post illa verba: Hæretici sunt habendi, & vt tales iudicandi. statim sequebatur: Ita quod si nolint redire, & ritum Iudæorum atque sectam abiurare, &c. Nos tamen ex tribus manuscriptis illa supplementimus. Ita quod si volunt redire à ritu Iudæorũ atq; sectam abiurare, & satisfactionem congruâ exhibe-

Reiuuauantes potestati Inquisitorũ subdantur.

Locus emendatus.

exhibere, vt poenitentes haeretici sunt ad misericordiam admittendi.

Iudaei ratione delicti supponuntur in diebus ecclesiasticis,

Terrium est, quod Iudaei, qui talibus, transeuntibus, &c. Nam ratione delicti Iudaei subiiciuntur foro Ecclesiastico, quamuis non sint de Ecclesia idem prouident Locutus verbo, A postulat, nu. 3. Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitor. verb. Iudaei. §. 1. Repertorium Inquisitor. ver. Iudaeus. §. item Inquisitor. ver. & ibi dicunt Doctores, quibus accedit Ancharanus consil. 15. incipien. Spirituales Iudex. Calderinus consil. 2. incipiente: Iudaeus dolosus. tit. de Iudaeis. & Oldradus consil. 36. incipien. Inscripti sunt articuli. Zabarella in Clemen. 2. §. 1. de haeret. Cardinalis Alexandrinus in cap. nulla, distin. 54. ubi expresse asserit, Iudaeos in casibus, in quibus Christiani contrariantur, vel eos ad obseruandum suos ritus inducunt, iuri canonico, & iudiciis Ecclesiasticis subiectos esse. Idem tenuit Imola in Clemen. ex graui, de vsuris. ver. vltorius quero an Iudaei asserentes. & Capiegus ad Zanchinum, c. 36. versi. De liquit contra fidem nostram. & eleganter Squillacensis tracta, de fide catho. cap. 46. tradunt Ioannes Andr. Germinianus, Francus, & ceteri communitate, in cap. contra Christianos, de haeret. lib. 6.

Tam quot & quibus casibus Iudaei & alij infideles subiiciantur Inquisitorum potestate luculenter declarauit Sanctissimus dominus Gregorius Papa XIII. rescripto quodam incipien. Antiqua Iudaeorum, anno Domini MDLXXXI.

Iudaei inducentes Christianos ad iudaismum, vt fautores haereticorum plesti possunt.

Tales inquam Iudaei fautores haereticorum sunt iudicandi, & vt tales per prelatos, & Inquisitores puniendi. His verbis apertissime indicat Emericus Iudaeos inducentes Christianos ad iudaismum plectendos esse poenis fautorum haereticorum, quod non est absurdum, quamuis enim re vera proprie fautores haereticorum dici non possint, cum in eos non cadat haeresis, nec propterea haeresis fauoria, quia baptizati non sunt, at large non modo fautores, uerum sectatores haereticorum, seu uerius apostatarum dici possunt, vt optime scripsit Ioannes Andr. in dicto cap. contra Christianos.

Franciscus Squillacensis tracta, de fide catho. ca. 46. nu. 2. in casu huius questionis poena arbitraria puniendos, dicit, ex quo poena certa per leges non est statuta, per regulam in capitulo de causis, de offic. delega. quod etiam uidetur indicare rescriptum Nicolai IIII. Turbato corde, quod hic recitat Emericus, in quo circa finem dicitur: Poena debita puniatis, quamuis enim nomine poena debita intelligamus poenam a iure praescriptam, at ubi sancta non est, poenam arbitrariam a iudice debite pensatis circumstantijs imponendam, accipimus, iudex enim legibus deficientibus, ne delicta maneant impunita, legibus sufficitur.

Quibus poenis plectendi Iudaei inducentes Christianos ad iudaismum.

Zanchinus tamen tract. de haeret. c. 36. nu. 4. Repertorium Inquisitor. verbo, Iudaeus. §. sed circa praedicta. Syluester in sum. verbo, Iudaeus, q. 5. quatuor poenas videntur numerare, priuationem communionis cum Christianis, pecuniariam, carceres, & verbera quae colliguntur ex cap. ita quorundam. in fine extra de Iudaeis. ex c. postulasti. de Iudaeis. ex cap. in in Archiepiscopatu. de rapro. & ex. c. sepe. 28. q. 1. neque ab his puto recedendum.

Sed si atrox sit scelus a Iudaeo, uel alio infideli contra fidem patratum, acrior poena eis imponi poterit, ac etiam relinqui poterunt curiae seculari: nam quoties poena relinquitur arbitrio iudicantis, si crimen sit ingens, iudex arbitrium extendere potest usque ad mortem, vt est gelossa communiter recepta in §. in summa. verbo, extraordinaria. In §. lit. de iniuriis. Decius in cap. ex litteris, de constituto. & alij quos omitto consulto. postea vero indices seculares ultimo supplicio eos afficient. argumento l. 2. & l. quis Christianam. C. de iudaeis.

Illud hic non est omitendum, quod optime tenet Squillacensis tracta, de fide catho. cap. 46. circa finem, quod quando Iudaei in his causis ad fidem sectantibus sunt puniendi, non potest Episcopus sine Inquisitore, aut vice versa punire, sed simul interuenire debent quemadmodum in condemnandis haereticis cautum est in clemen. 1. §. duro tamen, de haeret. & haec sententia videtur mihi tutissima, & propterea penitus obseruanda.

Nam autem puniendus sit Iudaeus si transierit ad sectam Sarracenorum docet Oldradus consil. 11. incipien. Iudaeus transiit, cuius dicta ob breuitatem non expendo.

Item an & qualiter sint puniendi Iudaei si infideles alterius sectae inducant ad iudaismum, canonice est a Joanne Castelle rege gra MCCCCXVIII. & refertur in collectione legum Hispaniae Catholicae Regis nostri Philippi II. lib. 1. tit. 1. de sum. Trinita. & fide Catho. lib. 6.

Turbato corde) Refert etiam Campogius apud Zanchinum, c. 36. ubi eam tribuit Gregorio X. & Repertorium verbo, Regiudaeizantes. §. sed est praestio. Sed nihil refert, potuit enim ita primum canonice Gregorius X. idemque postea innovare Nicolaus IIII. quod sepius contingit, eiusdem quoque extrauagantis meminit Joannes Andr. & alij in cap. contra Christianos, de haeret. lib. 6.

Pontificatus nostri anno primo. Post haec verba, in tribus codicibus manuscriptis subsequitur haec periodus: Similes litterae Apostolicae habentur de Sarracenis mutatis mutandis, & incipiunt: Admodum, & sunt Gregorij. XI. Sed nos secuti Barcinone impressum, ea omisimus, credentes adnotatum alicuius esse, quae ex margine in contextum irruerit: nam illae litterae questione sequenti referuntur. f. Si vult facere Teuila in Hebraeo. Hic locus in omnibus codicibus erat deprauatus; nam Barcinonensis, Bononiensis, & codex Cardinalis de Ganduua ita habet: Si vult facere Tiniila. Sabellanus ita: Si vult facere Tiuilam, sed nos ex consuetudine, & ritu Hebraeorum ita correximus, & restitimus, vt est impressus: Si vult facere Teuila, obseruandum est autem, non quamcunque lotionem, qua Hebraei se solent lauare, aut purificare intra domum suam, vocari Teuila, sed solum eam quae fit in aqua currenti, & naturaliter scaturienti, quod etiam hodie ubique obseruatur, praesertim in purificandis feminis menstruo, aut menstrui quacunque significatione pollutis, non enim prius uiris unguuntur, quae fecerit Teuila. hic locus apud Vmbertum in opere iudiciali verbo, Tiniila, eisdem verbis legitur etiam corrupte.

g Dicit

reli- g Dicit eadem in Hebræo, Baal Tesciuua.]
 Hic quoque locus in omnibus exemplaribus erat me-
 dosus in Barcinonensi ita Baal tulsima. in Bononi-
 si, Celsura. in Sabellano, Celsura, in codice Cardi-
 nalis dei Gambara. Celsura. quem nos etiam edocti
 consuetudinem & linguam Hebræorum, ita restitui-
 mus ut est impressus, est autem hic modus dicendi
 consuetus & familiaris apud Hebræos, quo quadam
 animi letitia indicant latibundi hominem peniten-
 tem & conuersum, cum relicta religione Christia-
 na, aut nefarijs seclis, ad legem reuertitur, seu con-
 uertitur, hinc etiam locum corruptum inuenies apud
 Umbertium Locatū in opere iudiciali, verbo, T imila.
 h. Et imponitur nomen sibi communiter illud, B
 quod prius habuerat ante baptismum.] Si quis er-
 go Iudæus effectus Christianus retinet nomen iu-
 daicum antiquum, ac eo post baptismum, assumptū
 vitatur, ex hoc argueretur amor & affectus erga iu-
 daismum, eumque approbare præsumeretur: ita do-
 cet valde singulariter Crauetta consil. 73. incipien-
 Dicendum videretur, nume. 14. & sequen. quem se-
 quitur Franciscus Viuus lib. 2. communium opinio-
 num, opinione 193. versic. & nomen turpe est de-
 mum tanta infamia, ratio Crauetta potissima est:
 quoniam valet, inquit, argumentum ex reliquijs præ-
 cedentibus desumptum, argumento cap. accusatores,
 vbi glossa. 2. q. 5. Joannes Anania consil. 17. faciunt
 tradita per Felysum in e. qua in Ecclesiis, de eō
 sit. quem retulit Iason l. si ita stipulatus, s. Cryso-
 stomus, de verbor. obligat. & huic opinioni assencior
 libentissimè: qualis autem suspicio hinc oriatur, non
 potest à nobis certa regula definiri, sed personarum
 & circumstantiarum habita ratione indagandum
 erit. Hæc autem suspicio tunc cessaret, cum in bap-
 tismo retinere Iudæus, cum efficitur Christianus, illud
 nomen, quo vocabatur existens Iudæus, ut si Jo-
 seph, Simon, aut similibus etiam apud Christianos
 visitatis vocaretur, eaque retineret: tunc enim ex
 hoc solo non insurgeret Iudæismi suspicio.

His vero qui ad catholicam fidem conuertuntur
 sue ex Iudæorum, sue ex aliorum infidelium perfi-
 dia, iubendum est, ne nominibus antiquis quibus in
 sua seclā utebantur, appellentur, sed uocentur nomi-
 nibus usitatis Christianorum, quod cauit in Hispania
 Catholicus Rex Philippus II. in collectione legum
 Casella lib. 8. tit. 2. de los Iudios y Moros. l.
 13. §. 10.

Rursus præcipiendum est eisdem ne ueteres sua-
 rum seclārum ritus obseruent, sicut dispositum est
 in Concilio Lateranen. sub Innocentio III. c. 70. &
 refertur in e. Quidam, extra de apostat.

De originarijs seu antiquis Christianis quæstio
 etiam est, An & ipsi talem suspensionem incurrant
 si nominibus Iudæorum appellentur? & sane iudi-
 cio meo consultius facient, si nominibus Sanctorum
 noui testamenti uocentur, quod si nominibus Iudæo-
 rum panitus insolitis apud Christianos, & iniusta-
 tis utantur, fortassis causam præbebunt saltem suspi-
 cendi quod ab Hebræis originem ducant.

Vnde aliter circuncidunt Iudæi pueros suos,
 & aliter Christianos, &c.] In uetusto illo codice
 membræneo bibliot. hecæ Vaticanæ, quo sepe sum usus
 ad nostros locos obscuros huius operis illustrandos,

A hæc prorsus leguntur, quæ hic tradit Eymericus de
 discrimine circuncisionis, egerum a peritissimis Ra-
 binis & Iudæis & conuersis ex Iudæis Roma dicit
 hæc scribo, accepit, hoc nusquam obseruari apud eos,
 nec scire se aliquando hæc fuisse obseruata: immo
 aiunt non putari uere Iudæum eum, cui tota præpu-
 tij pellis abscisa non esset.

QVÆSTIO XLV.

De Christianis transeuntibus ad se-
ctam Sarracenorum.

SVMMA RIVM.

- 1 Christianismo ad Sarracenorum ritus desin-
cipientes, heretici sunt habendi.
- 2 Præstantes eis fauorem sunt hereticorum fau-
tores.
- 3 Atque ut tales puniri debent, etiam si Sarraceni
fuerint.
- 4 Gregorius XI. litteris, de his omnibus, puniendis,



Vadragesima, quinta quæstio est
 Christiani, qui ad ritum redeunt
 seu transeunt Sarracenorum, & Chri-
 stiani & Sarraceni, qui talib. q ad
 huiusmodi redierint, vel transierint

ritum, dederunt consilium, auxilium, vel fauorē,
 an omnes isti sint velut heretici iudicandi, sic, q
 Inquisitoris hereticorum iudicio, sint subiecti?

Ad hanc respondemus, & dicimus tria sicut in
 quæstione de Iudæis proxime dicta.

- 1 Primum est, quod tales transeuntes vel redeun-
tes ad ritum Sarracenorum, heretici sunt habendi,
 arg. extra de heret. lib. 6. Contra Christianos,
 nam fidem Christi abnegarunt, & seclā
 peruersam Sarracenorum sibi elegerunt.
- 2 Secundum est, quod Christiani eis præstantes
 ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem, fau-
 tores hereticorum sunt habendi, & ut tales per præ-
 latos & Inquisitores puniendi, arg. alleg. c. Con-
 tra Christianos. Nam taliter transeuntes & re-
 deuntes sunt heretici: ergo eis præstantes consi-
 lium, auxilium, & fauorem, hereticorum sunt
 fautores veri.
- 3 Tertium est, quod Sarraceni præstantes præ-
 dictis (ut transeant vel redeant ad talem ritum
 seu seclā) consilium, auxilium, vel fauorem, fau-
 tores hereticorum sunt, & ut tales puniendi per
 prælatos & Inquisitores sunt, ut expresse deter-
 minat dominus Gregorius Papa XI. in extraua-
 gante, Admodum dolenter, tenoris sequentis.

4 Admodum dolenter audiuius, &
 A narrauimus, quod non solū quidā
 de Sarracena impietate ad Christianam
 fidem conuersi, ad eandem sunt impieta-
 tem reuersi; verum etiā quamplurimi Chri-
 stiani, ueritatem fidei abnegantes, se dam-
 nabiliter ad Agarenorum perfidiam tran-
 stulerunt: quod tanto magis reprobum
 fore

Extravag. do-
mini Grego-
rii xi.

fore cognoscitur, quāto ex hoc Christi no-
men sanctissimum, quadam familiari hos-
litate securius blasphematur. Cum autem
huic pesti damnabili congruis & festinis
deccat remedijs obuiare: Vniuersitati ue-
stræ per Apostolica scripta mandamus,
quatenus infra terminos vobis ad inquire-
dū contra hæreticos, auctoritate sedis Apo-
stolicæ designatos, super præmissis tam per
Christianos, quam etiam per Sarracenos
inter Christianos morantes, inquisita dili-
genter & sollicitè veritate contra omnes,
quos talia intēneritis hætenus commissif-
se, & committere in futurum, tanquam cō-
tra hæreticos, contra fautores etiam, & re-
ceptatores, & defensores eorū, tanquā con-
tra fautores receptatores & defensores hæ-
reticorū procedere studeatis. Sarracenos
quoque, qui Christianos utriusq; sexus, ad
dictā eorum perfidiā induxerint, aut inue-
neritis de cætero inducentes, pena debita
pūnietis: contradicētores per censuram ec-
clesiasticā, appellatione postposita, compe-
scendo: inuocato ad hoc, si opus fuerit, au-
xilio brachij sæcularis. Datum apud Villā
nouā Auinion. diocesis. 3. Non. August.
Pontificatus nostri anno Secundo.

COMMENT. LXX.

DE Secta & erroribus Sarracenorum actum est
supra cum Eymérico in hac eadem parte q.
22. Hic breuiter differit auctor de Christianis, qui
ad eam sectam transeunt seu redeunt: quorum nostris
Jæcidis magnus est numerus, notitia vero huius que-
stionis tota pendet ex illis, quæ dicta sunt in proxi-
ma præcedenti.

Et de materia quæstionis agunt Repertorium In-
quisitorum, verbo, Reuidaiantes. S. supra visum
est. Canonistæ in c. contra Christianos, de hæret. li.
6. Carverius tract. de hæret. nu. 51. vers. item contra
bitur hæresis per apostasiam. Simancas de catō. in-
stit. tit. 39. de Machometanis, & alij.

Aduersus eos, qui ex Christiana religione ad se-
ctā Sarracenorum se transferunt, mortis pena statu-
ta est, in l. 4. septipartita, par. 7. tit. 25. cui consonā
videtur l. hi & leum qui. C. de apostatis.
notum.

Sed iure Pontificio, quo Inquisitores. Apostoli-
ci videntur, huiusmodi disertores tanquam apostata
pūniuntur, & si vere peniteant & conuertantur ad
gremium sanctæ matris Ecclesiæ condonata eis vi-
ta, recipiuntur, sicut indicat hic Eymericus dicens,
eos velut hæreticos esse habendos, de quo agemus
copiosius infra in hac 2. parte, q. 49. de apostatis.

In his consideranda est culpa seu lapsus, vt mi-
nus vel grauius pūniri debeant, an scilicet sponte,
an contra, metu, tormentis, aut alijs causis ducti
eam sectam secuti fuerint.

A Jam extranagatē Gregorij xi. quam referat hic
Eymericus, recitat quoque Repertorium Inquisito-
rum verbo, Reuidaiantes.

QVÆSTIO XLVI.

De infidelibus contra fidem Christia-
nam delinquentibus, an iuris-
dictioni Inquisitorum
subdantur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Contentorum in veteri testamento distinctio.
- 2 Iudæi in quibus a nobis defendendi.
- 3 Iudæis communia multa cum Christianis sunt.
- 4 Iudæi in quibus delinquendo pūniri ab Inquisitoribus possint.
- 5 Iudæos & alios infideles ratione delicti effici de foro Ecclesiæ multis probatur.
- 6 De potestate Papæ super infidelibus.
- 7 Qua ratione Ecclesia quandoque bellum inferat infidelibus.
- 8 Rationes tenentium quod Iudæorum punitio spectet tantum ad iudices sæculares.
- 9 Intellectus c. Postulasti. De Iudæis.
- 10 Quos blasphemos pūniri sit iudicis Ecclesiæ, & quos iudicis sæcularis.
- 11 In crimine hæresis iudicis ecclesiastici est cognoscere, sæcularis exequi.
- 12 Intellectus c. In Archiepiscopatu. De Raptor.
- 13 Ritus Iudæorum cur tolerati ab ecclesia, vnde ita Sarracenorum.
- 14 Clementie vnice, De Iudæis & Sarracenis, pōl-
ebra declaratio.
- 15 Iudæi ex quibus capitibus ab ecclesiastico iudice pūniri possint.
- 16 Epilogus totius quæstionis.
- 17 Narratur casus cuiusdam Iudæi, & Decretum
Papæ de illo consignando Inquisitori.



Vadragesima sexta quæstio est: Iudæi & infideles ceteri, demones in-
uocantes, hæreses seminantes, & cetera circa vel cōtra fidē Christianā
deliquētes, an hæretici sint habēdū
ita vt Inquisitoris hæreticorū iudicio sint subiecti.
1. Ad hanc respondemus, quod in veteri testame-
to continentur multiplicia, à Iudæis vera esse
astimata, quæ se dicunt credere, & eis credendo
inniti auctoritati diuinæ vt in fallibili veritate. Nā
in dicto veteri testamento sunt quædam moralia,
quædam legalia, quædam iudicialia, quædam cæremo-
nialia, quædam prophetalia, & quædam figuralia:
quæ omnia sunt in genere duplicia: Nam quædam
sunt in eis specialia, quæ à nobis Christianis distin-
guuntur, & ipsi Iudæi sunt, & dicuntur; & a nobis
Christianis infideles reputantur, & vere habentur.
2. Et si Iudæi in his discendant à priori eorū cre-
dentia, licet hæretici sint in eorum perfidia, non
tamē in fidē Christiana, immo nobiscum tūc de
novo conueniunt, & ad nos conuertuntur: & ideo
in his

amplius erudiendi, & defendendi.

3. Quaedam alia sunt nobis Christianis, & In-

4. Et quia in his nobiscum conveniunt, & talia

5. De Iudaeis, & cap. Licet. & extra de haeret. lib. 6.

6. Contra Christianos. quanto magis Iudaei, qui

7. De Iudaeis, inter cetera, adorare unum Deum, & illum solum

8. Quod autem ita sit, quod Iudaei, & infideles

9. Bene tamen credimus, quod Papa, qui est Vica-

A super Christianos, sed etiam super omnes infide-

B 6. Unde per hanc potestatem, quam, ha-

C eodem modo si haereses contra legem san inue-

D De Christianis autem non est dubium, quod eos

E Quod super his, dicit in effectu per omnia sicut

Potestas Pa-
pa super infi-
deles.
† Psal. 71.

verum tunc

dist. 2. de i.

Ioan. Andr.

non solum est ha-
reticus; male sentiens de articulis fidei, vel sacra-
mentis Ecclesiae, de haereti. c. Ad abolendam. in
prin. sed etiam qui peruersum habet dogma, vel
falsas vel novas opiniones gignit, aut sequitur. 24
quae. 3. cap. Haereticus, aut si est contra deter-
minationem † Ecclesiae. eo. titu. cap. 4. & cap.
Cum tu. in fi. Iudaei vero, qui dicunt haec, inducē-
tes auctoritatem Deuterono. 23. Non senerabe-
ris fratri tuo: pro quibus videtur facere 23. quae. 4.
Ab illo. non includuntur haec constitutio-
ne: quia non cadit in illos proprie haeresis,
quae divisionem notat, quia ipsi nunquam in

Z vnitare

unitate fidei fuerunt. Item certum est, quod peccant in articulis fidei, qui sapiunt humanitatem Christi, de quibus dicitur de sum. trin. Firmiter. & hoc scit Ecclesia: & illos sustinet, & nihil ad nos, &c. 2. q. 1. Multi. de diuor. c. Gaudemus. posent tamē super his per Ecclesiam compesci, si talia dogmatizaret inter Christianos, vt scripsi post Inn. & Hostien. de vot. & voti redem. pt. c. Quod super his. ver. defensionem. sicut & in alijs casibus coercentur, qui notantur extra de Iudais. c. Iudai. hæc Ioan. Ad.

Paulus de Leazaris super eod. cap. concordat etiam cum prædictis.

S. Thomas.

Beatus Thomas 2. 2. q. 10. art. 9. in solutione secundi argumenti dicit sic: Ecclesia contra infideles non habet iudicium quod ad pœnā spiritualem eis infligendā: habet tamen iudiciū super aliquos infideles quo ad temporalem pœnam infligendam: ad quod pertinet, quod Ecclesia aliqua do propter aliquas speciales culpas subtrahit aliquibus infidelibus communionem fidelium.

Idem sanctus Thomas ead. quaest. 8. art. dicit sic: Infidelium quidam sunt, qui nunquam fidem susceperunt, sicut Gentiles & Iudæi, & tales nullo modo ad fidem compelliuntur, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est: Sunt tamen compellendi ab Ecclesia, si facultas adsit, vt fidem non impediunt, vel blasphemis, vel malis persuasionibus, vel etiā a persequutionibus: & propter hoc fideles Christi frequenter contra infideles bellum mouent, non quidem vt eos ad credendum cogant (quia etiā si vincerent eos, & captiuos haberent, in eorum libertate relinquerēt, an credere vellent, sed propter hoc, vt eos compescant, ne fidem Christi impediunt.

† al. à fidelib.

Alij vero sunt infideles, qui quandoq; fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut hæretici, vel apostata: & tales sunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt. Hæc beatus Thomas.

Nonnulli autem aduersarij veritatis, veritatem prædictam nituntur multipliciter impugnare, volentes probare, quod cognitio & punitio Iudæorum, & Sarracenorum in & contra fidem delinquentium, pertineat non ad Episcopum, & Inquisitorem, sed tantum ad dominos temporales. Et primo probant per canones, secundo per leges.

Argumenta quib. quidam nituntur probare infideles non esse per Ecclesiam puniendos.

Per canones impugnant quintupliciter & primo sic. Iudæus sic delinquens contra fidem, vel est de se de iurisdictione Episcopi, vel non: si sic, punit eum Episcopus, vt patet extra de Iudais. c. Postulasti. & punit eum pecunia, vel pœna alia temporalis, si non, punit eum dominus temporalis, vt patet per c. allegatum. Non ergo omnes Iudæos contra fidem agentes potest punire Episcopus, & per consequens minus ipse Inquisitor, cum ille sit ordinarius, & non iste.

Responsio ad primum arg.

Respondetur: q. cap. allegatum non loquitur de hæresi, vel de fide, de quibus cognoscere, est pœnitentiam ecclesiasticam prohibens dominus temporalis, vt patet extra de hære. lib. 6. c. Vt inquisi-

tionis. §. prohibemus. sed loquitur de excessu, de quo in Iudæo conceditur per Ecclesiam dominus, temporalis, quod possit cognoscere, & punire: dicit enim sic cap. allegatum: Postulasti qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum violentas? Ad quod breuiter respondemus, quod si dictus Iudæus tunc in iurisdictione existat, ipsum pœna pecuniaria punias, vel alia (secundum quod conuenit) temporalis, faciens laeso satisfactionem congruam exhiberi: alioquin eius dominum moneas & inducas vt passo iniuriam, & Ecclesie ab eo satisfieri faciat competenter: Quod si dominus eius neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per censuram ecclesiasticam interdicās, ne cū ipso Iudæo, antequam satisfaciat, præsumant cōmēcia exercere.

Secundo sic arguitur: Si in contumeliam creatoris prorumpant Iudæi, puniuntur per principes temporales, vt patet extra de Iudais. c. In nonnullis: Sed fidem Christi peruerso dogmate impugnare, vel aliā in & contra fidem agere, est in contumeliam creatoris prorumpere: Igitur si Iudæi sic agitent contra fidem, non per Episcopum & Inquisitorem debent puniri, sed per principes temporales.

Respondetur multipliciter: primo q. dupletur est blasphemia & contumelia in Deum, quedam est qua mere contumelia: quedam qua est hereticalis. prima non agit articulum fidei, sed secunda de prima loquitur de maledic. secunda autem contra hunc ad titulum de heret. & de prima loquitur hic, & non de secunda cap. allegatum: quia loquitur simpliciter, & non ad hæresim contrahendo. Nec sequitur, quod si dominus Papa commiserit etiam de secunda: Et vbi hæc fecerit (quod non fecit) contrarium prædictis dominis temporalibus postmodum præcepit extra de heret. lib. 6. c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. an tea allegato. vbi eis præcipit, quod de fide & hæresi quoquo modo non iudicent, nec cognoscant.

Secundo respondetur, quod eum dicitur in dicto c. In nonnullis. præcipimus. quod per principes seculares præsumptores huiusmodi animaduersione debita puniatur: dominus Papa non excludit seipsum, quin possit iudicare & punire Iudæos contra fidem catholicam delinquentes, esse delicti. In foro autem ecclesiastico tales pœna pecuniaria vel temporalis alia, extra iurisdictionem sanguinis puniuntur: in foro autem seculari pœna capitis plebuntur, quod notatur in hoc, quod dicitur, animaduersione debita puniantur, vt notat & exponit Hostien. in summa titu. De iudæis: §. quid si Iudæus. dicit enim sic: Cum autem Iudæus Christianum blasphemans, vel in eum sentiens puniatur, multo fortius si Deum blasphemauerit, est per potestatem seculari pœna legitima ferendus, vt infra eo. cap. In nonnullis. §. vlt. Sed que est pœna hæc: dicunt quidam q. pecuniaria, vt infra eo. Postulasti & hoc

& hoc est verum in foro ecclesiastico: sed in sa-
culari hoc no credo verum, immo legali, que est
decapitatio; etiam in Christiano, vt dicam infra,
de maledi. c. Qualiter quodlibet genus puniatur,
& infra: & hoc significat Papa quando dixit: per
potestatem secularem, condigna animaduersionis
adiectione; animaduersionis enim merum im-
perium denotat: vnde in hoc casu animaduerte-
re, est anima a corpore vertere. ff. de iurisd. om.
iud. l. 3. nec excusabit se aliquis cum iudice cau-
sa iud. Quis enim ludos appellet, ex quibus cri-
mina oriuntur: vt in constitutione ff. veteris §. il-
lud vero satis. nam ludus noxius in culpa est. ff.
ad leg. Aquilia. Nam ludus. ad hoc supra de pre-
sum. c. v. h. c. Hostien.

11 Tertio respondetur: quod in crimine hęresis,
iudicis ecclesiastici est cognoscere, & iudicare;
sed iudicis secularis est exequi, & punire, vt patet
extra de hęr. c. Ad abolendam. & c. Vergentis.
& c. Excommunicamus. vtroq; sic in proposito
Ecclesia iudicat: quod significatur in eo qd Pa-
pa in dicto c. In nonnullis. dicit: precipimus, qd
presumptores huiusmodi: sed dominus tempo-
ralis exequitur & punit, quod patet in eo, quod
precipit fieri per principes seculares, tanquam per
executores: & in eo quod dicit, quod condigna
animaduersionis adiectione compescatur; pena
autem animaduersionis vltimum supplicium de-
signatur, vt patet clarę extra de hęr. c. Ab abo-
lendam. c. Vergentis, & c. Excommunicamus. pri-
mo, & secundo.

Tertio arguitur sic: Rex Sicilia commisit Epi-
scopis, vt puniret Sarracenos, qui mulierib. Chri-
stianis, & pueris paruulis abutebantur, vt patet
extra de rapt. c. In Archiepiscopatu. igitur si rex
eis commisit, ergo Sarracenorum punitio directe
pertinet ad principes seculares.

12 Respondetur: quod dominus Papa ibi, com-
missionem Episcopis factam per regē super Sar-
racenos narrat: sed eos pcedere ex tali commis-
sione non approbat: nec processerunt ex illa, sed
propria potestate ordinaria. vnde dicit sic: Con-
sultationi tuę taliter respondemus: quod tales in
iurisdictione tua existētes, pena pecuniaria pote-
ris multare, &c.

Potest & aliter responderi: quod ibi prædicti
Episcopi in dictis excessibus processerunt ex co-
missione regia, & non potestate ordinaria: quia
procedebant in casu, & de excessu (quia de vene-
reo, & damnato concubitu) in quo, & de quo po-
test cognoscere, & punire dominus temporalis:
secus autem de fide, & crimine hęreticę pra-
uiritatis, de quo iudex secularis cognoscere prohi-
betur in allegato c. Vt inquisitionis. §. prohibe-
mus.

Quarto arguitur sic. Alta voce, & publice in
terris Christianorum perfidum Machometum,
& sacrilegum inuocare: peregrinationes ad Sar-
racenum defunctum aliquem vt ad sanctum, pa-
lam & publice in eisdem terris facere, & tolera-
re, cedit in offensam, & in opprobriū fidei Chri-
stianę: Sed Sarracenos talia exercentes, mandat
dominus Papa castigari p principes Christianos,

A & dominos temporales, vt patet extra de Iudais, &
Sarracenis in Clem. Cedit. Nō ergo cognitio, &
punitio Sarracenorum cōtra fidem Christianā
delinquentium videtur ad Ecclesiam pertinere.

Respondetur: qd Iudę, & Sarraceni (vt dictum
ex prius) aliqua habent nobis, & eis communia:
vt credere vnum Deum: & illum fore creatorē,
quod est commune nobis Christianis, & Sarrac-
enis, & Iudais; vel credere Christum de Virgi-
ne natum: et illum fore Prophetam verum, &
sanctum; quod est commune nobis, & Sarrac-
enis, & in talibus assentire, ab Ecclesia non repro-
bantur, imo tacite approbantur. Et si post dissen-
tiant, in lege seu potius in secta sua hęreticāt, di-
recte, & in nostra indirecte. Et qd inquirere, &
cognoscere de huiusmodi Iudais, & Sarracenis
sic delinquentibus, est de fide, & hęresi inquirere,
& cognoscere (quod est prohibitū dominis tem-
poralibus) ideo de huiusmodi habet iudex Ecce-
siasticus cognoscere, & iudicare: nec c. Cedit. al-
legatum, (vt patet ex eius serie) loquitur de Sarrac-
enis taliter delinquentibus contra fidem.

13 Habent etiam Iudę, & Sarraceni aliqua, que
nobis Christianis, & eis non sunt communia, sed
distincta, per que hi sunt, & dicuntur Iudę, & il-
li sūt & dicuntur Sarraceni, & p que a nobis Chri-
stianis sunt distincti; vt Iudę asserunt Christū
adhuc fore venturum, & legalia obseruāda: Sar-
raceni autem asseuerant Christum venisse, tamē
purum hominem fuisse, & Machometum perfidū,
Christi nuntium, & Dei Prophetam san-
ctum extitisse, & in his Ecclesia eos non appro-
bat, immo reprobat, sed licet reprobet, tamen to-
lerat, & ne eos quisquā ad profitendū fidē catho-
licam cogat, prohibet atq; vetat, vt patet dif. 45.
Qui sincera. sed si voluerint ab eorum talib. er-
roribus resilire, & Christi fidē suscipere, eos fo-
uet, recipit, protegit & amplectitur, vt patet de
Iud. & Sarra. c. Iudę, siue Sarraceni, & in prote-
statione huiusmodi eorum errorum, ipsi Iudę,
& Sarraceni exercēt, & obseruāt execrabiles va-
rios ritus suos: his in Synagogis, illi in Mesquitis.

13 Hi autem ritus plurimū distinguuntur: nam
ritus Iudæorum interdum fuerunt liciti, sed sem-
per habuerunt, & habent significatū, & reprę-
sentatiue aliquid veritatis. Nā olim in figura re-
pręsentabant tunc futura: modo autem præteri-
ta: nūc autem licet Iudais mendaciter repręsen-
tent futura, nobis autem dū per Iudæos fiunt, in-
dicant præterita: Sicut serpens æneus, qui adhuc
in quibusdam Ecclesijs in Paschate super palū
exaltatur, & agnus, qui immolatur, figurant nobis
Christianis præterita, quia Christum in Cru-
ce exaltatum, & Deo in ara Crucis immolatum
sed olim sanctis Patribus designabant talia in
Christo fore futura. Nam (vt dicit Christus Ioa.
3.) Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto
ita exaltari oportet filium hominis: & ideo ritus
Iudæorum ab Ecclesia tolerantur. quia in il-
lis habemus testimonium fidei Christianę ab
hostibus, & ab illis, qui foris sunt, immo Papa p-
hibet, quod in eorum celebratibus, & festiuita-
tibus a Christianis nullatenus perturbentur; vt
Z 2 patet

Responso ad
4 argum.

Quib. distin-
guuntur Chri-
stiani a Iu-
dais, & Sar-
racenis.

Ritus Iudæo-
rum.

ritus Iudæo-
rum.

Ritus Sarracenorum. † al. nūquam

patet extra de Iudais, & Sarra. c. sicut Iudai. Ritus autem Sarracenorum secundum suam totalitatem, (quod dico propter circumcisionem) nec † fuerunt, nec sunt liciti: quia non continent veritatem, nec aliquam adducunt utilitatem; ideo ab Ecclesia iure, vel constitutione nec approbatur, nec licentiatur, nec etiam tolerantur: licet in Mesquitis suis, vel eorum domibus, inter se quaedam taciturnitate ab Ecclesia videatur tolerari, quia sic fieri non prohibentur. Quod autem istos execrabiles ritus non faciant inter Christianos publice in loco eminenti: & proclamant, & profiteantur Mahometum alta voce: & peregrinentur in multitudine, & publice ad sepulchrum Sarraceni, quem ut sanctum mendaciter colunt, & adorant, fieri prohibet dominus Papa vt Iudex ecclesiasticus, & proprius in hac causa: vnde dicitur: † Cū autem hæc in diuina maiestatis displicentia non sint vllatenus toleranda, sacro approbante concilio, ipsa in terris Christianorum fieri deinceps districtius in hibemus: præcipientes Principibus temporalibus (vt generalis iudex) quod talia in eorum terris fieri non permittant.

† In d. Clem. Cedit. §. cum autem de Iudais, & Sarracenis.

14. Si autem fiant per modum, per quem fieri prohibentur, (hoc est publice, & notorie, quod probatione, & inquisitione non egeat, sed punitione) in isto casu præsentis statuti, & ipso iure dominus noster Papa committit, & remittit eos (vt punitionem, & vltionem in eos exequatur) ad Principes seculares: † cum tales infideles publice Christum blasphemantes, animaduersionis vltione debeant castigari, vt dictum est in solutione immediate præcedentis argumenti: & patet extra de Iudais, c. In nonnullis animaduersionis autem pœna decapitatione significat, vt dicit Hostien. & dictum est vbi prius: quæ pœna non potest infligi per Ecclesiam. Quod bene designat verba in §. hinc. Clem. prædictæ, Cedit, quæ sunt talia: Ij vero, qui secus præsumperint, taliter ob diuinam reuerentiam castigetur ab ipsis (scilicet Principibus) quod alij eorum exemplo perterriti, à præsumptione similiter ceantur.

† al. temporales.

Argum. 5.

Quinto arguitur sic: Iudei proprie nõ possunt esse hæretici, neque per consequens de hæresi suspecti; nam fidem Christianam nunquam moderni Iudæi receperunt, & per consequens perdere eam non possunt: Episcopi autem & Inquisitores non sunt simul iudices, nisi in materia hæresi. Ergo de eis qualitercunque delinquentibus cognoscere non possunt.

responsio ad 5. argum.

Responsum est supra prolixè, quod Iudei hæreticorum fautores, & receptatores, & defensores possunt esse clare: & ideo possunt puniri per Episcopos, & Inquisitores plane: hæretici autem in lege nostra directe & proprie esse non possunt, nec suspecti, quia fidem Christi in re non receperunt: & sic vt tales puniri non possunt: hæretici autem in lege sua directe, & in lege nostra indirecte esse possunt: & hoc si credat, vel pertinaciter asserant contrarium eorum, quibus a nobis distincti non sunt, sed nobiscum conueniunt. vtpote, Deum nõ esse vnum, vel creatorem, &c. quibus assentire seu credere expressè vel tacite huius

A serunt in circuncisione, vel legis Moyfi acceptatione, & ideo si deuant, arcendi † sunt tenere q̄ t̄ fidei iusserunt. De fide autem & hæresi nõ habet cognoscere quomodo, nec diffinitè dominum temporalis, sed tantum ecclesiasticus.

Possunt etiam contra fidem Christianam agere, ipsam prauo dogmate corrupendo: malis persuasionibus impugnando: Christianos ad hæreses inducendo: de hæresibus informando: ad ritus eorum execrabiles prauis suggestionibus pertrahendo: nouas hæreses contra legem Christi inueniendo: scribendo, & dogmatizando, & similia peragendo. de quibus nõ iudex secularis (cui sit prohibitus) sed ecclesiasticus habet de iure cognoscere, & diffinire, vt dictum est supra.

Per leges etiam veritas supradicta multipliciter impugnatur. Et primo sic: Iudæi Romanis legibus iudicatur. patet C. de Iudæis. Iudæi. vbi dicitur sic: Iudæi Romano communi iure viuentes, & infra: Adeant solemnè more iudicis, omnesq; Romanis legibus conseruant, & excipiant actiones. Ergo debet iudicari Romanis legibus, quod pertinet ad Principes seculares.

Dicendum est, quod Imperator in l. prædicta nihil aliud in eisdem, nisi q̄ Iudæi, qui viuunt iure & statutis Romanorum, iudicantur Romanis legibus in ciuilibus, sicut & Christiani: & non legibus Moisaicis, nec à senibus Iudæorum: immo eos per eorum seniores prohibet iudicari, vt patet C. de Iud. l. Si qua. Ante enim aduentum Christi secundum legem Moisaicam in multis habebant immunitatem, quæ omnia rescinduntur, eo. tit. l. Iussio. & quedam iuxta legem suam instituerant, quæ non licent. C. eod. l. Nemo.

Secundo arguitur sic: Rectores prouinciarum debent prohibere Iudæos si faciunt aliqua in contemptum fidei Christianæ. patet C. de Iud. l. Iudæos. vbi dicitur sic: Iudæos quosdam festiuitatis suæ solemnias, ad pœnæ quædam recordationem intendere, & sanctæ crucis assimilata specie in contemptum Christianæ fidei sacrilega merte exercere, prouinciarum Rectores prohibeat. hęc ibi. glof. solemnias. puta coronam spineam, & equicem, non ergo ad ecclesiam, sed ad dominos temporales, Iudæos contra fidem delinquentes pertinere cognoscere, & punire.

Dicendum: quod ex ista lege nihil aliud habebitur, nisi quod Rectores prouinciarum prohibeat Iudæos, ne talia faciant contra fidem: nec per hoc Iudæi fidem peruertebant, sed eõtemnebat, vnde in cõceptum dicitur: nec per hoc excluditur ecclesia, ad quam de delinquentibus in fide pertinet iudicare, & non ad dominos temporales, vt patet extra de hæret. lib. 6. c. Et inquisitionis. & §. prohibemus, sæpius allegato.

Tertio arguitur sic: Princeps secularis iudicat pœna sanguinis Iudæos, qui expugnant fidem Christi peruersa doctrina, vt patet C. de Iud. l. vlt. in fine, vbi dicitur sic: Cernat præterea bona sua proscripta mox pœnæ sanguinis destinadus, qui fidem alterius (idest Christi) expugnauerit peruersa doctrina. hæc ibi. Non ergo ad ecclesiam pertinet Iudæos punire taliter delinquentes.

Dican-

Dicendum est: quod ex ista lege nihil aliud habetur, nisi quod princeps secularis Iudæos expugnātes fidem, punit pœna sanguinis: hæc autem pœna est secundum iudicium seculari; nec ex hoc excluditur iudicium Ecclesiæ, cuius est cognoscere & diffinire, sicut nec in hæreticis, in quos, & contra quos est eadem pœna secundum leges, ut patet. C. de hæret. l. Manichæos. & l. Arriani. & tamen præcedit semper iudicium Ecclesiæ, ut patet. C. de sum. Trin. & fide catho. l. 1. in fi. & extra de hæret. c. Ad abolendam, & c. Vergētis, & c. Excommunicamus 1. & 2. Et Iudæi fidem Christi expugnantes eisdem legibus, quibus, & hæretici iudicantur. C. de Iudæ. l. Calicolarum. ubi dicitur sic. Iudæi nisi ad Dei cultum venerationemque Christianā conuersi fuerint: his legibus, quibus præcipimus hæreticos adstringi, se quoque non uerint adstringendos. hæc ibi. Constat autē quod non adstringuntur eisdem legibus sicut hærenici nisi expugnent fidem in peruerso dogmate seu peruersa doctrina sicut hæretici, tunc enim eodē iudicio adstringuntur, ut patet C. de hæret. l. qui cunque. §. eos vero, ubi dicitur sic: Vltimo supplicio coercet̄ur qui illicita tentauerint docere: alias autem princeps secularis Iudæos sustinet, protegit, & defendit, ut patet eo. tit. l. Nullus.

Quarto arguitur sic: Ocasione quæstionis hæresum nullus habet prouinciam commouere, sed præses per se debet prouidere, in Authen. de mā. princ. coll. 3. §. eos vero, ubi dicitur sic: Neque occasione religionis hæresumque quæstionis permittas alicui prouinciam commouere. Ergo si Iudæus expugnet fidem, nullus debet se intromittere nisi præses.

Dicendum, quod ex lege illa nihil aliud habetur nisi quod iudex ecclesiasticus non debet se intromittere de quæstione ciuili occasione hæresum vel religionum, sed præses debet prouidere super decisione talis quæstionis ciuili, nec lex intendit quin iudex ecclesiasticus de hæresi debeat iudicare: & ubi lex hoc diceret vel intendere, lex illa tanquā impediens inquisitionis officium per Episcopū & Inquisitorē foret penitus retrahēda, ut clare habetur extra de hæret. lib. 6. c. Statutū.

Quinto arguitur sic: In crimine canonico præses cum Metropolitano habet discernere, & non Metropolitano per se, sed adiuncto præside, ut patet in Authen. de manda. princ. §. si vero canonicum. Fidem autem per Iudæos vel Christianos expugnare falso dogmate, crimen est canonicum: Ergo de illo discernere pertinet non solum ad Ecclesiam, immo etiam ad præsidem, non distinctiue, sed copulatiue.

Dicendum, quod prout patet per uerba legis subsequētia illa quæstio nō erat pure canonica, sed habebat aliquid de ciuili. Dubitabāt enim episcopi, in quo dubio aliquid erat de fide, & aliquid de temporali iurisdictione, lex enim dicit sic: Si vero canonicum sit quod quæritur, vna eū Metropolitano prouiciā hoc disponere, & discernere siue episcopi dubitent, siue alii quidam, & causæ dare Deo amabilē & decibilem terminum, qui & deceter orthodoxam custodiat fidē,

A & indemnitate procurret fiscalibus. Ecce patet quod dubitabant Episcopi, in quo dubio aliquid erat de fide, & aliquid de fiscalibus, in quo casu Metropolitanus & præses habebant discernere: alias. n. episcopi per se & sine Metropolitano iudicant in quæstione canonica, ut in matrimonia l. 3. & alijs multis. In crimine. u. vere Ecclesiastico, ut est crimen hæresis, iudex ecclesiasticus per se cognoscit & discernit; nec quo ad iudicium habet interuenire iudex ciuili, ut patet in Authent. ut clerici apud proprios episcopos. §. si vero, colla. 6. ubi dicitur sic: Si vero ecclesiasticū sit delictum, egens castigatione ecclesiastica, & multa, Deo amabilis episcopus hoc discernit, nihil communicantibus clarissimis prouinciæ iudicibus. Neque. n. volumus talia negotia omnino scire ciuiles iudices, cum oporteat talia ecclesiastice examinari, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam secundum diuinas & sacras regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges, hæc ibi.

16 Non obstantibus igitur canonum & legū allegationibus, & impugnationibus antedictis, patet clare, quod Iudæorū & aliorum infidelium fidē Christianam prauis dogmatibus impugnatū, seu alijs modis prædictis contra fidem Christi delinquentium, & agentū, cognitio, iudicium & punitio pertinet de iure ad iudices ecclesiasticos: quia ad Episcopos & Inquisitores hæreticę prauitatis, & non ad princeps seu dominos temporales: licet executio pertineat ad ipsos iudices seculares, quando punitio transit in vindictam sanguinis, & sic delinquentes debeant animaduersione debita, hoc est ultimo supplicio castigari, prout in hærenicis de iure & consuetudine est factū.

17 Propter huiusmodi rationes nonnulli aduersarij, veritatis, tempore domini Urbani Papæ V. opposuerunt se episcopo Barchinon. & dicto Inquisitori fratri Nicolao Eymerici in Aragonia, qui tenebant captum Astruchum de Piera Iudæum Barchinon. conuictum pariter & confessum, quod demones inuocauerat, sacrificauerat, & responsa expectauerat, & habuerat: allegantes contra dictos Episcopum & Inquisitorem, Iudæum propter prædicta non esse de foro eorum, sed potius domini temporalis, & tandem dictus Iudæus fuit positus in sequestro, in posse Domini Episcopi Ilderdenfis, & deducta causa in Romana curia. coram Domino Gregorio Papa XI. & auditis partibus hinc & inde, demū idē dominus noster Papa Gregorius in publico consistorio mandauit dominis Cardinalibus Bonon. & Mutin. quatenus scriberent & mandarent domino Episcopo Ilderdenfi, quod infra terminum certum dictum Iudæū antedictis Episcopis Barchinon. & fratri Nicolao Eymerici Inquisitori restituisset & assignasset realiter, & de facto: Qui antedicti domini Cardinales eidē Episcopo Ilderdenfi. hoc mandauerunt, per suas litteras tenoris sequentis.

Miseratione diuina Guido Portuenfis & Aegydius Tufculanus Episcopi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, venerabili-

Tabien. in sum. verbo, Inquisitor. §. 33.

† al. Mori. nen.

nerabili in Christo patri domino episcopo Ilerdensi salutem in Domino.

De mandato Sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Domini Gregorii diuina prouidentia Papæ XI. uiuæ uocis oraculo nobis facto tenore præsentium uobis præcipimus & mandamus, quatenus Astruchum de Piera, Iudæum Barchinon. penes uos & in uestra custodia certis de causis (ut dicitur) existentem, uenerabili in Christo patri domino Episcopo Barchinon. & fratri Nicolao Eimerici Inquisitori hæreticæ prauitatis, in terris cismarinis regis Aragoniæ: uel ab eis certum mandatum habentibus, infra sexdecim dierum spatium à præsentatione seu notificatione præsentium, uobis facta, immediate sequenti tradatis, liberetis, & realiter assignetis.

Datum Auinione sub nostris sigillis, anno à natiuitate Domini MCCCLXXI. in diectione IX. Die decima mensis Aprilis, Pontificatus prædicti Domini nostri Papæ anno primo.

Quo Iudæo recuperato, præfati Episcopus & Inquisitor eundem Iudæum Barchin. in Ecclesia cathedrali, in festo Circumcisionis Dominiæ fecerunt publicè abiurare, & eundem sententialiter carceri perpetuo manciparunt.

COMMENT. LXXI.

Tota hæc quæstio, quam uis late pateat, tribus tamen potissimum partibus uelut certis cancellis clauditur.

In prima docet, Iudæos, ceterosque infideles aduersus catholicam fidem delinquentes per Episcopos & Inquisitores puniri posse.

In secunda diluit ea, quæ huic sententiæ secundum speciem uidentur aduersari, quod præstat dum ait; Nonnulli autem aduersarij ueritatis.

In postrema ibi: Non obstantibus igitur, propositum concludens, auctoritate pontificia confirmat infideles in certis quibusdam causis iurisdictioni Ecclesiasticorum iudicium supponi.

Integram hanc quæstionem nullis pene mutatis transtulit Locatus in suum opus iudiciale, uerbo, in uocare. à nu. 2. usque in finem. Idem fecit, præstius tamen, Tabien. in sum. uerbo, Inquisitor. §. 32. & 33. multa huic spectantia tradit Repertorium inquisit. uerbo, Iudæus §. an & ex qua causa, & Zanchinus tract. de heret. c. 26. & ibi late in additionibus Campegius. Ioan. And. Innocentius & alij, in cap. quod super his. de uoto & uoti redempt. Ancharanus cons. 14. Calderinus cons. 2. tit. de Iudæis, uterque Thomas 2. 2. q. 10. art. 8. Fernandus Vasquius li. 1. cōtrouersiarū illustrūsc. 24. Coradus Brunus li. 4. de heret. c. 1. Ioannes Roia tract. de heret. par. 1. nu. 357. & seq. Simancas de catho. inst. tit. 35. nu. 10. & 11. idem in Enchyridio tit. 17. nu. 2. & alij.

Iudæi delinquentes in his quæ nobis & Christianis & eis sunt communia, &c.) Et hæc est

A communis sententia, quam tenent fere omnes præfati in locis præcitatis: ceterum, ut ingenue dicam, quæ sententia, licet horum uirorum non sit auctoritas conremnenda, quos doctissimos esse constat: at communis opinio eis preponderare debet, & fauor fidei, quem communis sententia tuetur, multum potens habere debuit apud ipsos. & eorū ratio potissima, uide licet de his qui foris sunt nihil nostra referre, facile refellitur: quia cum in fide communē ipsis & nobis aut in nostram solū delinquunt, Ecclesiasticis iudicibus se subiiciunt, nec foris tunc omnino ratione delicti Ecclesiastici patri censeri debent: hæc uero Eimerici doctrina tutissima est ubique, & ualde seorspectatis in primis circumstantijs, quas auctor prædictissimè commemorat. uidelicet, cum hæc delicta committunt in presentia Christianorū, & quandoque ad similia malo suo exēplo Christianos pertrahunt.

B Sed hæc quæstio antea quidem ut apparet in disputatione postea, iam pontificia auctoritate declarata est à Gregorio XIII. Pontifice Maximo, extrauaganti quadam incipien. Antiqua Iudæorum improbitas. in qua cum recensentur casus, & casus in quibus Inquisitores possunt procedere contra Iudæos, aut infideles. huc de quo agimus primo locum numerat, in hæc uerba: Si quis Iudæus, aut infidelis in ijs, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, ueluti Deum unū, æternum, omnipotentem, creatorē omnium uisibilem & inuisibilem & similia non esse asseruerit, prædicauerit uel priuatim alicui in sinuauerit; Inquisitorum scilicet hæreticæ prauitatis iudicio subiacebit. quam sententiam iam olim professus fuerat Guido Carmelita in uerba de hæresibus, tit. de hæresibus Iudæorum, tit. & nostris sæculis multi insignes uiri, in quibus uis Marquardus tract. de Iudæis par. 2. c. 9. & Bonifacius cons. 90. incipien. An Iudæus. lib. 1. & Lutzenburgus in Catalogo hæreticorum uerbo, Iudæus.

C Unde per hanc potestatem, quam habet Papæ, credo quod si Gentilis, &c. contra legem faciat, potest puniri licet per Papam. Idem tenent Hostiensis & alij, cum Innocentio, in dicto c. quod super his. de uoto. Repertorium Inquisitio uerbo, Iudæus. §. item quando Iudæi. & Locatus, uerbo innovare nu. 6. & eleganter ac more suo copiose. Alfonso Castrius lib. 2. de iusta heret. puniō. c. 14. uerba prima igitur belli causa. & seq.

D Et hæc ratione moti Papæ Gregorius & Innocentius mandauerunt comburi libros tales, &c. Hanc historiam breuiter indicat Bernardus Lutzenburgus in Catalogo hæreticorum uerbo, Iudæi. res ita se habet: Gregorius Nonus circa annos Domini MCCXXX. intutus blasphemias & impietates aduersus religionem Christianam contentas in Thalmudo, iussit eum librum comburi, quod factum est per Cancellariam Parisiensem: Gregorio succedens Innocentius VIII. id factum confirmat, addens ut ceteri similes libri, si superessent, diligenter inquirerentur & comburerentur: Rescriptum quo hæc cauit Innocentius incipit: Impia Iudæorum perfidia, quod hic libenter inseruissim, nisi curassem imprimendum inter litteras Apostolicas, habetis quod in fine huius operis. idem Thalmud prohibetur in iudice

Iudæus quia demones inuocauit abiurauit.

Quæstionis summa.

Iudæi delinquentes in his quæ nobis &

indiee librorum prohibitoru: & iubetur coburi Ro me. & ubique per illusterrimos Cardinales Inqui sitores quorum de hoc edictum habetur in bullario litterarum Apostolicarum, sit in fine huius operis. d. Et punit cum pecunia, vel poena alia tempo rali. Quibus poenis afficiantur infideles in fide pec cantes, dixi plene supra super q. 44. vers. tales in qua Iudai. illud hic adiungam, pecuniariam poenam ce teris acerbiores futura Iudais est eum genus hom inum auarissimum.

Quaedam qua est mere contumelia. Hic lo cus deprauatus erat, nec poterat omnino intelligi quid sibi auctor vellet. in Barconensi enim impres so ita legebatur: Quaedam qua est mere causalis. in Sabellano ita: Quaedam qua est metalis. sed Bo noniensis, & codex Cardinalis de Gambara op. tu lerius, ex quibus est locus restitutus, ut est impres sus, qua restitutione facta vera est EymERICI solu tio, & similem blasphemiam distinctionem attulit auctor paulo antea q. 41. in principio. hanc obiectio nem paulo aliter soluit Panormitanus in dicto ca. postulasti. de Iudais. nu. 4. vers. puto respondendus, quem video. adde ibidem Felinum.

Hi in synagogis, illi in Mesquitis. Quas nos dicimus Ecclesias, Hebraei Synagogas, Sarraceni Mesquitas vocant. cap. consuluit. de Iudais. cle. ce dit. s. 1. de Iudais, & Sarrac. ubi glossa in verbo Mesquitis. In his autem si cupis scire quales ritus obseruent, legito quos citavi super q. 20. & 21. hu iusiuoai secunda partis.

Et ideo ritus Iudaeorum ab Ecclesia toleran tur, quia in illis habemus testimoniu fidei Chri stianae. Elegans est haec ratio. quam sumpsit EymERICUS ex beato Thoma. 2. 2. quest. 119. ar. 11. alio rum autem infidelium ritus multis sanctiombus in hibentur, l. 2. c. de paganis. l. 2. c. de sum. Trinit. & fide cath. l. conuenticula. c. de episcopis, & cler. Cle men. vnica de Iudais. ubi Cardinalis, nu. 3. & Ioan nes Imolemsis hanc discriminis rationem asserunt: quia Iudaei colunt vnum Deum, & verum, Sarrace ni vero Mahometum hominem facinorosum, & ne fandum: alij alias rationes asserunt, quas commemo rat Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 1. nume. 568. & sequentibus.

Illud addiderim monere beatum Thomam praeci tato loco, aliorum infidelium ritus posse quandoq; tolerari, praesertim vero cum salus, & conuersio eo rum inde facilius speraretur.

Animaduersionis autem poena decapitatio nem significat, &c. Hanc sententiam tunc veram esse credere, cum adijceretur verbum, seuerissima. iuxta glossa in l. nemo. verbo, seuerissima. c. de su. Trinita. & Felinum in c. ex litteris. nu. 22. de con sultatio. vel grauisima, iuxta glossam in l. vnie. ver bo, grauisima. c. nemini licere signu saluato. & in l. 2. c. de Eunuchis. verbo, poena grauisima, vel si miles voces, quae excessum significauit, dicta e gra matice superlatiua, vt acerrima, maxima, acerbissi ma. alias enim nomine animaduersionis, aut poena simpliciter prolata, non puto significari poena mor tis: sed arbitrium esset iudicis punire vt uellet, spe ciata personarum, & delicti qualitate, iuxta doctri nam glossa in c. sane, verbo, punire. extra de celebr.

missa. adde Corsetu in suis singula. verbo, poena. 10. Obseruandum tamen est, quandoque nomine de bitae animaduersionis mortem intelligi. c. excommu nicamus. 4. de haere. & c. vt inquisitionis. s. prohibe mus. de haeret. lib. 6. & tradit Felyn. in d. c. ex litte ris. de consti. & EymERICUS hac ipsa quaestione, in solutione quinti argumenti ex legibus desumpti, nu me. 16. in fine.

Quo Iudaeo recuperato, & c. eundem fecerunt publice abiurare. Sed quomodo abiurabit Iudaeus qui nunquam fidem recepit? Nam re vera huic de seruire non potest forma cap. ego Berengarius. de co secrat. dist. 2. nec aliae vulgares abiurationum for mule, quae illis solum competunt, qui fidem Catholi cam sunt professi, abiurabit ergo in hunc modu quo ties talis casus occurrerit: Ego N. sacrosancta Dei lege posita coram me, & meis manibus tacta, iu ro me credere corde, & ore profiteor illam verita tem ac fidem, quam lex Dei sacrosancta docet, te net, & praedicat: ac in primis Deum esse inuoca dum, solumque adorandum; & per consequens detestor eum et rorem, qui dicit daemones esse ad uocandos, eiq; diuinos honores tribuendos: aut similia, iuxta qualitatem errorum, quos aduersus fi dem admisit. Iudaeus enim non iurat super Euange lia, quibus non credit, nec abiurat haesim, quae in ipsum non cadit. ac perinde dicendum est de abiura tione, vt diximus de iuramento supra in hac 2. par. super c. contra Christianos. s. Denique.

tudzus quo modo abiura bit.

Quo Iudaeo recuperato, & c. eundem fecerunt publice abiurare. Sed quomodo abiurabit Iudaeus qui nunquam fidem recepit? Nam re vera huic de seruire non potest forma cap. ego Berengarius. de co secrat. dist. 2. nec aliae vulgares abiurationum for mule, quae illis solum competunt, qui fidem Catholi cam sunt professi, abiurabit ergo in hunc modu quo ties talis casus occurrerit: Ego N. sacrosancta Dei lege posita coram me, & meis manibus tacta, iu ro me credere corde, & ore profiteor illam verita tem ac fidem, quam lex Dei sacrosancta docet, te net, & praedicat: ac in primis Deum esse inuoca dum, solumque adorandum; & per consequens detestor eum et rorem, qui dicit daemones esse ad uocandos, eiq; diuinos honores tribuendos: aut similia, iuxta qualitatem errorum, quos aduersus fi dem admisit. Iudaeus enim non iurat super Euange lia, quibus non credit, nec abiurat haesim, quae in ipsum non cadit. ac perinde dicendum est de abiura tione, vt diximus de iuramento supra in hac 2. par. super c. contra Christianos. s. Denique.

Q V A E S T I O XLVII.

De excōmunicatis animo pertinaci per annum manentibus in excommunicatione.

S V M M A R I V M.

1. Excommunicatio poena spiritualis est pro mortali culpa inflicta.
2. In causa fidei excommunicatur aliqui in tribus casibus, & quibus.
3. Excommunicati praefati postquam per annum in tali excommunicatione sorduerint, vt haeretici sunt condemnandi.
4. Haereticus quomodo condemnatur tam penitens quam impenitens.
5. Consimili modo condemnandi sunt dicti excommu nicati.
6. Excommunicati ob alias causas, per annum sic perseverantes, haereticis suspicionem incurrunt.
7. Cum huiusmodi excommunicatis quo pacto sit procedendum.
8. Si citati tempore statuto no compareant, post an num quid agendum.
9. Et quid, si prius quam annus elabatur, compa reant.
10. Et quid si intra terminum prescriptum.



Vadragesima septima questio est: Excommunicati, qui in excommunicatione per annum steterint animo contumaci seu pertinaci; an ut suspecti de heresi, vel ut heretici sint habendi sic, quod Inquisitorum hereticorum iudicio sint subiecti?

1. Ad hanc respon. demus, q. excommunicationis sententia quadam est pena spiritualis, que semper infligitur iudicio Ecclesie pro mortali culpa, quia pro contumacia, & inobedientia vel iuris vel iudicis. Hac autem contumacia interdum est in causa fidei, interdum in causa alterius rei: & consequenter excommunicatione interdum fertur propter contumaciam in causa fidei, interdum fertur propter contumaciam in causa alterius rei.

De excom-
nicatis in cau-
sa fidei.

2. Sunt igitur excommunicati in duplici genere: quidam namque sunt excommunicati in causa fidei; & hoc est in tribus casibus, quia vel pro eo quia fuerunt citati responsuri de fide, & renuerunt respondere seu comparere, & ut contumaces in causa fidei non ipso iure, sed a iudice excoicantur, iuxta c. Cum contumacia. de heret. lib. 6.

Vel quia impederunt officium Inquisitionis directe vel indirecte: seu ad hoc praestiterunt auxilium, consilium, vel fauorem: Et isti ipso iure sunt excommunicationis muerone percussis, iuxta c. Ut inquisitionis. §. prohibemus.

Vel quia crediderunt, receperunt, defensorunt, seu fauerunt hereticis: isti etiam ipso iure sunt excommunicati, iuxta c. Excommunicamus itaque, §. credentes.

3. Omnes isti excommunicati in causa fidei, si per annum steterint in illa excommunicatione animo pertinaci, non ut suspecti de heresi tantum, sed ut heretici sunt condemnandi, ut patet de praedictis citatis in cap. Cum contumacia. De impediendis patet etiam eo. tit. ca. Ut inquisitionis. §. prohibemus. De credentibus, receptoribus, defensoribus, & fautoribus eod. cap. Excommunicamus itaque. §. credentes. Isti omnes sunt ut heretici condemnandi. Non dicit, quod sint heretici, quia fortasse non sunt, quia in veritate non habuerunt errorem in mente, nec pertinaciam in defendendo errorem in voluntate, quae faciunt hereticum proprie: sed citati non comparuerunt timore, vel impediuerunt officium inquisitionis, seu fauerunt hereticis fauore, seu pecunia amore, sed dicit, q. sunt ut heretici condemnandi. Nam sicut notat Archidiaconus super cap. Accusatus. de heret. lib. 6. in verbo orta, in prin. excommunicatus in causa fidei, qui per annum sic stetit, & si in veritate hereticus non sit, ab Ecclesia tamen, quae iudicat per exteriora, potest ut hereticus condemnari.

Relat. supra
fol. 200.

4. Sed videamus quomodo hereticus condemnatur, & tunc videbitur quomodo talis excommunicatus debeat condemnari. Hereticus namque sic condemnatur, quia vel vult ab erroribus resistere, nec illos abiurare, nec satisfactionem ad arbitrium Episcopi, & Inquisitionis congruam exhibere, vel non. Si sic abiurat, iuxta cap. Ad abolendam; §. praesentia. de heret. & carceri perpetuo per sententiam detruditur, ut in iuxta cap. Excommunicamus.

2. §. si qui vero. Si autem non vult ab erroribus resistere, nec illos abiurare, nec satisfactionem ad arbitrium Episcopi, & Inquisitionis congruam exhibere, traditur ut in penitentibus brachio saeculari, animaduersione debita puniendus, iuxta allegatum c. Ad abolendam. §. praesentia.

5. Pari forma est excommunicatus per annum in causa fidei, condemnandus: Nam si vult abiurare errores, pro quibus est citatus, de fide responsurus, & excommunicatus, vel impedimentum inquisitionis officij, seu fautoriam, receptationem, & defensionem, pro quibus fuit excommunicatus, recipitur ad misericordiam, ut de penitentibus hereticis statim est dictum. Si autem non vult, tanquam impenitentibus hereticis, & contumax est tradendus curiae saeculari (ut de impenitentibus hereticis mox est dictum) ultimo supplicio feriendus.

6. Quidam vero sunt excommunicati non in causa fidei, sed pro contumacia in causa alterius rei: ut pote quia citati responsuri super quibusdam articulis, qui non erant fidei, vel alia ex causa renuerunt comparere: vel quia istud vel illud infra certum tempus eis praefixum noluerunt restituere, & similia, sine sint excommunicati a iudice (ut dictum est) siue a iure, ut pote, quia clericum vulnerauerunt, vel similia; omnes isti sic pro contumacia non in causa fidei, sed alterius rei excommunicati, si in illa excommunicatione stant per annum animo indurato, non carere serupulo hereticae prauitatis; immo leuiter de heresi statim efficiuntur suspecti, iuxta c. Grauem. de penit. & arg. de art. & quali. Cum bonae. Nec, ut dicit Hostien. in sum. tit. de heret. §. qualiter quis deprehendatur in heresi, facias vim in eo, quod decretales illae praedictae loquuntur de biennio, & trienno: variant enim factum, quia sic conuincatur, sed idem est etiam si per annum. Concordat gl. in allegato, Grauem. de penit. super verbo hereticus prauitatis, & gl. in cap. Excommunicamus itaque. in §. qui autem. super verbo, condemnatur, de heret. lib. 5. Concordat, & Archidiaconus, in c. Accusatus. li. 6. tit. de heret. super verbo, orta. Concordat & Hostien. ubi supra. Omnes isti notant, quod si quis per annum excommunicatus stetit pro contumacia in causa, quae non sit fidei, efficiatur suspectus leuiter de heresi, & ut responsurus de fide, potest citari.

7. Qualiter autem contra huiusmodi excommunicatos per annum non in causa fidei, sic procedendum, considerandum est, q. dominus Innocentius 3. Episcopus Gerundensis, & frater Nicolaus Hymerici Inquisitor an. Domini MCCC. LXXIII. congregauerunt solemne concilium tam iustitiarum, quam personarum religiosarum peritarum, ut de concilio consilio daretur modus iuri conuictus contra excommunicatos per plures annos, per Episcopos, & Inquisitores a modo procedendi: & habita diuturna collatione modus, qui sequitur, est inuentus, & approbatus, & in libro curiae Episcopi insertus, ad habendam de eo memoria in futurum, modus autem talis est.

Excommunicatus namque per unum annum contumacis

Excommunicatus namque per unum annum contumacis

continuum, vel per plures suspectus est de here-
 si leuiter, rone contumacia ad Ecclesiam tanto
 tepore continetur: vt patet per c. Grauem. extra.
 de penis. & per c. Cu bono. de eta. & qua. & per
 notata per Hostien. in summa. tit. de her. §. qua-
 liter quis deprehendatur in herefi. Suspectus au-
 tem de herefi, quatenus de fide respondeat, est
 citandus, vt videatur si ambulat in tenebris, vel
 in luce. Citerat ergo per t. piscopum, vel Inqui-
 sitorem, vel eorum alierum responsurus de fide,
 cui vt comparere, terminus, congruus assigne-
 tur, infra quos nisi comparuerit, sit excoicatus:
 in litteris citationis ponatur hoc verbu: respon-
 surus de fide; iuxta notata per Archidiaconum
 in c. Accusatus. de heret. lib. 6. super verbo, orta-
 in principio, & iuxta notata per Host. in ca. In-
 ter sollicitudines. de purg. cano. §. 1. Citatus igitur
 taliter, vel coparet infra terminu, vel renuit
 comparere. Si renuit comparere, eo facto est ex-
 communicatus tanquam contumax in causa fidei:
 & consequenter aggrauatur, quia iam fit su-
 spectus de herefi vehemens, per cap. Cum co-
 tumacia. extra de her. lib. 6.

8 Tunc, vel infra illum annum comparere, vel
 non. Si non tunc anno elapso est, vt hereticus co-
 demandus; transiit enim suspicio leuis in ve-
 hementem, & vehemens in violentam, vt patet in c.
 allegato. Cum contumacia. de her. lib. 6. & per
 notata ibidem per Ioan. And. & Archidiaconu.
 Taliter autem condemnandus, vel ante sententiam
 redijt ad gremium Ecclesie paratus facere, qua
 Ecclesia voluerit mandare: & tunc recipitur ad
 misericordiam, & recipitur vt heret. penitens ad
 abiurationem, & carcerem perpetuum, iuxta ea.
 ad abolendam. §. presentis. de heret. lib. 4. & eod-
 tit. cap. excommunicamus 2.

Si autem redire noluerit, vt impenitens here-
 ticus est relinquendus brachio seculari, animadu-
 ercione debita puniendus, per allegatum cap.
 Ad abolendam. §. presentis.

9 Si autem infra illum annum non comparuerit,
 quia excoicationem in causa fidei contumaciter
 sustinuit, abiurabit, vt suspectus de herefi vehe-
 menter, iux. c. Accusatus. in princ. de heret. lib. 6.
 Quo facto interrogabitur de fide, & articulis p
 quo ad respondendum primo citatus fuerat, vt su-
 spectus de herefi leuiter: quia fuerat per vnu an-
 num, vel plures annos in excoicatione pro contu-
 macia. Et tunc uel respondet catholice, vel non:
 Si non, fiet processus cois per cap. Ad abolendam.
 extra de heret. lib. 5. Si autem responderet catho-
 lice, dicente sibi: Charissime, tu videris catholicus
 verbo, quia dicis, & credis, quod Ecclesia madat:
 sed contradicis facto, quia non facis prout Eccl-
 sia tibi iubet, immo resistis eidem contumaciter.
 Quare, vt videremus clare de tua credentia: & si
 amulas in tenebris, vel in luce, te citari feci-
 mus, sed comparere, & respondere renuisti. Tunc
 auctora conditione persona, & negotij, pro quo
 est excommunicatus, qualitate, & attentis atten-
 dendis, assignabitur sibi tempus conueniens ter-
 minum, vel quatuor, vel plura, & mandabi-
 tur sibi, & mandando monebitur literatote, qua-

A tenus infra illud tempus faciat se absolu., alias
 ex tunc prout ex nunc, & econtra, excommuni-
 cationis sit vinculo innodatus. Tunc si patet ma-
 dato, & monitioni, habebitur intentum: si autem
 non, & permiserit se incidere in dictam excom-
 municationem, sequetur processus praedictus:
 quia vel infra annum paruerit, vel non: & si sic,
 vel si non, fiat vt dictum est prius: & per prae-
 dictum modum procedetur in primo casu, scilicet,
 quando excommunicatus pro contumacia per
 vnum annum, vel plures citatus responsurus de
 fide noluerit comparere.

B Si autem talis excommunicatus, & respon-
 surus de fide citatus, infra terminum comparuerit
 assignatu, fiet processus praedictus: nam interro-
 gabitur de fide, & articulis fidei. Et tunc uel re-
 spondet catholice, vel non: Si non, fiet proces-
 sus cois per c. alleg. Ad abolendam. tanquam con-
 tra illum, qui in herefem incidit manifeste, quia
 propria confessione. Si autem responderet catho-
 lice, procedetur vt dictum est ante. Nam quia be-
 ne respondet verbo, sed contradicis facto, assi-
 gnabitur (vt dictum est) competens tempus, &
 mandabitur eidem, & percipiendo monebitur,
 quatenus infra illud tempus, & ei tres terminos
 assignatos, vel vnum pro trino edicto, faciat se
 absolu; alias tanquam contumax in causa fidei sit
 excommunicatus. Tunc vel permittit se noua ex-
 communicatione ligari non parodo, vel non: Si
 non, habetur intentum: nihilominus potest sibi
 iudici abiuratio pro leui suspicione, quam incur-
 rit: quia ultra quam per annum sustinuit excom-
 municationem animo indurato. Si autem per-
 mittit se excommunicari non parendo, fiet, vt di-
 ctum est, quia vel per annum sustinet dictam ex-
 communicationem, vel non: Si non, habetur in-
 tentum: sed abiuratur, vt suspectus de herefi vehe-
 menter per ca. Cum contumacia. Si autem sus-
 tiner per annum animo indurato: vel ante senten-
 tiam patet, vel noua sic, habet intentum; sed re-
 cipitur ad misericordiam, vt heret. penitens ad
 abiurationem, iux. ea. Ad abolendam. de heret.
 lib. 5. & carcerem perpetuum, iuxta ea. Excom-
 municamus, 2. de here. lib. 5. licet post senten-
 tiam in carcere possit dispensari, iuxta c. Vt com-
 missi, de heret. lib. 6. Si autem ante sententiam
 non patet, tradetur per sententiam, vt heret. im-
 penitens curiae seculari ultimo supplicio serien-
 dus, vt in cap. alleg. Ad abolendam. Et ecce mo-
 dus contra excommunicatos pro contumacia vl-
 tra quam per annum per Eccles. procedendi.

C Si autem ante sententiam non patet, tradetur per sententiam, vt heret. im-
 penitens curiae seculari ultimo supplicio serien-
 dus, vt in cap. alleg. Ad abolendam. Et ecce mo-
 dus contra excommunicatos pro contumacia vl-
 tra quam per annum per Eccles. procedendi.

COMMENT. LXXII.

Que in his postremis questionib. traduntur ab
 Eymérico utilissima sunt, & vsi frequentia:
 ideoque diligentissime perscrutanda, & intelligen-
 da: quae autem hac questione continentur, singu-
 laria etiam sunt, & valde elaborata, de quib. viden-
 di Zan chinus tract. de here. cap. 9. num. 3. & seq.
 Locat. in opere iudiciali verbo, excommunicari, nu-
 2. & sequent. Repertorium Inquisitorum verbo,
 excommunicare. §. si suspectus. copiose Archidiacono
 nus.

Materiam huius
 quae. quae
 tractant.
 singularia
 de quib. viden-
 di Zan chinus
 cap. 9. num. 3.
 & seq.
 Locat. in opere
 iudiciali verbo,
 excommunicari,
 nu. 2. & sequent.
 Repertorium
 Inquisitorum
 verbo, excommu-
 nicare. §. si sus-
 pectus. copiose
 Archidiacono
 nus.

nus, Ioan. And. Geminianus. & Francus in c. cum
continacia. de her. lib. 6. Panorm. Felinus, & alij
in cap. excommunicamus 1. §. qui autem. de her. Si-
manca de catbo. inslit. tit. 27. nu. 4. idem in euchy-
ridio tit. 55. late rursus Panormitanus, & ceteri
in cap. grauem. de pœnis. Gondissalvus tract. de ha-
ret. 9. num. 2. & alij.

In hac questione Eymer. luculenter præ ceteris
docet quicquid in hac materia potest desiderari: quod
iterum ad praxim reuocans, explicat 3. par. in vlti-
mo modo processum fidei terminandi.

a Et si in veritate hæreticus non sit, ab Eccle-
sia tamen, &c. potest vt hæreticus condemnari.]
Idem obseruauit subtiliter idem Eymericus 3. par.
in vlt. modo processu fidei terminandi. nu. 112. vbi
adduxi rationem discriminis, vers. in secundo casu.
b Vltimo supplicio feriendus.] Her verba omif-
sa erant in Barcinonensi impresso, quæ sunt ex ma-
nuscriptis supplet a.

c Quidam vero sunt excommunicati non in
causa fidei, &c.] Nobilis est hæc distinctio, quæ tra-
dit etiam Abbas in dicto c. grauem. de pœnis. num.
7. vers. dic tamen. idem indicat in c. postulasti. de
homicidio volum. num. 4. vers. 2. queritur. Locutus
in opere iudiciali verbo, excommunicati, num. 2. &
dixi supra in hac 2. parte super dicto cap. grauem.
& iuxta hanc Eymerici doctrinam intelligendum
videtur decretum Concilij Tridentini, sessio. 25. sub
rub. de reformatione cap. 3. §. in causis quoque. si a-
tuentis inquiri posse in quemcumque persistentem
per annum in excommunicatione, tanquam in suspe-
ctum de hæresi.

Ex recepta tamen consuetudine sanctæ Rom. &
generalis Inquisitionis intelligo non solere procedi
contra excôicatos per annum, aut amplius, nisi fue-
rint excommunicati ex causa hæresis.

d Et frater Nicolaus Eymerici Inquisitor an-
no Domini 1368. Ita Barcinonensis impressus, et
codex Cardinalis de Gamba: sed in Sabellano, &
Bononiensi legitur anno Domini 1358. & potuit
quidem Eymericus iam eo anno fuisse creatus In-
quisitor, cum Nicolaus Rosell. cui ipse in hac officio
successit, ab Innocentio Sexto, qui floruit anno Do-
mini 1352. creatus fuerit Cardinalis, vt dixi in vi-
ta Eymerici initio huius operis præfixa.

e Contra excommunicatos per plures annos
&c.] Hic locus in omnibus codicibus erat mutilus,
& imperfectus, quem ita emendauimus, vt est im-
pressus ex codice Cardinalis de Gamba. ex his ta-
men quæ sequuntur apparet ita esse legendum: Con-
tra excommunicatos per vnũ, vel plures annos.
in Bononiensi, & Sabelliano legitur: Vt darent mo-
dum iurisdictionis, sed sequentia indicant legendũ
esse: Modus iuri consonus.

f Cui, vt compareat, terminus congruus assi-
gnetur.] Indefinite dixit, Cõgruus terminus assi-
gnetur, nam in arbitrio Inquisitoris positum est ter-
minum taxare, intra quem accedere quis debeat ad
respondendum de fide. in assignatione huius termi-
ni habenda ratio est temporum, locorum, & perso-
narum. & qualis sit huius rei modus, et praxis, tra-
dit eleganter Eymer. 3. par. tit. de forma citandi ab-
sentem, num. 131.

Qui per an-
num sustinet
excommuni-
cationem su-
spectus sit de
hæresi.

Quo an. crea-
tus sit Eyme-
ricus inquisi-
tor.

Locus testi-
tucus.

Inquisit. ter-
minum taxat
intra quem
veniant cita-
ti ad respon-
dendum de
fide.

A g In litteris citationis ponatur hoc verbum, re-
spondurus de fide.] Hæc citatio verbalis est, quæ
fit per litteras, vel nuntium, in qua hoc est obserua-
dum: cum reus, qui citatur non est contumax, aut fa-
cile capi potest, non est necesse addere verbum hoc, Re-
spondurus de fide: sed generaliter ei præcipitur, vt
se coram Inquisitoribus sistat. clem. 1. de her. Cor-
rad. Bruot. li. 4. de her. c. 6. Simancas de catbol. inslit.
tit. 44. nu. 12. quod si reus contumax fuerit effectus
nec facile capi potest, addendum est tunc in citatione
verbum, Respondurus de fide, iuxta cap. cum con-
tumacia. vbi Doctores de her. lib. 6. obseruata ead-
forma, quam tradit Eymer, præcitato loco, & au-
thor quidam innominatus tract. de forma proceden-
di contra inquisitos de hæresi, in rub. de heret. con-
tumacibus. & in rub. de materia processu inquisi-
tionis. cetera tradidi infra, par. 4. num. 131. & su-
per quæst. 42.

B h Tecitari fecimus, sed comparere, & respon-
dere renuisti.] Hæc verba deerant in Barcinonensi
impresso, & Bononiensi, & codice Cardinalis de
Gamba, quæ suppleuimus ex Sabellano, nam ad
sensum perficiendum omnino desiderantur.

i Licet post sententiam in carcere possit dispen-
sari.] Dispensant autem in iure communi inquisito-
res quilibet priuati per textum in c. vt commissi. §.
necnon, de her. li. 6. sed hoc priuatis Hispanie In-
quisitoribus interdicitur est per particulares inquisito-
nis eius prouincie instructiones, quibus cauetur, vt sy-
lus Inquis. generalis dispensare possit: Quanto autem
tempore elapso dispensari possit, tradit Simancas de ca-
tho. inslit. tit. 16. nu. 21. et seq. dixi copiose 3. par. su-
per 10. modo processum fidei terminandi, & alibi
sepius, quæ cum non sint huius loci, libenter omitto.

QVAESTIO XLVIII.

De Schismaticis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Differentia inter hæresim, & schisma.
- 2 Diuidi ab Ecclesia hisariam contingit.
- 3 Schismatici aliqui non sunt hæretici, & qui.
- 4 Aliqui vere sunt hæretici, & vt tales tra-
ctandi.

Q Vadragesimo octaua quæst. est: Schi-
matici, an hæretici sint habendi sic, vt
Inquisitoris hæreticorum iudicio sint
subiecti.

- 1 Ad hanc respondemus, quod inter schisma-
& hæresim est differentia, vt habetur 24. q. 3. ca.
Inter hæresim. Nam schisma dicitur diuisionem:
hæresis autem errorem: vnde à schismate dicti
sunt schismatici, quia ab Ecclesia diuisi.
- 2 Aliqui autem ab Ecclesia duob. modis pos-
sunt diuidi, loquedo de his, qui fidem receperunt
Quidam namque sunt diuisi ab Ecclesia quo ad
obedientiam solum, nullum habentes de creden-
dis errorem in mente, nec de defendendo erro-
rem, & pertinaciam in voluntate.
- 3 Et tales non sunt hæretici in re, nec habendi
post.

dispostquam non habent errorem in mente, nec pertinaciam in voluntate; nec aliam apparet. quodd male sapiant de articulis fidei, & Ecclesia sacramentis, seu Ecclesiastica potestate, licet moti malitia, superbia, vel auaritia, seu alias deuiet ab obedientia Ecclesiae; Attamen licet isti non sint heretici, sunt tamen multum ad haeresim dispositi, vt dicitur vbi prius. Nam in eo quodd se diuidunt ab Ecclesia, & nolunt ei obedire in agendis, leuiter prorumpunt, quod non obediant in credendis.

4 Quidam vero sunt diuisi ab Ecclesia non solum quo ad obedientiam, verum etiam quo ad credentiam; quia nolunt credere determinationibus Ecclesiae, vt de fide factis: vt pote, quodd Spiritus sanctus procedat a Patre, & Filio, vt Ecclesia determinauit de sum. Trin. & fide catho. li. 6. c. vnico & similibus. Et tales vt heretici sunt habent, quia habent, eorum quae sunt fidei, & credere tenentur, errorem in mente, & pertinaciam in voluntate: cum post deprehensionem erroris ad arbitrium Ecclesiae noluerint haeresim a biurare & satisfactionem congruam exhibere, vt patet clare extra de haeretico. lib. 5. ca. Ad abolendam. §. praesenti

COMMENT. LXXIII.

DE materia huius questionis multis locis tractatur in iure canonico 24. q. 1. in pluribus capitulis, & ead. causa q. 3. & 7. q. 1. cap. denique. & 23. q. 3. & 12. q. 2. cap. alienationes. & 1. q. 7. qui in qualibet, & de consec. dist. 4. c. hi qui. cap. ostenditur, & multis alijs. copiose iuris canonici Interpres in decretalibus, Sexto, & Clement. in titulis de Schismaticis. su se Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. p. 1. per 15. capita. Beatus Thomas, & ibi Caietanus 2. 2. q. 39. Alexander A lensis p. 2. q. 182. Bonauentura lib. 4. sent. dist. 13. & ibide latius Gabriel Biel, & petrus de Palude, & alij. Angelinus de Aucona in summa de potestate Ecclesiastica, q. 25. Antoninus in sum. 2. tit. 3. cap. 11. Abbas & alij, in cap. quia diligenti. de elect. Paulus Grillandus tract. de haeret. q. 2. nu. 6. & seq. Bernardus Diaz in tract. crimin. Cano. cap. 105. Palacius Rubius in trac. de Regno Navarrae, p. 5. §. 7. Gondissaluis trac. de her. q. 7. Summisla omnes, et repertorium Inquisitorum, & Locatus, in opere iudiciali verbo, Schisma, Simanco de catho. institut. tit. 58. idem in Enchyridio tit. 5. Joanes Rojas tract. de haeret. p. 1. nu. 408. & sequen. eleganter Conradus Brunus, lib. 1. de haeretico. c. 16. idem toto libro secundo de haeretico & Schismaticis. & olim Optatus Episcopus Mileuitanus sex libros scripsit contra Schisma Donatistarum, in quibus de hac materia vere, grauitate & copiose.

Est autem rem Schisma illicita diuisio per inobedientiam ab unitate Ecclesiae facta. c. loquitur. & ca. alienus 24. q. 1. ita praecitati.

Schisma vero vox graeca est, & latine scissuram sonat, quae apud Christianos illicita ab Ecclesia separatio indicatur; peccatum enim Schismatis directum est per se opponitur unitati. & Schismatici dicuntur qui

A sub esse renunt summo Pontifici. & qui membris Ecclesiae ei subiectis communicare recusant. Beatus Thomas 2. 2. q. 39. art. 1.

a Aliqui autem ab Ecclesia duobus modis possunt diuidi, &c. Hic locus est valde insignis de primo genere Schismaticorum, quos dicit Eymericus superbia tumidos ab Ecclesia se separare, & propterea leuiter prorumpere in id quod non o. ediant in credendis, quasi dicat. ex hoc saltem se reddere de haeresi leuiter suspectos; quod est verissimum; nam hoc factum videntur profiteri quod extra Ecclesiam sit salus, quod extra Ecclesiam sint vera sacramenta: vel quod summo Pontifici non sit parendum, quae valde sunt impia. Palacius Rubius tract. de regno Navarrae, par. 5. §. 7. quae sententia verissima est accepta in primis de illis, qui scienter Schisma profitentur.

Quibus autem penis puniatur Schismatici huius primi generis, luculenter docet Turrecremata in summa de Ecclesia, p. 1. c. 8. & Palacius Rubius tract. de Regno Navarrae, par. 5. §. 7.

Hoc est certum, Schismaticos primi generis ad unitatem Ecclesiae redeuntibus abiurare debere Schisma, & promittere satisfactionem ad mandatum Ecclesiae, vt recipiatur: cuius abiurationis formulam praescripsit Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, par. 1. c. 15. ad de Repertorium inquisitorum verbo, abiuratio. Abiurant vero Schismatici iuxta dispositionem ca. quod cordis. 1. q. 7.

Sed ulterius queritur; An Schismatici non modo abiurare debeant Schisma, sed etiam suspicionem aliquam haeresis ex Schismate contractam, & qualis ea suspicio sit. Hec quaestio alterius difficultatis declarationem postulat, an scilicet in Schismate semper insit haeresis, de qua agit glos. & doctores in cap. inter haeresim. 24. quest. 3. gl. 24. q. 1. in summa, & in c. non afferamus. 24. q. 1. quibus locis asserit glo. omne Schisma habere haeresim annexam. Sane huiusmodi Schismatici, qui ab unitate Ecclesiae, et Romani Pontificis obedientia discedunt, quauis in nullo lam haeresim a principio incidunt, at hereticis confines sunt, & parum ab illis distare videntur: quare non carebunt haeresis suspicionem, quam cum Schismate abiurabunt. ea vero suspicio maior vel minor censenda erit pro temporis diuturnitate, quo in Schismate perseveratum est, extraneagan. Ad certitudinem, de senten. excommuni. inter communes. Panormitanus in c. quia diligenti. de elect. & pro alijs circumstantijs causarum & personarum, interdum ergo vel leuiter, ut hic indicat Eymericus, aliquando vero ut vehementer de haeresi suspecti abiurabunt Schismatici redeuntibus: alias autem vt heretici formales. si errorem in mente habuisse detecti fuerint: quem vix quandoque credibile est non habuisse, praesertim cum diu in Schismate perstiterint.

Cognitum dignum est; An Schismaticus, qui abiurato Schismate ad Ecclesiam reuertitur unitatem, sit habilis ad beneficia, & ad maiores Ecclesiae dignitates, an dispensatione potius egeat? Et Antonio Burrio, Ioanni Imole & alij in cap. quia diligenti, de elect. recte visum est, talem de iure communi ineligibilem, inhabilem, & irregularem remanere: quia licet delictum per penitentiam & abiurationem sit pur-

Schismatici primi generis, saltem leuiter de haeresi suspecti.

An Schismatici post abiurationem remaneant inhabiles ad beneficia.

purgatum, non tamen est sublatum impedimentum siue irregularitas ex delicto oborta: & propterea nisi dispensatum fuerit cum tali schismatico ad unitatem Ecclesie reuerti ad beneficia & dignitates ecclesiasticas promoueri non poterit. ac irregularitatem quoque remanere pronunciauit Maiolus lib. 5. de irregularit. cap. 46.

Sed quis cum schismaticis redeuntibus possit dispensare, fortassis non est facile aperto iure demonstrare. Mihi tamen multum placet Panormitani sententia in dicto c. quia diligenti. de elect. dicentis in hoc casu solum Papam posse dispensare, quod non obscure videtur indicare textus. in dicto cap. quia diligenti. ibi: Eum dispensatione permitimus confirmari.

Atque ex his consequitur minus recte dixisse Cranetam conf. 293. inci. Ardua admodum. num. 10. sublato schismate per abiurationem eligi quem posse ac se nunquam schismaticum fuisse, c. quia diligenti. de elect. quia reuera inhabilis remanet, vt dictum est. & textus in dicto cap. quia diligenti. aperte oppugnat Cranetti sententiam.

An autem aliqui per ignorantiam possint ab heresis suspensione excusari, licet in schismate perseverent, non est huius loci late tractare. Non tamen ambigo posse quandoque simplices et imperitos, qui auctoritati maiorum credunt, quos recte sentire putant excusari, vt dixi supra parte 1. super quest. 4.

Quidam vero sunt diuisi ab ecclesia, &c.]
Et hi sunt heretici consummati & veri, eodemque cum hereticis iure censendi. Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, par. 1. cap. 4. & Conradus Brunus lib. 1. de heret. cap. 16. atque in his postremis iudicandis & puniendis non est multa difficultas, cum per omnia sicut heretici sint tractandi. Nam hi non solum a summo Pontifice, & ab Ecclesie unitate discedunt, sed ita preterea licere credunt, vel putantes non esse unitatem in Ecclesia catholica: vel credentes non esse obediendum summo Ecclesie pastori.

Denique tertii generis schismatici constitui possunt illi, qui aut probabili, aut insuperabili ignorantia ducti, putant aliquem esse Papam, qui non sit: & solet contingere cum duo pluresue de papatu contendunt, non tamen constat quis eorum rite & canonice electus sit, qui ergo tunc obediunt non vero Pontifici putantes esse verum, aut non obediunt vero, credentes non esse verum, schismatici, improprie tamen dici possunt, atque hi nec heretici sunt, nec in aliqua iuris pena incurrunt: cum iustam excusationem habeant, et culpa careant, de qua re vide copiose Turrecrematam in summa de Ecclesia lib. 4. p. 1. c. 14. Iacobarium tract. de cõsilio lib. 7. art. 1. Aluarum Pelagium, lib. 1. de plantu Ecclesie c. 65. & Canonistas in dicto cap. quia diligenti. de elect.

Exorto autem schismate, & duobus vel plurius de papatu contendentibus, quos & quibus modis sit ei occurrendum, eleganter explicat Zabarella consi. 150. incip. Quatuor autem.

Cum post deprehensionem erroris, &c.] Ita Barcinonensis, Bononiensis & codex Cardinalis de Gambaris: sed Sabellanus paulo aliter ita habet: Cum post determinationem Ecclesie, errorem, de quo sunt deprehensi, ad eiusdem Ecclesie ar-

bitrium noluerint abiurare, & satisfactionem congruam exhibere.

QVAESTIO XLIX.

De Apostatis.

S Y M M A R I V M.

1. Apostasia triplex, & que.
1. Apostata ab ordine, & a statu regulari non sunt heretici.
3. Apostatae manentes in excommunicatione vniuersi anni: sunt suspecti de heresi.
4. Apostatae a fide sunt heretici.
5. Qui metu mortis fidem abnegant, vt penitentes heretici recipiendi sunt, si reuertantur.



Vadagesima nona quaestio est: Apostatae an heretici sint habendi sic, vt Inquisitoris hereticorum iudicio sint subiecti?

Ad hanc respondemus, quod est apostasia quadam ab ordine clericali: est apostasia a statu regulari: & est apostasia quadam a veritate Christianitatis & fidei.

Qui primo modo apostatant, a fide credendum ex hoc non deuiant: quare nec heretici sunt nec iudicio Inquisitoris subiecti sunt. Qui secundo modo apostatant, ex eo quod sic apostatant, etiam a fide non deuiant: quare nec heretici sunt, nec iudicio Inquisitoris subiecti sunt.

Quia vero tales apostatae a regulari tramite excommunicati sunt, extra ne cler. vel mo. lib. 6. vt periculosa. si in excommunicatione illa & apostasia per annum animo indurato persistunt, quia redire ad religionem nolunt, nec tempus transferendi ad religionem illam quam dimiserunt, vel ad aliam habent, nec obtinuerunt euidenter de heresi suspecti sunt, iuxta ca. Grauem. de penis, & de fide respondenturi, citari possunt: & potest procedi contra tales per Episcopum & Inquisitorem coniunctim vel diuisim, prout dictum est supra parte ista. 2. quadagesima septima quaestione.

Qui vero tertio modo apostatant, eo quod sic apostatant, a fide etiam & ab Ecclesia totaliter deuiant. Et tales heretici, immo infideles habendi sunt: & si haberi possunt, de eis sicut de ceteris hereticis est agendum: quia si nolunt resipiscere, vt heretici impenitentes traduntur curie seculari: si autem velint, recipiuntur ad misericordiam prout heretici penitentes: iuxta c. Ad abolendam. §. presentis. lib. 5. Concordat Ray. tit. de apostata. §. reuertentes. vbi dicit, quod reuertentes ab apostasia perfidia cum fuerint heretici, tanquam reuertentes ab heresi sunt recipiendi.

Illi vero qui metu mortis fidem abnegant, & erroribus non sunt credentes, licet, vere heretici non sint postquam non habet errorem in mente: iudicio tamen Ecclesie, quae habet per exteriora de interioribus iudicare, heretici habendi sunt: & si reuertantur, vt penitentes heretici-

Schismatici
secundi generis
verè heretici.

E

recipiendi sunt. non enim metus mortis est metus cadens in constantem virum ad fidem Christi abnegandam; nam satius est mori, quā abnegare, vel vscī idolothytis, ut dicit August. 7. & recitatur 32. quæst. 4. cap. Sicut. Concordat Raymondus tit. de apost. §. circa istas. & S. Thomas 2. 2. q. 12. & Hostien. tit. de apostatus. §. qualiter.

COMMENT. LXXIII.

Multis quæstionib. precedentibus explicavit. Eymmer. quædam delicta. de quorum patratoribus dubitari poterat, an ad iurisdictionem Inquisitionis spectarent; nunc iam propius accedens ad causam hæresis, eos recenset, qui aut vere heretici sunt, aut hereticorum complices, agitque in primis de apostatis, de quibus nulla est dubitatio quin sint heretici, immo gravius quam heretici delinquant.

Et de materia huius quæstionis copiose uterque Thomas 2. 2. q. 12. & in c. non potest. 2. q. 7. c. beatus 3. q. 4. c. non observetis. 26. q. 7. c. contra Christianos. de her. lib. 6. & his locis Canonistæ. Innocentius, Abbas, & alij communiter in cap. 1. de apostatis. Ioannes Anania in rub. de Schismaticis. Alexander Ales par. 2. q. 183. Innocentius in ca. ex parte. el. 2. de tempo. ordinatio. Accursius, Bartolus, Faber, Salyetius, Baldus, & alij communiter iuris civilis Interpretes. C. de apostatis. ubi copiose Petrus Godofredus in rubrica. Alfonso Castrius lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 7. & c. 23. Paulus Grillandus tract. de hæret. quæst. 2. Gondissalvus tract. de her. q. 5. & q. 20. nu. 2. Repert. Inquisitionum, Locatus in opere iudiciali, & Sylvest. et reliqui Summistæ, verbo, apostata. & verbo, apostasia. Petrus de Palude, & alij lib. 4. sent. dist. 13. Sim. in cas. de catho. instit. tit. 7. idem in enchyridio tit. 4. Ioannes Rois tract. de hæret. par. 1. nu. 484. & multis seq. Bernardinus Diaz in pract. crimin. can. c. 104. Bernardus Comensis in lucerna, verbo, apostata. Nicolaus Arelatanus tract. de her. no. ubi lib. 44. & eleganter Melchior Canus, lib. 12. de locis theologis, cap. 9.

Est autem apostasia græca vox, quæ latine defensionem, & retrocessionem sonat. & apostata proprie in tertia significatione, quam hic tradit Eymericus (quæ propria est huius disputationis, nam cæteræ huc non pertinent) dicitur qui omnino à fide orthodoxa recedens, Iudaismum, Paganismum, seu Mahometicam sectam profitetur. talis olim fuit Iulianus Apostata. cap. non potest. 2. q. 7. & cap. Iulianus. 1. 1. q. 3.

Quia vero tales apostata à regulari tramite, &c. Et hæc sententia vera est, ob rationem hic allatam ab auctore, iuxta doctrinam paulo antea explicatam. q. 47.

Veritatem quantum intelligo, Sanctum tribunal Romanæ, & generalis inquisitionis non consuevit procedere contra tales à regulari traditione apostatantes, ex eo solo, quod relicto suæ Religionis habitum ultra annum apostatent, nisi quid aliud admisceant, quod merito ad id tribunal referendum videatur.

Iam apostata à religione Monachali non solum

A fiunt de hæresi suspecti postquā per annum in excommunicatione persistunt, sed etiā ante annum, si relicta religione, quā professi sunt matrimonium contrahant. Joan. Anania in c. ad abolendam, de hæren. nu. 27. Calderinus cons. 5. tit. de her. Simancas in enchyridio. tit. 12. nu. 1. Campenius in additionibus ad Zaehnum c. 35. vers. idem quoque. & distinctionem, quæ multi faciunt de hoc differentes, plurimum videlicet referre an contrahant publice, vel clam, merito rejiciunt aliqui ex praticatis, neque ab hac sententia esse recedendum.

Atq; hæc etiam sententia locum habet in clericis, qui sacris ordinibus sunt initiati: nā & si matrimonium contrahant, suspecti in fide sunt, & in eos possunt inquisitores animadvertere. Palacius Rubius in c. per vestras. de donatio. inter viri, & uxorem. §. 18. nu. 26. vers. ex quo meo iudicio. Simancas de catho. instit. tit. 40. nu. 12. & Bernardus Diaz in pract. crimin. canonica. c. 74. vers. redditur præterea suspectus. & dixi copiose in libr. de privilegijs Inquisitionum.

Qui vero tertio modo apostatant, &c. Gravis est quæstio: an apostata, & heret. ratione apostasia, & hæresis specie distinguantur; id est, utriusque delictas hereticis, & apostatis, sint duæ iniquitates specie distinctæ, quæ difficultas subtilis est, magis quæ utilis, quā disserui latissime apud Thomam 2. 2. q. 12. art. 1. de eadem agit copiose Melchior Can. lib. 12. c. 9. de locis Theologicis. mihi hæc sententia probatur: Apostasia non est species infidelitatis ab hæresi distincta, sed solum habet secum circumstantiam magis aggravatam, nec differt ab hæresi, nisi secundam magis, & minus, atque hæc est non obscura sententia Beati Thomæ 2. 2. q. 12. art. 1. in resp. ad tertium argumentum.

Et si haberi possunt, de eis sicut de cæteris hereticis est agendum. Idem tenuit non obscure Eymericus supra q. 44. nu. 1. atque hæc sententia de recipiendis apostatis si convertantur, vera est, & communis, quam nominatim approbant Repertorium Inquisit. verbo, apostasia. §. sed utrum ea. sequitur per omnia Gondissalvus tract. de here. q. 20. nu. 2. Simancas de catho. instit. tit. 7. num. 4. & 5. idem in enchyridio tit. 4. nu. 2. & 3. & copiose Alfonso Castrius lib. 1. c. 23. de iusta her. punitio. Petrus de Palude in 4. sent. dist. 13. quæst. 3. Bernardus Comensis in lucerna verbo, apostata. §. 3. Melchior Canus lib. 12. c. 9. de locis theologis. vers. secundum vero argumentum.

Et hanc sententiā aperte confirmat Pontificus, & Concil. decreta. Siricius Papa episc. 1. c. 3. ibi: Et si respicientes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his quoad vivunt agenda penitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino: Nolumus mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. hæc ibi refert Ivo par. 15. c. 143. concil. Eliberinum c. 46. concil. Arelat. c. 23. refert. Ivo par. 15. ca. 144.

Atq; hoc iure utimur, contra quæ censuerit Nicolaus Arelat. tract. de heret. notabili 44. per leg. hi, qui. C. de apostatis. ubi pœna ultimi supplicij imponitur. sed in hoc crimine cum mere sit Ecclesiasticum, cap. ut Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret.

cris constituti, matrimonium contra hereticos suspecti fiunt de hæresi.

An apostasia & hæresis specie distinguuntur.

Apostata si revertantur, recipi debet.

Ezech. 18.

hæret. lib. 6. ius Pontificium sequimur. & perperâ
precitato loco Arelatani asseruit, iure canon. non
esse contrarium dispositum, & propterea ius civile so-
re obseruandum, cum manifeste multis canonicis De-
cretis, vt ostendimus, cautum sit, apostatas redeun-
tes, ad misericordiam esse recipiendos, & vitam eis
condonandam. ac vna quidem potissimum ratione,
eaque viua, & efficaci probari potest euidenter, aposta-
tas fore recipiendos: quoniam si intelligerent nullâ
ipsis patere misericordiam locum, vt mortem effuge-
rent, nunquam ab ini. delitate, quam semel sunt pro-
fessi, reuerterentur, & hanc quæstionem copiose di-
sputat Montaluis in legibus Hispania sep. part. tit. 7.
tit. 26. l. 1. q. 6. verbo, relapsi. versi. dubitant
aliqui. vide in codice Theodosiano lib. 6. tit. de hæ-
ret. leg. 41.

Apostatas penitentes non esse ab Ecclesia recipi-
dos, impiè sensu olim Nouatus. 24. quæstio. 3. cap.
Quidam autem. vers. Nouatiani. quem Fabian. Pa-
pa coactò Romæ concilio sexaginta Episcoporum,
condemnauit.

b Illi vero, qui metu mortis, &c.] Qua ratione
hoc accipi debeat, explicauimus supra in hac 2. par. ver-
sic. nec excusatur, super qua st. 41. quod omnino vi-
deas. & de hac difficultate adde, quæ disserui par.
1. super quæst. 9.

Q V Æ S T I O L.

De credentibus hæreticorum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Credentes hæreticorum sunt in duplici genere, et
quidam sunt hæretici.
- 2 Iudicantur aliqui hæreticorum erroribus adhe-
re, tum ex verbis, tum ex factis.
- 3 Quibus factis præsumatur quispiam credere erro-
ribus hæreticorum.
- 4 Sunt alij credentes hæreticorum, non quidem hæ-
retici, sed suspecti.
- 5 Et his abiuratio, vel purgatio est indicenda.

Quinquagesima quæstio est: Hæretico-
rum credentes, qui dicendi sunt; et si
hæretici habendi sunt.

1 Ad hanc respondemus, quòd ere-
dente hæreticorum sunt in duplici genere: qui-
dam namque sunt hæreticorum credentes, qui
credunt eorum erroribus, & hæresibus, & isti sùt
excommunicati, iuxta c. excommunicamus 1. §.
credentes, de heret. lib. 5. & etiam sunt hæretici:
& tales habendi sunt, vt in eo. tit. c. excommuni-
camus, 2. in fi. vbi præmissis varijs hæreticorum
sectis dicitur sic: Credentes autem eorum erro-
ribus hæreticos similiter iudicamus.

2 Iudicantur autem aliqui credere hæreticorù
erroribus ex eorum verbis, atque factis. Verbis
quidem, vt confessione propria, dicendo se cre-
dere erroribus talium: Vel facti euidentia publi-
ce prædicando, seu defendendo illorum errores:
vel testium productione legitima, vt si conuincã-
tur per testes, quòd errores talium diuulgarunt,

A seu dogmatizauerunt. de verb. signif. c. Super qui-
buldam. vbi hæretici declarantur, qui publice præ-
dicant, & profitentur, & defendunt errores: Vel
qui cõuicti sunt per testes talia publicasse, et glo.
ad idem super cap. Ad abolendam. §. præfenti. &
verbo de præfenti.

3 Factis autem, vt si hæret. adorauerint: (eorum
verbis vtendo) reuerentiam eis suo more exhi-
buerint: consolationem, vel communionem ab eis
receperint, seu similia, quæ ad ritum eorum perti-
nent, perperauerint: sermones b eorum, & præ-
dicationes non tantum semel vel bis, sed frequen-
tius audierint: & similia egerint, per quæ eorum
a. ius, & credant eorù erroribus, apud iudicem per
exteriora probabiliter conuincatur. Ex factis. in
præsumitur de affectu. ad hoc argu. 2. q. 5. Qui
viderit. & c. de dol. l. Dolum. de bigamis. Nun-
per. nec refert et, an quis voluntatem suam ver-
bis exprimat, aut factis. ff. de legibus. l. contra le-
gem. & notatur 20. q. 1. Quem progenitores. im-
mo plus est factis, quàm verbo aliquid facere. arg.
de appell. Dilecti. Magis enim est standum fa-
ctis, quàm verbis, vt docet Christus, Matth. 23.

B Conuincuntur igitur aliqui esse credentes hæ-
reticorum erroribus, verbis, & factis, dico factis,
in quibus ritus hæreticorum exprimentur.

4 Quidam autem hij sunt hæreticorum credentes, de
quib. non apparet clare, quod credant eorum errori-
bus, sed videntur credere hæreticorù verbis, ius-
sionibus, & operibus. vt pote quia ad eorum dicta
vadunt, & veniunt: sermones eorum (si et raro)
audiunt: litteras eorù hinc inde deferunt: eis ser-
uunt: libros suscipiunt: nec comburunt: almo-
niam eis deferunt: ducatum præbent: eos visitat:
& alia faciunt, in quibus de ritu hæreticorum ni-
hil ostenditur.

C Tales enim non iudicantur credentes hæreti-
corù hæresibus, nec hæretici sunt habendi: sed
non carent suspitione vehementi, vel leui, secun-
dum quod maiora, vel minora in eis indicia appa-
rebunt: & consequenter est eis abiuratio, seu pur-
gatio indicenda, iuxta c. Excommunicamus 1. §.
qui vero inuenti fuerint sola suspitione notabi-
les, & c. de her. li. 5. & eo. c. §. credentes. & c. Ac-
cusatus. in princ. eod. tit. lib. 6. Sunt enim tales su-
specti, quòd credant hæreticorum erroribus.

5 His concordat Archidiaconus in c. Quicun-
que. super verbo, credentes. de heret. lib. 6. Et
Guido Fulcodius, postmodum Papa Clemens iv.
in consultationibus ad Inquisitores hæreticæ præ-
uitatis, q. 9.

E

COMMENT. LXXV.

De credentibus, fautoribus, defensoribus, & re-
ptatoribus hæreticorum obuia cuique, extat Pò. f. in
tificum de c. ta in cap. excommunicamus 1. §. cre-
dentes. ca. si aduersus, vbi Doctores, extra de heret.
& in cap. quicunque. §. 1. & §. hæretici autem. de
heret. lib. 6. vbi copiose Archidiaconus, Ioannes
And. & alij. & in cap. in fidei fauorem. & in eo.
vt officium. §. 1. & in cap. vt commissi §. fin. &
in cap. statutum. §. 1. & in cap. vt Inquisitionis.
versi.

versuta pro defensione fidei. de heret. li. 6. Reperitur Inquisitorum verbo, credente, fautores, &c. Zanchinus tract. de heret. ca. 3. & ibi Campegius. Turrecemata in sum. de Ecclesia. li. 4. par. 2. c. 21. Sanctas de catho. inst. tit. 15. idem in enchyridio. tit. 13. Locatus verbo, credentes. Siluester in sum. verbo, heresis 1. §. 10. Tabienfis in summa verbo, hereticus. §. 20. & 21. Alfonsus Castrus lib. 1. ca. 17. de iusta here. punitio. auctor quidam innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi in rubrica, De hereticis, credentibus. & c. idē eodē tracta. in rubrica. De panis hereticorum, & similibus. Petrus de Palude lib. 4. senten. disti. 13. qu. 3. Conradus Brunus lib. 1. de hereticis. c. 4. & alij, quos omitto consilii in ve manifesta. quibus locis etiam de fautoribus, defensoribus, & alijs complicitibus differant. de his etiam omnibus agit copiose Montanus in legibus septipartitis Hispanie, le. 1. tit. 26.

Quomodo autem ex verbis cognoscantur credentes hereticorum, apertissime docet hic Eymericus, nec ulla nostra indiget expositione.

In libro quodā peruerso, in quo multa ad Inquisitionis officium spectantia continentur, eos dici credentes legimus; qui tantum fidem hereticorum habent, se non vitam.

Petrus de Palude lib. 4. senten. disti. 13. qu. 3. conclusione 7. ait eos esse credentes, qui licet nulli heresi explicitē adhaerant, credunt tamen hereticos esse bonos homines, & habere bonam fidem, habentes ergo perfidiam hereticorum non explicitam, sed implicitam, credentes hereticorum sunt iudicio Petri de Palude.

Factis autē, ut si hereticos adorauerint, &c.) Multo facilius est cognoscere credentes hereticorum ex verbis quam ex factis: ac propterea olim iudicio consentiente delegatē Inquisitionis valde dubitatum fuit, ex quibus culpis, vel causis, aut factis possent aliqui iudicari credentes hereticorum, extatque in peruerso illo libro manuscripto bibliothecae Vaticanae, cuius saepe mentionem facio, consilium peritorum Aunionensium factū anno Domini MCCXXXV. quo singillatim traduntur culpa, ex quibus credentes hereticorum possent iudicari: sed copiosius & luculentius easdem declarauit concilium Narbonense c. 29. cuius verbo, etsi breuitati studeam, huc transferēda curauit, ut huic loco lux clarior asserat, ait itaq; ita: Sane inter culpas, ex quibus credentes possunt iudicari, ne ulterius dubiteis, has esse firmiter arbitramur: Si reuerentiam fecerūt hereticis, ubi credentes, orationes ipsorum implorantes, & bonos homines profitentes, quasi adorant illos: Si consolatione ꝑ eorum, ubi eum quem consolantur in hereticum recipientes, per impositionem manuum se saluare prōditionaliter mentiuntur: Aut seruicio eorum, ubi maiore ipsorum librum tenente apertū, per ipsum quasi sub generali confessione remissionem intelligit fieri peccatorum: Aut cenā Valdensem, ubi die cenā menla posita, & pane superposito, Valdēsis vnus benedicens & frangens, danisque actantibus credit secundum damnablem sectam cōficere corpus Christi: non eaula prodendis, vel rephēn-

A dēdicōs, vel alia commendabili, seu excusabili, affuerunt. Si eisdem Valdēsis peccata sua cōfessi fuerint, ut solet & debet quis sacerdoti prōprio confiteri; Si pacem ad hereticis: seu Valdēsis, vel panem ab eis benedictum, a quocunq; sibi missum, vel datum, seienter & damnabiliter receperunt: Si crediderunt eos in sua secta saluari posse, vel esse bonos, vel sanctos homines. vel Dei amicos, vel nuntios, vel bonā cōuersionis, vel vita: vel eorū persecutores peccare, vel si eos taliter ꝑ laudauerunt, vel si aliquos ꝑ qualicunq; signo seu verbo, in eis se fidem & credentia habuisse in iure, vel alibi sunt professi: Si eos libenter & plures receperunt, audierunt, visitauerunt, victualia, seu alia dederunt, seu miserunt eisdē orationes ab eis, vel Epistolas, vel Euangelia didicerunt: hęc n. & similia, etsi nō probet singula, multa iuuant, praesertim cum ꝑ Ioannes dicat in epistola: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert; nolite eum recipere in domo; nec aue ei dixeritis: qui n. dicit illi, aue, cōmunicat operibus eius malignis Hęc autē omnia intelligimus, cum hi q̄ sic culpabiles sunt inuenti, sciebant illos, vel per quos ista fiebant, esse hereticos vel Valdēses nec ignorabant, ꝑ sancta Ecclesia tales propter errore proprios secta q; suas dānabiles, ab unitate catholice fidei segregatos denūtiat, & excommunicat, persequitur, atque dānat: nec dicenti se hoc ignorasse, leuiter est credendū. hęc ibi. que tametsi eius saeculi hereticis competant, facile possunt ceteris accommodari, spectatis singulorū hereticorū cōditione, ritu, & ceremonijs.

B Sermones eorum & praedicationes non tantū semel vel bis sed frequentius audierint.] Hic locus nō est sine obseruatione omittēdus, praesertim in eo quod dicit: Non tantum semel, vel bis quonia communis sententia est, eum qui semel tantum audit cōcōnes hereticorum, aut ad congregationes eorum proficiscitur non putari credētē: nā ex unico actu non insurgit credentia: cū non videatur approbati quod postea emittatur. argumēto leg. qui contra. C. de inestis nupt. c. constat. r. q. 1. cap. ex studijs, de praesumptio. secus tamen sibi uel pluries audiisset, seu iussit, quoniam ex actu geminato crimen ad consuetudinem trahi uidetur. leg. nemo. C. de Episcop. audient. cum similibus ita Archidiaconus, Geminianus, Ioan. And. & alij in c. quicunq; §. heretici. verbo, credentes. de heret. lib. 6. Zanchinus tract. de heret. cap. 3. num. 6. versi. sed pone. Reperitur Inquisitorū verbo, credētēs. §. sed ponamus, & verbo, bis. & Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 16. & ceteri communiter.

C Ignorantia quandoque excusat. An qui semel uel bis audit conciones hereticorum dicitur credens

D actū non insurgit credentia: cū non videatur approbati quod postea emittatur. argumēto leg. qui contra. C. de inestis nupt. c. constat. r. q. 1. cap. ex studijs, de praesumptio. secus tamen sibi uel pluries audiisset, seu iussit, quoniam ex actu geminato crimen ad consuetudinem trahi uidetur. leg. nemo. C. de Episcop. audient. cum similibus ita Archidiaconus, Geminianus, Ioan. And. & alij in c. quicunq; §. heretici. verbo, credentes. de heret. lib. 6. Zanchinus tract. de heret. cap. 3. num. 6. versi. sed pone. Reperitur Inquisitorū verbo, credētēs. §. sed ponamus, & verbo, bis. & Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 16. & ceteri communiter.

E Et quamuis haec sit communis sententia, nihilominus tamen non est contemnenda hoc loco EymERICI doctrina indicātis, ex vno, vel bino actu audienti sermones hereticorū non putari quē credētē, nisi pluries audiat: cui penitus consentit conciliū Narbonense paulo antea relatū. ubi pluries posuit, nulla facta mentione de vnico, uel gemino actu; idē uoluerunt periti Aunionenses consilio quodā de hac re, edito anno Domini MCCXXXV. ubi ita scriptū est. Similiter eos dicimus credentes, qui frequenter visitantes Valdēses: vel praedicationem eorum

† totaliter alio quocunq;.

† Episto. 2. cap. 1.

Ignorantia quandoque excusat.

An qui semel uel bis audit conciones hereticorum dicitur credens

Ex uno uel bino actu audienti conciones hereticorū, non insurgit credentia.

rum audientes: vel eos recipiētes, seu alias benefacientes eisdem pacis osculum receperunt. hæc ibi quod existimo diligenter animaduertendum: quoniam cum credentes indicentur hæretici, non videtur tutum ex geminato actu tantum crimen facile præsumere, præsertim si cum amplius potuerint frequentare, non frequentarint, nec obstat communis sententia quia nullo expresso iure nititur.

Atque ex his intelliges non esse facile admittendum quod scribit Campogius apud Zaehnum cap. 3. uer. quod autem hic dicit. ubi sub dubio relinquit, an qui semel audiuit conciones hæreticorum, aut ad eorum iuit congregationem, debeat credens hæreticorum iudicari, nam non erit plane credens.

Sed plurimum refert intelligere quo pacto hæc fiet: nam si quis catholicus in terris hæreticorum existens semel, vel bis ad conciones vadat hæreticorum, non iudicabitur credens iuxta præfatam doctrinam, si autem in terris catholicorum occulta ab hæreticis conuenticula celebrari intelligat, etsi semel tantum vadat, nisi denuntiet Episcopo, vel Inquisitori, non carebit iudici meo credentis suspitione: cum in hoc posteriori casu approbare censetur quod potuit auertere si iudicibus ecclesiasticis (ut debuit) indicasset, nisi considerata persona qualitate perignorantiam excusaretur.

Lochs emendatus.

Magis enim standum est factis, quam verbis. Ita est emendatus hic locus ex codice Cardinalis de Gambarà: nam in Barconensi, Bononiensi & Sabellano præpositere legebatur ita: Magis enim standum est verbis quam factis. & sane præcedentia satis indicant perinde esse legendum, ut est impressum: quod apertissime etiam colligitur ex citata Christi auctoritate Matth. 21. ubi scriptum est in hæc verba: Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: fili, vado hodie operare in vineam meam: ille autem respondens, ait: nolo; postea autem penitentia motus abiit, accedens autem ad alterum dixit similiter, at ille respondens, ait: eo Domine, & non iuit. quis ex duobus fecit voluntatem patris? dicunt ei; primus, &c. quo loco aperte vult Christus concludere, in opere magis quam in verbis cerni animum. Hoc ipsum indicat apertius quadam verba in codice Cardinalis de Gambarà reperta, quæ in cæteris desiderantur. hæc videlicet: Argumento de appellatione dilecti. ubi dicitur: Cum autem plus sit ad Sedem Apostolicam factis proiucare, quam verbo. & glossa ibi: quoniam plus est factis demonstrare, quam verbis dicere, quæ ideo sunt in hac impressione omissa, quoniam sine his sensus constare poterat.

Factis magis standum quam verbis.

Præfatum vero axioma, quod magis sit factis quam verbis standum in hac hæresis materia, ex multis uerum esse ostendit Albertinus tract. de agnoscen. assertio. q. 8. nu. 12. & q. 34. num. 53. & q. 36. nu. 18. & Joannes Roias tract. de hæret. p. 1. nu. 276. & multis sequentibus quibus locis concludunt, eum qui constituitur factum hæreticum, & prauam intentionem negare vel impenitentem curiæ seculari esse relinquendum, de quo dixi alibi plenius: neque enim debet hæc sententia simpliciter verba putari, nisi & alia pleraque concurrant.

A d Quidam alij sunt hæreticorum credentes, de quibus non apparet clare, &c. Observandum est, hic diligenter eos solum ex factis dici proprie hæreticorum credentes, qui ea facta committunt, in quibus ritus hæreticorum continentur; qui vero ea perpetrant, in quibus non est proprie ritus hæreticorum, licet suspitione hæresis, ob familiaritatem et obedientiam, quam hæreticis exhibent, non careant, non tamen iudicantur credentes. causam tradit Guido Fulcodius in dist. q. 9. quæ hic citat Emericus dicens: Verum si quis eos uisitauit: alimoniam præbuit, ducatum præstitit, & similia, in quibus nihil de ritui ipsorum expressum ostenditur, quamuis alij qui contrarium scriperint, non credo quod possit credens iudicari: nam hæc omnia sunt interdum ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, interdum pecunia interueniente. hæc ille. Sunt autem quæ tradit Fulcodius ad hanc questionem intelligendam valde apta, quæ nos ob breuitatem omittimus.

B Et consequenter est eis abiuratio, seu purgatio indicenda. Verissima est hæc Emerici sententia, ut scilicet aduersus huiusmodi credentes, quos ultimo loco numerauit, procedatur velut contra suspectos, qui compellantur vel abiurare, vel se purgare, aut tormentis subiciantur: aliter enim non possunt excludere suspitionem hæresis, quam ex præfatis operibus contraxerunt; quod qualiter fieri debeat alibi dictum est.

C Et consequenter est eis abiuratio, seu purgatio indicenda. Verissima est hæc Emerici sententia, ut scilicet aduersus huiusmodi credentes, quos ultimo loco numerauit, procedatur velut contra suspectos, qui compellantur vel abiurare, vel se purgare, aut tormentis subiciantur: aliter enim non possunt excludere suspitionem hæresis, quam ex præfatis operibus contraxerunt; quod qualiter fieri debeat alibi dictum est.

QVÆSTIO LI.

De receptatoribus Hæreticorum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Recipientium hæreticorum duplex genus est.
- 2 Receptatores hæreticorum quando culpa vacent, & quando non.
- 3 Qui proprie receptatores appellentur hæreticorum.
- 4 Et qui ex his hæretici habendi sint, qui vero tantum suspecti.
- 5 Hæreticorum receptatores qui dicantur proprie.
- 6 Et quando cum culpa, & hæretici sint quando non.



Vinquagesima prima quæstio est: Hæreticorum receptatores qui dicuntur sunt; & si hæretici habendi sunt?

E 1 Ad hanc respondemus, quod recipientes hæreticos in domibus suis sunt in duplici genere: Quidam namque sunt, non tantum semel, neque bis, sed pluries & frequenter hæreticos recipiunt: & isti proprie & lecondum vim vocabuli dicuntur receptatores, à receptando, quod est verbum frequentatiuum: & inde dicitur receptaculum domus vel hospitium, in quo hæretici frequenter & pluries conueniunt ad docendum, vel ad morandum.

2 Et tales receptatores quandoque sunt sine culpa, ut puta si ignoranter hoc faciunt, ut quia eorum errores nesciunt, nec aliquid sinistrae audie-

audierunt, nec suspicati sunt. Aliquando sunt in culpa, ut pote quando eorum errores sciunt, & q̄ Ecclesia pro illis eos persequitur, non ignorant, & nihilominus eos latenter, & frequenter receptant, nē ad manus Ecclesię perueniat.

3 Tales enim propriē sunt, & dicuntur heretici eorum receptatores, & de talibus loquuntur iurata: & isti tales sunt excommunicati, iuxta cap. de heret. Excommunicamus, l. 1. §. credentes. lib. 5.

4 Et si credant ipsorum hereticorū erroribus, heretici sunt: quia credentes iudicari possunt, si constat. Si autem non suspecti vehementer de tali heresim credentia habendi sunt: & est eis abiuratio, & purgatio canonica indicenda, iuxta c. Excommunicamus, l. 1. §. qui autem inuēti fuerint. de heret. lib. 5. & c. Accusatus. eod. tit. lib. 6.

5 Quidam autem non pluries, & frequenter, sed tantum semel, vel bis hereticos receperunt: & isti non videntur propriē posse dici receptatores, quia non frequētariūt, sed receptatores, quia eos receperunt, sed non receptarunt: licet Archidiaconus dicat contrarium in c. Quicumque, super verbo, receptatores. & et Guido Fulcodius prædictus in cōsultationibus ad Inquisitores hereticæ prauitatis, q. 1. qui volunt tales etiam dici, & esse receptatores: de quo nō est magna vis, nam non de verbis curamus, sed de factis.

6 Isti enim siue dicantur receptatores, siue receptatores, quandoque sunt in culpa, quandoq; nō ut statim de propriē receptatoribus dictum est. Nā si isti semel, vel bis receperunt latenter quos sciunt hereticos esse, ut non perueniant ad manus Ecclesię; si credant eorum erroribus, credentes, & heretici sunt. Si autem hoc non apparet, ex tali receptione vehementer, ne credant eorū erroribus, suspecti sunt, & excommunicati, ut de heret. lib. 5. c. Excommunicamus, l. 1. §. credentes, & est eis abiuratio indicenda, ut dictum est statim, iuxta c. Accusatus. in princ. His concordat concilium prouinciale Tarraconen. cui interfuit Frater Raymundus de Pegna fortē, de quo supra parte ista secunda.

COMMENT. LXXVI.

DE materia huius questionis scribunt illi, quos initio superioris commentarij citauimus eisdem fore locis, sed Zanchinus tract. de heret. c. 6. Turrescremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 21. Locutus in opere iudiciali verbo, receptatio, qui hinc illa transcribit. Repertorium Inquisitorum verbo receptatores. Auctor quidam innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi in rubrica, De hereticis, credentibus, c. 11. Paulus Grillandus tract. de heret. q. 9. nu. 1. & 2. Ludouicus Carrerius de heret. num. 162. & seq. Joannes Roias in singularibus fidei, singulari 172. & alij.

a Et tales receptatores quandoque sunt sine culpa, & c. Et ratio est: quoniam ignorantia eos excusat, quæ in illis presumitur, nisi probetur scientia. Petrus Godofredus in l. 4. c. de here. & propterea non incident in penas receptatorum, l. 1. c. de deserto. lib. 12. Bar. in l. 1. §. ult. ff. de receptor. Siman

A cas de cath. inst. tit. 15. nu. 17. & alij. nemo. n. dicitur in hac causa receptare nisi sciēter. l. 1. ff. de recepta. l. 1. & 2. ff. de offi. presid. & ideo cū suo genere receptare non sit malū, tota difficultas in hac causa posita est in probanda sciētia, qua non probata, eius commūne sequendum est. Bal. in l. doli. C. de dolo.

An autē receptor teneatur probare ignorantiam vel accusator eius scientiam, questio est nō leuis, verius tamen est ei qui allegat scientiam, incumbere onus probandi. Accursius, Bar. & alij in l. 1. §. ult. ff. de receptor. Ioannes Platea in l. 1. c. de deserto. lib. 12. Carrerius, de heret. nu. 170. Simancas de catho. inst. tit. 15. nu. 18. & 19. de ignorantia vero credetur receptori per suam iuramentum, ut precitatis locis Carrerius, & Simancas.

Hac tamen sententia non procederet, quoties hereticus esset publicē denunciatus, & notorius: tunc enim scientia presumetur in receptante, nō ignorantia. gl. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de recepta. Marsilius cons. 107. copiosē Carrerius de heret. nu. 170. ubi alios refert in hanc sententiam, quæ communis est, rationi consona, & amplectenda.

Hinc consequitur nauas, capones, stabularios, & similes, qui non tenentur aduentantium mores perscrutari, l. 1. ff. de furtis, aduer. nau. caup. & stabula. tunc demum teneri p̄na receptatorum, cum publicē damnatum aut denunciatum hereticum receptabunt: ita Locatus, & verē in opere iudiciali verbo, receptatio, num. 6.

b Quidam autem non pluries, & frequenter, sed tantum semel vel bis hereticos receperunt, & c.] Omissa hoc loco exquisitiori verbi recipiendi, & receptandi significatione, vera sententia est in hac causa, ex vnica receptione aliquem dici hereticorum receptatorem. Zanchinus tract. de heret. ca. 6. nu. 2. Repertorium Inquisitorum verbo, receptatores. §. sed circa hoc Conradus Brunus, lib. 1. de heret. c. 4. in fine, & alij, estque communis sententia quidquid veteres quidā interpretes senserunt: quod intellige quando quis in agro, in domo, vel in alio loco suo receptaculum, & hospitium præstat his, quos hereticos esse nouit, eo animo, ut iudicis manus effugiant, hi. n. propriē & verē receptatores dicuntur in hac causa. Conradus Brunus, lib. 1. de heret. c. 4.

c Et eis abiuratio indicenda, & c.] Hanc autem abiurationis penitentiam, patiuntur ob suspicionē heresis, quam ex receptione contraxerunt. An autem hec abiuratio de leui tantum, vel vehementi fieri debeat, qualitas personarum receptantium, & genus receptionis demonstrabunt; Emericus hoc loco ex tali receptione vehementem oriri heresis suspicionem scribit, cuius sententia vera est pensatis illis circumstantijs, quas ipse hic breuiter commemorat.

Receptatores vero hereticorum alias p̄nas patiuntur, de quib. inc. excommunicamus. §. credentes de heret. authen. credentes. C. de heret. & copiosē Carrerius tract. de heret. num. 162. & multis seq. Paulus Grillandus de heret. q. 9. Simancas de cath. inst. tit. 15. nu. 14. & seq. & alij.

Ac præter ceteras quidem p̄nas receptatorum præcipuē illæ sunt: nam postquam sunt excommunicatione notati, & in excessu huiusmodi persisten

An receptator debeat probare ignorantiam, vel qui allegat scientiam.

Receptator dicitur ex uno actu recipiendi.

Receptatores an de leui vel vehementi abiuratio debeant.

Receptatorum p̄na.

Aa tes,

res, & banno exponuntur, & in perpetuum relegantur, & bona confiscata amittunt. Zacharius tract. de heret. c. 17. nu. 4. Federicus Imperator in l. Pa ravenorum, qua est impressa in litteris Apostolicis, in fine huius operis, atque ita etiam sancivisse non obscure videntur Innocentius iij. & Clemens iij. in bulla incipiente: Ad extirpanda §. Quicumq; autem. quam habes in bullario litterarum Apostolicarum, in fine huius operis. In dispositione enim eius §. receptatores, plane continentur, quamvis eorum expressa mentio non fiat: nam praterquam quod sub generalitate illorum verborum comprehendantur, ex eo satis evidenter videntur comprehendi, quia in defensores ibi pena statuitur: qui vero receptat, nihil aliud facit, quam defendere & favere, ut et docuit Simancas de catho. inslit. tit. 15. nu. 14. quod verum est, cum prater simplicem receptionem, & occultationem, etiam amplius vi defendunt hereticos, & prohibent catholicos ministros, ne eos capiant.

Nunquid vero his penis liberentur consanguinei, uxores, amici, fratres, patres, filij, & similes persona receptantes hereticos sibi coniunctos, non est modica controuersia, quam nunc omitto, cum Emericus nullam eius mentionem faciat, de ea tamen eo disputabo paulo post in hac 2. parte super q. 56. nu. 8. ubi Emericus sentire videtur huiusmodi receptatores mitius esse puniendos.

Judex vero aut alij quilibet infideles, si apostatas, aut hereticos receptauerint: aut quomodolibet defenderint, per Inquisitores puniendi sunt, sicut cauit dominus Gregorius Papa xij. anno Domini MDLXXXI. extranag. quadam incipien. Antiqua Iudaeorum §. si quis, in hac verba; Si quis Apostatas hereticos, vel scienter domus acceptauerit: aluerit: comitatu iuuerit: seu quouis modo eis cibaria vbiunque praeberit: aut dona vel munera dederit: vel miserit: aut de loco ad locum deduxit: seu associauerit: vel deducendos seu associandos curauerit: aut sumptus ministrauerit: duces comitue illis adiunxerit: vel ne ab eis perpetrata, deprehendi, aut inuestigari queant, fecerit. Quique dictos Apostatas, aut hereticos scienter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet praestiterit, Inquisitorum scilicet in iudicio subiacebit.

Sed quibus penis puniendi sint huiusmodi infideles contra fidem delinquentes, dictum est supra in hac 2. parte super q. 44.

Q V A E S T I O L I I.

De defensoribus hereticorum.

S V M M A R I U M.

- 1 Defensores hereticorum in duplici sunt differentia.
- 2 Defendunt aliqui non errorem, sed personam.
- 3 Et hi pro modo defensionis suspensi de heresi sunt vehementer, aut leuiter.



Quinquagesima quarta questio est: Hereticorum defensores qui dicuntur, & si heretici dicendi sunt.

Ad hanc respondemus, quod hereticorum defensores sunt in duplici genere: quidam enim namque defendunt hereticorum errorem, & ij damnabiliores sunt illis qui errant: & ino solum heretici, immo heresiarchae habendi sunt, ut patet 24. q. 2. Quod aliorum, & de his defensoribus communiter nolo loquuntur iura, quia ab hereticis non distinguuntur, & in his habet locum c. Ad abolendam. §. praesentis de heret. lib. 6.

Quidam alij sunt, qui non defendunt errorem, sed personam errantem: utpote illi, qui restant viribus & potentia; ne heretici ad manus iudicis fidei veniant examinandi, vel puniendi, & similia: & tales sunt excommunicati, iuxta c. allegatum, Excommunicamus primo §. credentes.

Et tales heretici non sunt, postquam errorem non defendunt, arg. de sum. Trin. & fide catho. c. Damnamus, sed suspecti de illorum hereticorum erroribus sunt vehementer, vel leuiter fecerunt defensionem, quam fecerunt: & debent abiurare, iuxta c. Accusatus, frequenter alleg. de heret. lib. 6.

His concordant Archidiaconus in c. Quicunque super verbo, defensores, & Guido Fulcodius praedictus, in consultationibus ad Inquisitiones hereticae prauitatis, q. 12. & praedictum concilium Tarraconense.

COMMENT. LXXVII.

De materia etiam huius questionis videndi sunt illi ipsi, quos paulo antea citavi in intro q. 50. & 51. praeterea Zacharius tract. de heret. c. 4. Simancas in enchyridio tit. 14. Locutus in opere iudiciali, verbo, defensores. Repertorium Inquisitorum verbo, defensores. Bernardus Comensis in lucerna verbo, defensor. doctrina vero Emerici in hac questione vera & communis est.

Quidam namque sunt, qui defendunt hereticorum errorem, &c. Idem penitus scribit Guido Fulcodius ab Emerico hic citatus in consultationibus, ad Inquisitores, q. 12. quem sequitur Archidiaconus in c. quicumque, de heret. lib. 6. verbo, defensores, & latius sup. pag. 193. col. 2. nec de his est difficultas; nam pari iure cum hereticis censentur; immo vero heretici sunt deteriores, cum pertinaces videantur & heretici manifesti, iuxta c. super quibusdam, de verb. signif. hi namque non modo errant, verum etiam offendicula errandi alijs parati, ut optime monet Conradus Brunus, lib. 1. de heret. cap. 4. in fine, & Simancas de catho. inslit. tit. 15. nu. 8. quib. locis eadem tradunt, quae hic Emericus commemorat.

Quidam alij sunt, qui non defendunt errorem, sed personam errantem. Hoc autem contingere potest multis modis, quos tradit Zacharius tract. de heret. c. 4. Simancas de catho. inslit. tit. 15. nu. 9. & Repertorium Inquisitorum verbo, defensores. §. 1. de qua re insignis extat locus in bulla Innocen-

Innocentij iij. & Clementis iij. Ad extirpanda. *Quicunque, ubi & varia defensionis genera, & pœna defensorum luculenter traduntur his verbis: Quicunque autem hæreticum vel hæreticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capiētis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domū aliquam vel turrem, seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduę promulgatam per Federicum tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegatur, & domus illa, a qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi funditus destruat, & bona que ibi reperia fuerint, fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidē inuenti. hætenus Innocentius, que paulo explicatius tradit rursus & confirmat Clemens iij. vel. atus in bullario litterarum Apostolicarum. §. quicunque, in fine huius operis.*

Et sub his generalibus verbis comprehenduntur omnes defendendi: modis, qui in hac causa possunt contingere: nam & cum armis & sine armis potest quis defendere hereticum: potest & clamoribus, monendo illum ut fugiat: potest defendere illum in iudicio: item extra iudicium, denique, ut vno verbo dicam, quicunque officium Inquisitionis quacunque ratione impediuit, hæreticorum defensores per consequentiam dici possunt.

Iam vix est casus singularis nullo modo hic prætereundus, quo quis defensor hæreticorum dicitur scilicet supponit alium hominem, vel et seipsum pro illo hæretico, qui fuerat capiendus, de quo in præfato rescripto Inno. iij. Ad extirpanda. §. si quandoq; ita scriptum extat: Si quandoque aliqui vel aliquæ nō hæretici pro captis hæreticis, ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus redire & assignari cogantur, & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictā bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur. hec ibi. Quod ipsum post Innocentium roborauit etiā Clemens iij. in bulla incipiente; Ad extirpanda. §. si quando.

Sed suspecti de illorum hereticorum erroribus sunt vehementer vel leuiter secundum defensionem quam fecerunt. Ita Barcionensis, Bononiensis, & codex Cardinalis de Gambarā, sed Sa bellanus ita; Secundum modum defensionis.

Hic autem modus defensionis alius atque alius rum dissimilem facit, & culpam more grauiorem; nunc leuiorem; nam grauius delinquit qui defendit cum armis, quā qui sine armis; grauius qui vi admittit hæreticos de manibus capientium, quam qui voce monet ut fugiant, ac sese a custodibus eripere conentur; & sic de ceteris, que sunt prudentissime consideranda, ut gradus suspicionis notari possint, & debite poenitentiae iniungi.

Et debent abiurare, &c.] Hęc abiurationis pœna omnibus suspectis est communis. Sed defensores hæreticorum alijs præterea pœnis plectuntur, quas hic omisit Fymericus, de quib. Zachinus tract. de heret. ca. 17. Tabienfis in sim. verbo, hæreticus. §. 10. & 21. Gondissaluis tract. de heret. q. 16. Ludouicus Carrerius de heret. num. 163. & seq. Simā-

cas de catho. in stit. tit. 15. nu. 10. & fere illi, quos citauit supra initio questionis 50. & dixi paulo antea hac ipsa questione, vers. quidam alij sunt, ac præter veteritas pœnas Federicus in l. Patorenorum. quā curauimus imprimendam in bullario litterarū Apostolicarum in fine huius operis, quæ fuit ab Innocentio iij. & multis alijs summis Pontificib. approbata, hæreticorū cōplices, hoc est, defensores, receptatores, & quocunque modo fautores, bonorum confiscatione, & exilio punit; & ipsorū filios infamia notat; & ab omnib. honorib. excludit, nisi hæreticos reuelauerint; tūc enim his pœnis liberatur.

Postremo Pius V. Pont. Max. rescripto quodā incipiente; Si de protegendis. quod est impressum in bullario litterarum Apostolicarum, in hæreticorum defensores grauissimas etiam statuit pœnas, quas in multis casibus illic expressis incurrant.

Iudæi præterea ac alij infideles, si prædictis, aut alijs modis apostatas, vel hæreticos defenderint, a iudicib. fidei puniuntur, per extrauag. Dñi Gregorij. Papa xij. incip. Antiqua Iudæorum. cuius verba retulimus super quæstione proxime præcedēti in fi.

Q V A E S T I O L I I I.

De fautoribus hæreticorum.

S V M M A R I V M

- 1 Publica auctoritate fungentes quomodo per omissionem hæreticis fauere censeantur.
- 2 Et quomodo per commissionem.
- 3 Priuata persona ex sola omissione non dicitur hæreticorum fautores.
- 4 Sed commissione, & que committendo.
- 5 Fautores hæreticorum excommunicationem, & alias pœnas incurruunt.

D Vinquagesimatertia quæstio est: Hæreticorum fautores qui dicendi sunt, & si hæretici habendi sunt? Ad hanc respondemus, quod fauores hæretici sunt in duplici genere. Quidam, namque sunt, qui publica funguntur auctoritate, hoc est publicæ personæ, ut domini temporales, eorum Balliui, Veguerij, & officiales ceteri: & tales fauent, & fautores esse possunt hæreticorū duobus modis, quia interdum omittendo, interdum committendo; omittendo quidem ea facere circa hæreticos vel suspectos, infamatos vel credentes, receptatores, defensores, & fautores, ad quæ de eorū officio obligamur, cū tamē ab Episcopis & Inquisitorib. vel eorū altero requiruntur, utpote, si eos non capiunt, vel captos diligenter non custodiant, uel infra districtum suum ad locum, de quo eis mādabitur, non deducant, ac executionem promptam de eis non faciant, & similia, ut patet extra de hæ. lib. 6. c. Et inquisitionis, in principio.

Committendo autem, utpote, si captos huiusmodi absque Episcopi & Inquisitoris, vel alterius ipsorū licentia, vel mandato, a carcere liberent, vel processum, iudicium, vel sententiam eo-

rum directe vel indirecte impediunt : & similia peragunt, vt patet cap. alleg. Vt inquisitionis. §. prohibemus. omnes isti fautores sunt, & etiam excommunicati ipso iure: in qua si per annum steterint animo pertinaci, ex tunc vt heretici condemnantur, vt clare patet c. & §. alleg.

3 Quidam autem sunt, qui publica non funguntur auctoritate, sed sunt persona priuata: & isti non dicuntur fauere, nec fautores esse ex sola omissione: vnde si hereticos non capiant, non dicuntur fauere, nec fautores esse: vel non custodiant, & similia, quia si requisiti non faciunt, quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur.

4 Dicuntur autem fauere & fautores esse commissione, vt si hereticos seu captos pro heresi, propria temeritate a carcere liberent vel auxilium, consilium, vel fauorem ad liberandum praestent: vel captiuis taliter allociant, vt non capiuntur: vel captiuis se opponunt: ac alias processum iudicium, & sententiam in causa fidei directe vel indirecte impedire praesumant, vel ad impediendum praestant consilium, auxilium, vel fauorem.

5 Omnes tales fautores sunt, & excommunicati sunt ipso iure, & duodecim s magnas penas incurrunt, vt patet extra de heret. lib. 5. c. 1. excommunicamus 1. §. credentes. & cap. alleg. Vt inquisitionis. §. prohibemus. in qua excommunicatione, si per annum steterint animo pertinaci, ex tunc sunt vt heretici condemnandi, vt eo. cap. & §. alleg. Vt inquisitionis. §. prohibemus. Et nihilominus fautores sunt, & dici possunt predicti omnes receptatores & defensores. de quibus est supra actum questionibus duabus proximis. Concordat h. his Archid. super cap. Quicumque; & ver. fautores. de heret. lib. 6. Et Guido Fulcodius predictus quaest. 10. & predictum concilium Tarraconen.

COMMENT. LXXVIII.

DE fautoribus videndi sunt etiam illi, quos citant in iudiciis superiorum quaestionum. gl. in clem. 1. de penis, verbo, defensor. & amplius Repertorium inquisitionum, verbo, fautores. & Bernardus Comensis in lucerna, verbo, fautor. & verbo, defensor. & Locatus in opere iudiciali, verbo, fautores. & Zanchinus tract. de heret. capit. 5. & Bernardus Diaz in practica crimi. cano. c. 107. & alij passim.

Qui sint fautores, & quot modis faueat. Sunt autem fautores, vt nomen ipsum indicat, qui hereticis fauorem praestant, & per omnia defensoribus exequantur: nam qui hereticis fauet, vt vt eos defendat, ideoque quidquid in defensoribus statuitur, fautores cognoscunt. Simancas de catho. iuris. tit. 15. nu. 11.

Tras iam autem potest quis hereticis fauere, omissione seu negligentia: facto seu cooperatione: denum consilio seu verbis, quae qualia sunt, optime explicat hoc loco Emericus, & Zanchinus, & Repertorium praecitatis locis.

Principi magis debet esse cura in peccatis hereticis. Quidam namque sunt, qui publica funguntur auctoritate. &c. Magistratus & principes quousque; Christiani magnam curam & sollicitudinem

adhibere debent in extirpandis pellendisq; hereticis de suis regnis, sac dominis, & in praesentibus Inquisitoribus omne consilium & fauorem ad haereticos puniendos, & coerendos: cum enim Inquisitores haeretici prauitatis sint inermes non poterint hereticos pelleret, nisi a dominis temporalibus adiuuentur, ideoque grauissima est culpa magistratuum aut hereticis fauentium, aut omittentium aduersus eos ea exercere quae sacri Canonibus & leges iubent.

Horum ergo partes praecipue in hac causa, vt omnem euentum infamiam, seruitur suppressione & extinguere suborientes haereses, & schismata: & omnia sua studia actionesque; eo referre, ne sub eorum imperio haereticorum augetur improbitas, & catholico ru minuat, aut perturbetur securitas & religio, quod facile consequentur, si vna eorum religiosi Episcopis & Inquisitoribus cauerit, ut ne cuique in re publica sit liberum credere vt voluerit, aut nouas inducere de religione quaestiones, & eulens percontant, sed ab Ecclesia catholica approbati omnino retineantur, vt olim iussim est in l. canonicos populos, C. de sum. Trm. & fide catho.

Id quoque; in primis obseruare debet catholica magistratus & principes, ne in sua consilia haereticos admittant, exemplo Moysi, qui Nymet, c. 6. Coeres, Dathan, & Abiron aduersus se rebellantes expulit, cuiusque iam olim Concilium Tholosanum 16. quod vetuli infra hac 2. parte saper. q. 5. 7. in fine, sed de his plura Conradus Brunus lib. 3. de heret. c. 9. 10. & 18. & Jacobus Simancas de catho. instit. tit. 23. Quibus autem penis affici debeant magistratus haereticis fauentes, mox subiungam.

b. Ballui. Balluius vox vulgaris est apud Gallos seu Provinciales, vt ait gl. in clem. 1. de penis, verbo, Balluius, qua insularios seu tacorum retores significat, quorum meminit textus in c. quoniam in principio, & ibi Archidiaconus de immuni. eccl. lib. 6. & iura passim in titulis de hereticis.

D. c. Veguerij. Deerat hec vox in codice Cardinalis de Gamba, in Sabellano, loco eius, Vicarij agebatur, sed Barcinonensis & Bononiensis optime habebant, Veguerij, quae vox Catalaporum est propria, quae significat magistratus quosdam in singulis ciuitatibus gubernatoribus inferiores, quibus videntur similes antiqui praetores, hos Veguerios concilium Tarraconense relatum sup. pag. 220. Iulitartios vocat.

d. Ad quae ex eorum officio obligantur. Quae aut sint ea, ad quae magistratus obligantur ex eorum officio, mox subiungit Emericus, videlicet: ad requisitionem Inquisitorum hereticos capere: captos custodire: ad locum designatum deferre: damnatos sibi redimere, & penite, quae omnia continentur in c. vt inquisitorum de heret. li. 6. sed plenius in rescripto Innocentij & Clementis iij. incipiente: Ad extirpada, relato in bullario literaru A postolicaru in sine huius operis, quod est oino videlicet, vt hic locus intelligatur.

e. Omnes isti fautores sunt, & etiam excommunicati ipso iure, &c. Praeter has penas alias etiam sentiunt domini temporales, si hereticis fauere, aut in terris suis morari passos fuisse aut dissimulasse communicantur; quae praescriptae iam olim Concilium Tholosanum cap. 3. & 4. in hae verba:

Statuimus etiam, ut quicūq; in terra sua de cetero permittit scienter morari hæreticū, siue propter pecuniam, siue propter aliam quamcūque causam, & fuerit inde confessus, aut conuictus, amittat in perpetuum terram suam, & corpus suum sit in manu Domini ad faciendum inde quod debeat.

Si autem de scientia conuictus non fuerit, & probata non fuerit negligentia dissoluta, vel scienter in terra sua inueniantur hæretici, vel super hoc sit diffamatus, pennis legitimis puniatur. hac ibi.

Eodem spectat rescriptum Pauli Papæ III. incipiens. Cum ex Apostolatus officio. per quod graues, sed iustissimas tamen pœnas tulit cōtra dominos ecclesiasticos & temporales, qui in aliquā heresim inciderint, seu schisma incurrerint, aut excitauerint, cum. n. hi alios doceres, & illis bono exēplo, ut in fi. de catholica contineantur, esse debeant: pruaricando grauius ceteris peccant: cū non solū se ipsos perdāt, verum etiā alios innumerabiles populos sua cure & regimini creditos, seu alijs subditos, seu in perditionem, & puteum interitus trahant.

Qua vero pena sint afficiendi minores magistratus, qui in singulis locis præsidēt, si negligentes inueniantur in capiendis hæreticis, tradit idem Concilium Tholosanum. 6. in hac verba; Bailliuis vero, qui semper est residens, in loco contra quē præsumitur, nisi cōtra hæreticos valde sollicitus inueniatur & diligens, bona sua amittat, & de cetero nec ibi nec alibi constituatur Bailliuis. hæc nunc concilium.

Ac in puniendis quidē magistratib. aut in fide, aut circa fidem delinquentibus, duo potissimum cōsēd obseruanda. Primum, ut grauiissime puniantur, sicut in hęc canonica sanctiones, quarū meminimus, quia hi auctoritate sua magis nocere possunt, quā priuati delinquentes: nā, ut optime scripsit Fabius declaratio. 3. Perniciosissimi est male rei maxime quisq; auctor. tradit copiose Tirac. trac. de pœnis rēper. aut remitten. causa 5. n. 97. Alterum est, ut priuati Inquisitores non sint faciles ad eos puniēdos; quoniam fortassis ob impotentia propriam irritus esset eorum conatus; & ob potentiam magistratū facile posset tumultus in populo excitari; ergo tutius est maiores Inquisitores, aut summum Pontificē consulere, ut alibi copiosius scripsimus.

Et isti non dicuntur fauere, nec fautores esse, ex sola omissione, &c. J. Dissimilis ergo hominū cōditio, dimerā causam cōstituit, & propterea magistratus sola omissione dicuntur fautores, quia nō caret serupulo occulte & societatis, qui manifesto facinorosi desinit obuiare; & qui crimina, que pōt emēdare, nō corrigi, ipse cōmittit, c. qui potest. 23. q. 3. c. qui vitij. 23. q. 8. c. ita corporis. 11. q. 3. c. negligere. 2. q. 7. c. error. dist. 83. cum similib. & quantū scelus cōmittat magistratus negligēs punire hæreticos, aut per doli eis aliter fauentes, pulchre docet Petrus Godofredus in l. quicūq; C. de heret. circa fin.

Priuati autē homines generaliter, propterea omissione nō censentur hæreticorū fautores, quia nō incumbit eis ex officio hæreticos capere, aut extirpare, sed ceterum hoc declaratione indiget, maxime pro-

A pter sequentia Eimerici verba, nempe: Etiam si re- quisiti non faciant, quia nō tenentur ad hoc vel non tenebantur.

Ergo priuati homines fautores hæreticorū erūt, si cum eis incumberet ex officio eos indicare, vel comprehendere, hoc omiserint: tales sunt cruce signati, quos in Hispania familiares vocamus. Turrecremata in sum. de eccl. lib. 4. par. 2. c. 21. Repertoriū inquisito. verborum fautores. §. 1. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 13. & alij communiter.

Rursus si a magistratibus aliquid fuerit priuatis iniunctum aduersus hæreticos: Ut si, verbi gratia, eos requirant ad præstandum auxilium ad hæreticos capiēdos, & sine causa, non impediti nolint eos adiuuare, fautores erunt: ita præcitati, & Conradus Brunus lib. 1. de heret. c. 4. quorum sententia vera est & communis.

Postremo tam magistratum gerentes, quā priuati, fautores hæreticorum dici possent ex omissione denunciandi eos, cum omnes hæreticos etiam occultos denunciare episcopis seu Inquisitoribus, ac si necesse quoque fuerit, accusare teneantur, uterq; Thomas 2. 2. q. 68. artic. 1. Alexander Ales 3. par. q. 42. Sotus lib. 5. de iust. & in q. 5. art. 1. Cardinalis in c. si peccauerit. 2. q. 1. nu. 29. Conradus Brunus lib. 1. de heret. c. 7. Ioannes Roias in singularibus fidei, singul. 5. idem tract. de heret. par. 2. assertio. 3. Alfonsus Castus lib. 2. de iust. heret. puni. tit. c. 25. Simancas de catho. instit. tit. 19. nu. 10. & seq. & alij.

Teneantur autem omnes ad hæreticos reuelādos & denunciādos sub pœna excommunicationis, ut late docuimus super ea. qui alios, de heret. relato supra in hac 2. par. pag. 87.

At non videtur à ratione absolum quandoque vel metus, vel obliuione, vel alia probabili causa contingere posse, ut quis absque fautoris suspitione denunciātionem omittat: nam quid si, verbi gratia, sola vxor sciat maritū diebus prohibitis vesci car-

D nibus, aut alia hæreticalia cōmittere, eumq; cognoscat terribilē, qui facile eā aut interimeret, aut male tractaret, si denunciaretur; dices ne hanc esse fautoricem? ego plane ratione metus putarem excusandā, in ceteris idē est iudicium, plurimūq; sunt singule circumstantie ponderandæ. Non hæc dicimus ut hæreticis, quos odio habemus, faueamus, sed ut moneamus ex omissione denunciātionis hæreticorū nō debere quemquā facile suspectum haberi, vel hæreticorum fauorem censeri, nec Theologos, quos paulo antea nominauimus, videntur ab hac sententiā alieni.

Iam si nosce cupis modos singulares quib. fautores hæreticorū dici possunt, legito præ ceteris Turrecrematam lib. 4. de Ecclesia, par. 2. c. 21. ubi septem fautoris modos enumerat, quib. adiunge alios duos, quos retuli inf. par. 3. super q. 113. sed nullus expressit luculentius quidquid ad cognoscendos singulos fautorum & fautoria gradus & modos attinget quā concilium Narbonensē c. 14. 15. & 16. cuius doctrina, quoniam huic quæstioni magnā lucem affert, nullo modo fuit omittenda, habet autem ita: Plane inter fautores accipimus tam eos qui hæreticorum seu credentium extirpationem seu correccionem impediunt, quam eos qui non

Quando ex omissione denunciandi hæreticos non dicatur quis fautor.

Quibus modis dicantur hæreticorum fautores, & quales eorum gradus.

Cap. 14.

dant ad id operam, quam non possunt sine culpa omittere manifesta: ex diligenti tamen circumspecta consideratione, plus minusve contingit culpa in talibus reperire; nam multum fauet hereticis siue erudentibus, qui eos celat, cum possit & debeat indicare: plus qui eos occultando, seu aliter ipsorum examinationem, vel incarcerationem, vel punitionem malitiose nititur impedire: plurimum qui captos, vel incarceratos relaxat, praeter Ecclesiae voluntatem: seu cuius consilio, vel auxilio, mandato, vel cura talia perpetrantur.

Cap. 15.

Cuius criminis reus incomparabiliter est habendus ille, qui temporalē habet iurisdictionē praefatos pestiferos hereticos, seu rebelles ab Ecclesia denotatos persequi, & de sua terra vel provincia exterminare postponit, vel in eos animaduertere sine mora: quippe nec caret scrupulo societatis iniquae, qui tanto facinori sibi per denūtiationē Ecclesiae: seu aliter legitime manifesto, cum teneatur, & possit, desinit obuiare: praesertim si ad hoc faciendū, et iuramento proprio se adstrinxit.

cap. 16.

Sed nec illi sunt immunes a crimine, qui, cum se illis offert opportunitas loci & temporis, ac factas hereticos seu praenominatos rebelles capere, capient se uel nequiter praetermittit: maxime si de hoc fuerint a capiētib. seu capere volentib. requisiti. Et quā plures, & quasi inuestigabiles sunt modi nocendi, quib. heretici, eorumque credentes, atque fautores nituntur vineam Domini Sabaoth demoliri, & eis est tam prudenter, quā viriliter occurrendum, curet vestra deuotio secundū datam a Domino gratiam, mala illorum agnoscere, & salutarē apponere medicinam, suppleatque discretio, quod scripto non posset facile comprehendi, *hactenus concilium.*

S Et duodecim magnas pœnas incurrunt.] *Has pœnas enumerat Hostien. in c. excommunicamus 1. §. credentes, nu. 3. relatus ab Eymérico supra in hac 2. parte, quas etiam explicat Eymericus 3. par. a q. 113. usque ad q. 123. quib. locis plurima addidimus huc spectantia.*

H Concordat his Archidiaconus, &c.] *Hæc res que in sinem huius quæstionis deerant in Barcionē si impresso, quæ suppleuimus ex trib. manuscriptis.*

Quot & quibus indicij cognoscatur hereticorū fautores.

Iam ut nihil desideretur eorum quæ utilia sunt ad cognoscendam perfecte hanc fautorum tractationem, libet hic addere quibus indicij & signis potissimum cognoscatur, ergo in summa illa fratris Iuoneti, cuius fragmentum extat in sepe citato codice membraneo bibliothecæ Vaticanæ, titulus extat. Quo deprehendantur fautores hereticorū. quo loco quinque enumerat indicia in hæc verba: Facile possunt deprehendi hereticorum fautores, & hoc per quinque indicia satis probabilia.

Vnum: Quicumque clam visitant eos dum captiui tenentur, & susurrant cum eis, & victualia ministrant eis, suspecti sunt, quod eorum sint discipuli & fautores.

Secundum est: Qui valde lamentantur de eorum deprehensione vel morte, videntur eorum amici spirituales fuisse dum viuerēt, esse autem heretico diu familiarem, & eius ignorare secretā, vix est credibile,

A Tertium est: Quicumque causantur, quod iniuste sunt condemnati postquam aperte conuicti fuerint, vel etiam confessi de hæresi, appareat quod eorum sectam approbant, & Ecclesiam reputent errare, quando eos damnat.

Quartum est: Quicumque amarum vultū habent ad illos qui persequuntur hereticos, vel praedicant contra heresim efficaciter, sicut potest tū in oculis & naso, & aspectu taliū notare, qui velit aduertere ista, quod non possunt rectis oculis aspicerē, suspectum est valde quod odio habent illos, contra quos cor eorum ita amare fecit, (quod etiam in vultu apparet) & diligunt illos de quorum exterminio tantum dolent.

Quintum est: Si aliqui furtiue inueniantur ossa hereticorum combustorum nocte colligere quasi reliquias, dubium non est quin eos pro sanctis venerentur, quorum ossa pro sanctuario recondunt, & esse hereticos, sicut illos, nullus enim habet hereticum pro sancto, nisi qui eius sectam credit esse sanctam, & talis hereticus est sicut ille.

Hæc indicia vehementer faciunt praesumptionem contra illum de hæresi, etsi non plenam probationem ad condemnationem, nisi & alia concurrant argumenta, ex quibus liquido constaret, praedicta eos in fauorem heresis fecisse. *hactenus Iuonetus, quæ quamuis incondito & insuauis stilo sint dicta, non tamen propterea sunt aspernanda: nam quod bonum est, non ex verbis, quibus dicitur, sed ex natura sua, quocumque modo dicitur, pensandum est.*

QVÆSTIO LIIII.

De Impeditoribus officij inquisitionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Impedire directæ officij sanctæ Inquisitionis, quinam dicantur.
- 2 Impedientes directæ sanctum officium excommunicati quidem sunt, sed non ex hoc heretici.
- 3 Quo pacto indirectè impediatur sanctum officium.
- 4 Explicatio cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6.
- 5 Contra omnes impeditores praefatos procedi potest tanquam contra fautores hereticorum.



Vinquagesimaquarta quæstio est: Impeditores officij Inquisitionis hereticae prauitatis, qui sunt; & si heretici dicendi sunt?

Ad hæc respondemus, quod huiusmodi impeditores sunt in duplici genere: **Q**uidam b nāq; sunt, qui impediūt directè: ut pote, qui captos pro heresis crimine a carcere propria temeritate liberāt: vel processus Inquisitionis lacerāt: testes in causa fidei pro eo quia testificati sunt, vulnērāt: vel si dominus tpalis statuat, quod nullus nisi

COMMENT. LXXIX.

nisi ipse de hoc crimine cognoscat: & quod nullus nisi sibi de hoc crimine accusari possit: nec testificari, nisi coram eo, & similia: Isti impediunt directè iuxta notata per Io. Andr. in c. Statutum super verbo, directè, de hæret. lib. 6. Et qui processum, iudicium, vel sententiam in causa si dei directè impediunt: vel qui ad hæc agenda præstiturunt consilium, auxilium, vel fauorem.

2 Et tales licet sint multum culpabiles, non tamen sunt ex hoc hæretici iudicandi: nisi aliter appareret, quod haberent errorem in mente, & pertinaciam in voluntate. Sunt tamen ipso iure excommunicationis mucrone percussi, iuxta ca. Ut inquisitionis. §. prohibemus, de hære. in 6. sic quod si in illa excommunicatione stant per annum animo pertinaci, extunc sunt vt hæretici condemnandi, vt patet c. & §. alleg.

3 Quidam uero sunt, qui impediunt indirectè: vt pote, qui statunt, quod nullus portet arma, nisi de familia domini temporalis: nam consequenter qui sunt de familia Inquisitoris nõ possunt portare, quod est indirectè impedire: Vel quod nullus possit capere aliquem, vel capi facere, nisi domini temporalis: nam consequenter qui sunt de familia Inquisitoris non possunt capere, & similia, iuxta notata per Io. Andr. in c. Statutum, super verbo, indirectè, & tales sunt minus culpabiles quam primi: nec sunt hæretici, sed sunt excommunicati, iuxta allega. c. Ut inquisitionis, & etiam præstantes ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem. Quod si steterint in illa excommunicatione per annum animo pertinaci, extunc sunt velut hæretici condemnandi per alleg. c. Ut inquisitionis. in §. prohibemus.

4 Quod est sic intelligendum, vt dictum est supra q. 47. quod sicut hæretici si velint redire, recipiuntur ad misericordiam errore primitus abiurato: alijs, vt impenitentes traduntur curiæ sæculari, vt patet per c. Ad abolendam, §. præsentis, sic tales, qui vt impeditores fuerunt excommunicati, & steterunt per annum in illa excommunicatione animo pertinaci, si volunt redire, abiurant impedimentum & fautoriam, & ad misericordiam admittuntur: alijs vt impenitentes hæretici traduntur brachio sæculari.

5 Et vbi non stent per annum, nihilominus contra omnes impeditores huiusmodi potest procedi, vt contra fautores hæreticorum, iuxta privilegium domini Urbani III. & Clem. III. Alexandri, & aliorum summorum Pontificum ad Inquisitores hæreticæ prauitatis generaliter, quod incipit: Præ cunctis, in quo sic habetur: Caterum si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis, huic negotio vobis commisso: se opponere, seu illud præsumperint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem, imo nisi requisiti, illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiose: contra eos, tanquam contra hæreticorum fautores & defensores, secundum sanctiones canonicas, freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

A
Q uoniam qui impediunt sacrum Inquisitionis officium, proxime accedunt ad fautores hæreticorum: ideo post disputationem de fautoribus, ad impeditores accedit auctor, & quemadmodum hæreticorum complices memorati, iurisdictioni Inquisitorum subiciuntur: ita quoque impeditores.

B
Decuit autem hanc potestatem Inquisitoribus tribuere aduersus impediendo officium Inquisitionis: nam nisi iudices fidei ab omni impedimento liberi essent, non possent commode hereticam prauitatem extirpare. Quamobrem summi Romani Pontifices hæc intuentes, fauore fidei sacrum Inquisitionis officium ab omnibus impedimentis liberum constituerunt, vt longa oratione ostendit Camillus Cæpegus apud Zanchinum c. 31.

C
A c de materia huius questionis copiose agit Zanchinus & Campegus præcitato loco. Repertorium Inquisitorum verbo, impediendo, & verbo, directè. Locutus in opere iudiciali verbo, impediendo, nonnulla Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 21. Simancas de catho. inst. tit. 15. nu. 10. Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor, §. 28. nu. 29. Bernardus in Lucerna Inquisitorum, verbo, impediendo, §. 1. & aliquot seq. & alij, qui aut nulla, aut paucissima tradunt præter Emericum hoc loco.

D
a Quidam namque sunt qui impediunt directè. Directè quis agere & impedire dicitur, cum nõ circuitu vel per aliud medium, sed principaliter in id incumbit, ne fiat. Indirectè contra, quis gerit ac impedit in hac causa, qui insinuatione vitur, aut alio medio vitur id ipsum euertere, vnde in consequentiam oriatur impedimentum officij sancte Inquisitionis, exempla quibus hic vitur. Emericus, idonea sunt in hac causa. eadem recenset gl. in c. Statutum 1. de hæret. lib. 6. verbo, directè, & verbo, indirectè quam citat hic Emericus: s.

E
His aut modis impediendi directè & indirectè diligenter hic ab Emerico explicatis, adde quod solis minis & terrorib. dicitur et quis impedire officium, & iurisdictionem Inquisitionis, argumen. c. 1. in prin. ext. de offic. deleg. & tradit Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum verbo impediendo. §. 2.


b Et tales licet sint multum culpabiles, non tamen sunt hæretici iudicandi. Contrahunt tamen hæresis suspicionem ex impedimento, quod interposuerunt. Qualis autem sit hæc suspicio, ex qualitate personarum & impediendi modo pensanda erit. Emericus vehementem suspicionem oriri putat infra hac par. 2. q. 56. num. 2. vers. secundus casus est, de quo quid sentiam, dicam ibi.

c Sic tales qui vt impeditores fuerunt excommunicati, & c. si volunt redire, abiurant impedimentum & fautoriam. Ex his verbis dirimitur questio illa anceps & subdificilis, quam nobis proposuit Petrus Dufina sancte Romanæ generalis Inquisitionis assessor, vir iuris peritia clarus, & in causis fidei tractandis prudentissimus: An videlicet aliquo casu suscipi possit abiuratio generalis, non expressis particularibus erroribus, & hæresibus: nam qui generaliter alicui fa-

Inquisitor: pcedere potest iur. contra impeditores officij.

Quid directè impedire, & quid indirectè.

Abiuratio omnis hæresis in genere õn que fieri potest, nulla hæresis in specie expressa.



uendo, aut etiam nulli fauendo, officium inquisitionis impedit, in nullam specificam & particularem heresim videtur consentire, & propterea nullam in specie poterit abiurare, sed in genere dicit, se detestari omnem heresim, cuius suspicionem impediendo inquisitionis officium contraxit. Atque hec est expressa Emerici sententia hoc loco, & Repertorii Inquisitorum verbo, fautores. §. an impediētes.

In hac tamen difficultate, qua contemnenda non est, cum frequenter accidere possit, hoc amplius censeo obseruandum, ut inquiratur a reo qui impediit officium Inquisitionis, vel alicui fauit adhibitis etiam tormentis, si ita causa eius & conditio postulauerit: An cum eo habeat familiaritatem, & cur ei faueat, nam si auxilium exhibitum in fauorem personae potius quam erroris tendere videatur, sufficit generalis abiuratio fautoriae vel impediēti, eodem modo quo dictum est: quod si secus res habuerit, & aliqua alia concurrant, ex quibus oriatur suspicio, eum qui exhibet fauorem, eisdem illos errores habere, quos profitetur ille, cui fauet; tunc praeter generalem impediēti & fautoriae abiurationem cogendus videtur ad particulares errores abiurandos. Quem autem effectum operetur generalis hec abiuratio fautoriae vel impediēti, dicam cum Emerico infra hac parte 2. q. vlt. nu. 7.

Ob quas rationes inquisitores possunt in impeditores animaduertere.

d Et ubi non stent per animum, nihilominus contra omnes impeditores huiusmodi potest procedi, &c. Nec desunt rationes, quibus haec doctrina, quae vera est & communis, probari possit. Primus, quia impediētes officium suspicionem heresim & fautoriae contrahunt. Rursus, quoniam si non possent Inquisitores punire impeditores sacri officij, non possent commode suum officium exercere. Ad hec, quia ex quo mandata est Inquisitoribus iurisdictio, videtur quoque, demandata coercitio. Praeterea quia in dextera omnia potest, quae ad suam iurisdictionem exercendam pertinent, & sine quibus causa expediri non potest, praeterea, c. significasti, & c. prudentiam. §. vlt. de officio delegati. & gl. in c. 1. verbo, impedire, de officio delegati. Postremo, quoniam index potest punire excessus commissos contra suum officium. Zanichinus tract. de heret. c. 3. i. Repertorium Inquisitorum verbo, impediens. §. sed nunc queritur.

e Contra eos tanquam contra haereticorum fautores, & defensores, &c. Inquisitores ergo punire possunt impediētes suum officium, postquam in eos procedere possunt, ut fufius docuit idem Emericus 3. par. q. 36. vbi addidi nonnulla in hac sententia.

At dubium est, quibus poenis possint eos coercere, & Zanichinus tract. de heret. c. 3. i. nu. 7. & Repertorium Inquisitorum verbo, impediens. §. nota quod ista poena poenam hanc arbitrio Inquisitorum imponendam esse voluerunt pensatis delicti & personarum qualitatibus, cum iure nihil cautum inuenitur, argumento l. 1. §. expilatores, ff. de effractione. cum notatis in c. de causis, extra de officio delegati, in quam etiam sententiam consentit Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 10.

Ceterum hodie per Pium V. rescripto incipiente: Si de protegendis, impresso in Bullario literarum Apostolicarum, in fine huius operis, grauissima poena decretum contra id genus impeditores, qui fecerint

De poena impediētiū Inquisitoris officium.

A aliqua ex his, quae illis exprimitur. Iulij quoque, III. extat rescriptum incipiens: Licet a diuersis. contra iudices seculares in cognoscendo de crimine heresi se ingerentes, quod est impressum in eodem Bullario. §. 12. nu. 10.

Q V A E S T I O XLV

De suspectis de heresi.

S V M M A R I V M

- 1 Suspicio de heresi triplex, leuis, vehemens, maxima.
- 2 Leuis suspicio cur sic appellata.
- 3 Leuis suspicionis exempla.
- 4 Magna & vehemens suspicio quae dicatur, & quare.
- 5 Suspicionis vehementis exempla.
- 6 Maxima & violenta suspicio, quae sit.
- 7 Violentae suspicionis exempla.
- 8 Susceptorum de heresi triplex genus, & qui dicantur leuiter suspecti.
- 9 Leuiter suspecto iniungi potest purgatio canonica.
- 10 Vel iniungi abiuratio de leui.
- 11 Suspecti vehementer qui dicantur.
- 12 Vehementer suspecto iniungenda est abiuratio de vehemēti, & ut heresim omnem generatim abiuret.
- 13 Quid faciendum si post abiurationem relabatur.
- 14 Casus in quibus indicatur relapsus quispiam post abiurationem de vehemēti.
- 15 Quid agendum si vehementer suspectus de heresi recuset abiurare.
- 16 Violenter suspecti habentur ut heretici, & qui nam tales reputentur.



Quinquagesima quinta quaestio est: Suspecti de heresi quot modis, & quibus dicendi sunt, & si in casu heretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod in iure triplex suspicio de heresi reperitur, prima est modica, secunda magna, tertia maxima.

2 Prima est modica, quae in iure vocatur suspicio leuis, ista habetur extra de heret. lib. 6. ca. Accusatus, in prin. vbi dicitur sic: Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in heresim relapsorum poena puniri.

Et haec suspicio dicitur modica sive leuis, tum quia modica & leui defensione tollitur, tum quia ex modicis & leuibus oritur coniecturis, vnde dicitur modica a modicis indicijs, & dicitur leuis a leuibus coniecturis.

3 Vtpote, si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes, vel vita ac moribus a cōiūctatione fidelium deuīantes, ut patet extra de hereticis, li. 5. c. Excōicamus 1. in fine, & similia excentes, tales namque leuiter de heresi habentur suspecti, talia enim heretici frequenter facere comprobantur. De huiusmodi leui suspicionem de heresi

reli habetur C. de hæret. l. 2. in fine. vbi dicitur sic: Hæreticorū vocabulo continetur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel leui argumento a iudicio catholice religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. Et huic sententia concordat Hostien. in summa. tit. de præsumptionibus. §. finali. vbi dicit sic: Et notandū, quod quamuis hæretici leui argumento detegantur, scilicet, ad hoc quod suspecti habeantur, vt patet C. de hæret. l. 2. non tamen debent, &c.

4 Secunda suspicio est magna, quæ in iure vocatur vehemens siue fortis, ita habetur extra de hæret. lib. 6. in princ. Accusatus. vbi sic habetur: Accusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna, & vehemens suspicio orta erat, &c. Ibi enim hæc coniunctio, & non tenetur copulatiue, sed expositiue: Vt notat Io. And. ibidem. Vehemens autem idem est quod fortis, vt dicit Archidiaconus super alleg. cap. Accusatus, in verbo, vehemens dicit enim ita, Dicunt Papias, & Hugutio quod vehemens idem est quod fortis, siue grandis. Idem Greg. l. moralium super illo verbo Iob. 1. cap. Ventus vehemens intravit a regione deserti. Et glo. super illo verbo Actuum 2. Factus est repente de cælo tonus tanquam aduenientis spiritus vehemens, id est, Hæc est ventus fortis. Et in libro Catholicon appellato, qui est de dictionibus, & earum significationibus, dicitur ita, Vehemens dicitur fortis, vnde dicimus aliquem vehementem habere causam, eū habet fortem. hæc ibi. Ergo suspicio magna, dicitur vehemens siue fortis. Et hæc suspicio dicitur magna, vehemens, siue fortis, tum quia non nisi magnis, vehementibus & fortibus defensionibus repellitur: tum quia ex magnis, vehementibus ac fortibus oritur coniecturis, argumentis, & indicijs: *causa gl. 1. q. 1. §. non habet*

5 Vtpote, si aliqui comperiantur, qui eos, quos sciunt hæreticos fore, occultent: fauorē impedit, associant: visitent: munera offerant: recipiant: defensent, & similia exercentes; tales namque vehementer de hæresi sunt suspecti, vt patet per alleg. c. Accusatus. §. illę vera. & per notata ibidem per Archidiaconum, cum non sit dubium eos faceret alia in fauorem hæreticæ prauitatis.

6 Tertia suspicio, hoc est maxima, in iure vocatur violenta, vt patet extra de hæret. lib. 6. cap. Cum contumacia. & ca. Accusatus. & per notata per Archidiaconum, & Ioan. And. super cap. Accusatus. super verbo, vehemens. vbi sic dicunt: dicit vehemens, non tamen violenta. supra de præsumptionibus. cap. Litteras. De hac suspicione loquitur canon distin. 34. Quorundam. Et hæc præsumptio, seu suspicio dicitur violenta, tum quia violenta cogit, & ardet iudicem ad credendum, nec e tergiversatione tergiversatione ¶ refellitur qualicumque; tum quia ex violentis conuincitibus, atque coercentibus oritur coniecturis.

7 Vtpote, si aliqui reperiantur, qui hæreticos adorauerint: seu eis reuerentiam suo more exhibuerint; consolationem vel communionem ab eis receperint: vel similia, quæ ad ritum eorum pertinet, perpetrauerint: tales namque violenta

A suspicione de hæresi & hæreticorum credentia sunt conuicti, per c. Filij. & per c. Accusatus, extra de hære. li. 6. & per notata per Archidiaconum super c. Quicumque hæreticos. in verbo, credentes. extra de hæret. li. 6. cum non sit dubium eos talia facere in credentiam hæreticæ prauitatis.

8 Secundum hanc distinctionem dicendum, quod suspecti de hæresi sunt in triplici genere: nā quidam de hæresi sunt suspecti leuiter: quidam vehementer: quidam violenter. Leuiter sunt suspecti, qui talia leuia & modica peragunt, quod ex eis oritur leuis & modica suspicio contra eos de aliqua hæresi vel errore.

B Et vbi quis sic inuenitur de hæresi leuiter suspectus, nullatenus est hæreticus, nec habendus: sed debet sibi iudici canonica purgatio, vel iniungiturquam pro leui abiuratio: Quod purgatio possit sibi iudici, habetur extra de hære. lib. 5. Excommunicamus. in principio, vbi dicitur sic: Quis inuenti fuerint sola suspicione notabiles suspicione probabili, hoc est leui, & quæ leuiter apparet, dicit Hostien. nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriuntur: & vsque ad satisfactionem congruam ab omnibus euitentur: ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. hæc ibi. Et indicta sibi purgatione canonica, siue consentiat, siue non: siue desiciat, siue non: est per omnia iudicandum sicut de diffamato de hæresi, cui est purgatio canonica indicenda.

10 Quod autem abiuratio possit tali iudici tanquam leuiter suspecto de hæresi, patet per c. Accusatus. in prin. vbi dicitur sic: Accusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam hæresis crimen probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pena puniri. hæc ibi.

11 Quidam autem sunt suspecti vehementer: & sunt illi, qui talia vehementia & fortia peragunt, quod ex eis oritur vehemens & magna suspicio contra eos de aliqua hæresi vel errore. Et ubi quis sic inuenitur de hæresi vehementer suspectus, nullatenus est hæreticus, nec potest vt hæreticus condemnari. Nullus enim pro suspicione etiam vehementi est de tanto crimine condemnandus; vt expresse habetur extra de præsumpt. cap. Litteras, §. quo circa. vbi dicitur sic: Mandamus quatenus, cum propter solam suspensionem, quamuis vehementem, nolimus illum de tam graui crimine condemnari, &c.

12 Quid ergo fiet suspecto de hæresi vehementer debet sibi mandari, quod abiuret generaliter omnem hæresim, & specialiter eam, in quam commisit, tanquam vehementer suspectus, per cap. alleg. accusatus. in principio, vt est dictum, & per cap. Inter sollicitudines. extra de purg. cano. & per

Pro leui suspicione in iudicio purgatio.

Vehementer de hæresi suspecto inuenitur ut omnem hæresim generaliter abiuret.

& per cap. Litteras, extra de præsump.

13 Quod si postmodum relabatur, vel in pristina, vel in aliam: vel eos, quos seic hereticos associet: visitet; vel deducat, ac dona vel munera eis donet; vel mitat; seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, etiã sine adoratione, ad modum, scilicet, quo sancti viri ab omnibus reuerentur & honorantur; relapsorum pœnam non euadat per alleg. cap. Accusatus, vbi dicitur sic: Eũ vero qui in vna heresis specie vel secta commisit aut in vno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit: si extunc in aliam etiã hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat: volumus vt relapsum in hæresim iudicari. Ille quoque, de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constiterat, vel nũc constat: si post illam hereticos receperit; deducat, visitet; siue associet; aut dona vel munera eis donet; vel mitat; seu fauorem eis impendat, qui excusari nõ possit, etiã sine adoratione (vt verbis vestris vtamur) merito dẽe iudicari relapsus: cũ illum ex approbati a se prius erroris cõsequentiã non sit dubium id fecisse. hæc ibi.

14 Ex quibus verbis apparet, quod in tribus casibus in genere suspectus vehementer de hæresi, postquã abiurauerit, pœna plectitur relapsorum. Primus quando relabatur in eandem & pristinam hæresim, de qua suspectus habitus fuerat vehementer. Secundus quando hæresim generaliter vel simpliciter abiurauit, & relabatur in aliam hæresim; esto quod de ea antea nõquã suspectus habitus fuerit, nec delatus. Tertius quando hereticos receperit, & eos deducit; & fauorẽ impendit; Et hic casus complectitur multos casus, & habet multos similes, vt patet in alleg. §. eũ vero. in c. Accusatus, frequentius repetito.

15 Sed quid hãgetur, si aliquis suspectus de hæresi vehementer ad mandatum sui iudicis nõ cõfesserit continuo abiurare? nunquid tradetur seculari arbitrio Potestatis animaduersione debita puniendus, per c. Ad abolendam. §. præsentis vero? Respondetur quod nequaquam, quia illud c. & §. eius, expresse loquuntur non in suspectis, sed in deprehensis manifeste in hæresi, & conuictis, nam dicit sic: Præsentis nihilominus ordinatione faciemus, vt quicumque manifeste fuerit in hæresi deprehensus, & c. Et rigorosius contra deprehensos manifeste, quam contra suspectos tantummodo est agendum. Procedetur ergo contra talem præfatum per ca. Excommunicamus, & per §. qui vero sola suspitione, & c. superius insertum, & excommunicabitur: in qua excommunicatione si per annum steterit, est vt hereticus condemnandus, per c. alleg.

16 Quidam autẽ sunt suspecti violẽter, & sunt illi, qui talia violenta peragunt, quod ex illis oritur violenta suspicio contra eos de aliqua hæresi vel errore; & vbi sic quis inuenitur de hæresi violenter suspectus, pro conuicto de hæresi, ac ut hereticus est habendus; & sicut de deprehenso in hæresi est de eo per omnia iudicandum per c. Excommunicamus, §. qui vero, extra de heret.

A li. 6. & per c. Cum contumacia, & per c. Vt officium. Nam aut fatetur crimen, vel non; si sic, & voluerit redire, & hæresim abiurare, ad penitentiam est recipiendus, per c. Ad abolendam. & per c. Excommunicamus, 2. §. si. Quod si non cõfesserit abiurare, tradendus est curiã seculari animaduersione debita puniendus per ca. Ad abolendam. §. 1. allegatum. Si autem non fatetur crimẽ postquam est conuictus, nec cõfessit abiurare, est, vt hereticus impunitus condemnandus per c. alleg. Ad abolendam. violenta enim suspicio ad condemnandum sufficit, & probationem in contrariũ non admittit, vt habetur extra de præsump. c. Litteras, & cap. Afferte. +

COMMENT. LXXX.

Hæc questio cũ sequenti, in quibus de suspitionibus & suspicionibus in causa hæresis dixerit, tantam habet utilitatem, vt sine earũ cognitione nullus sit qui in sacro inquisitionis officio recte munus suum siue iudicando siue consulendo possit exercere; tametsi vero Eymericus more suo copiose & dilucide loquatur, multa tamen a nobis cognitu valde necessaria addentur, & obseuera quaedam explicabuntur: sed prius fortes vnde hæc cognitio petatur, vt solitum est fieri, dicemus.

Suspicionũ meminit in hac causa textus in accusatus. §. 1. & in c. cum contumacia. vbi glossa & Doctores de heret. lib. 6. & textus in cap. Ad abolendam. §. qui vero. & in c. excommunicamus. 1. §. qui autem. vbi optima glossa in verbo, condemnemus. & his locis plenissime Doctores, extra de heret. et in c. litteras. vbi Panormitanus & alij conuenerunt de præsumptio. copiose Alciatus tract. de præsumptio. Ioannes Milleus in fine præliõ criminialis, tract. de præsumptio. Auctor Repertorij verbo, præsumptio. & verbo, suspectus. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 23. nu. 61. & q. 24. nu. 46. & 57. Auctor innotatus tract. a. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi in rubricis, De hereticis credentibus, & c. nu. 12. Simancas de cath. instit. tit. 50. idem in Enchyridio tit. 40. & 41. Locutus in opere iudiciali. & Bernardus Comensis in Lucerna verbo, præsumptio. & verbo, suspicio. & alij alijs locis, sed hi rem tractant diligentius & susius.

Tametsi vero suspicio & præsumptio nonnunquam differant, tunc autem pro eodem vsurpantur.

Suspicio autem opinio est mali alicuius ex signis ex qua ad præsumptionem venitur, vt scripsit optime Bal. in auth. si quis. C. de adulte. non tamẽ vna sola suspicio inducit præsumptionem, sed plures suspiciones requiruntur, vt vere notauit Franciscus Brunus tract. de iudicijs & tortura. q. 8. par. 2. nu. 4. & facit quod notat glossa in lib. 2. §. atas. ff. de excusatio. tuto.

a Ad hanc respondemus, quod in iure triplex suspicio de hæresi reperitur, & c.] Etque hæc sententia vera est, & communis: quoniam remeraria præsumptiones, quibus temere et sine iudicio aliquid suspicamur, ab arte reijciuntur; probabiles vero præsumptiones, aut suspiciones in hac causa

Relat. supra fol. 103.

Relat. supra fol. 103.
Relat. supra fol. 103.
Relat. supra fol. 103.
Relat. supra fol. 103.

f. al. finis

causa ab alijs non omnino distinguuntur.

Est autem presumpcio (quæ tantum ad hunc locum spectat) rei dubie coniectura verisimilis, quæ ex natura rei, vel circumstantijs negotiorum, aut personarum proficiscitur; hanc ceteris diuisionibus omis- sis) Iurisconsulti bisariam diuidunt: nam vnam faciunt presumptionem iuris, quam vehemẽtem vocare possumus; alteram vero iuris & de iure, quæ violenta appellatur, de quibus mox dicemus: nam sine harum cognitione, hæc questio percipi nõ potest.

Prima est modica, quæ in iure vocatur suspicio leuis. De hac scribunt præcitati, & eleganter Petrus Godofredus in lib. 2. c. de heret. §. hereticorum autem. & Gerson in tracta. de protestatione, consideratione 12. optime de leui suspicione dis-

serens, dicebat, eam prouenire ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur coniectura, quæ concludi potest, non quidem frequenter, sed raro, seu casus, quod talia dicens vel faciens hereticus sit: quod deducitur leui consequentia, vt si quis ita argumentetur: Petrus deiecit frequenter, ergo non bene credit in Deũ, & ex hac suspicione non facile moueri debet Inquisitores ad aliquod quod presertim grauis sit momenti in hac causa, vt dixi supra in hac 2. par. super c. excommunicamus. §. qui autem. nam vt optime scripsit Simancas de catho. in sit. tit. 50. nu. 28. leuia signa mouere non debent animum cõstatis viri ad suspiciãdũ tã graue crimẽ, sed potius interpretãda sunt in partẽ benigniorem.

Secunda suspicio est magna, quæ in iure vocatur vehemens, &c. Hæc est presumpcio iuris tantum, quam Alciatus tract. de presump. in principio, parte 3. ita definiēbat. Presumpcio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur. Dicitur alio non adducto: quia contra hanc presumptionẽ probatio in contrarium admittitur: at si nihil in contrarium probetur pro plena probatione haberi solet. Hæc omnia docet subtiliter hoc loco Eymericus num. 4. & exempla huius presumptionis commemorat nu. 5. de hac presumptione est sermo in c. litteras. de presumpcio. relato ab Eymerico supra in hac 2. parte.

Et ob hanc presumptionem nemo debet velut cõuictus de heresi condemnari: quamuis vehementer suspectus de ea habeatur, & propterea sit acriter puniendus, vt paulo post dicemus. dixit itẽ Alciatus: ex certo signo proueniens: quoniam hæc vehemens suspicio seu presumpcio sumitur ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quod qui talia dicit vel facit, est hereticus; vt si quis diebus prohibitis absque necessitate, & superioris facultate, carnibus vesceretur; aut diceret propositiones fidei contrarias his quæ explicite scire debet: quamuis hæc interdum ab ingluvie & voracitate, & ab ignorantia absque villo mentis errore prodire possint.

Quare Ioannes Gerson tract. de protestatione, cõsideratione 12. hanc presumptionem ita describit: Vehemens suspicio prouenit ex signis exterioribus operum vel verborum, ex quibus cognitæ accipitur argumentum concludens frequenter &

A vt in pluribus, quod talia agens, vel dicens, est hereticus: vt si quis neget explicite, palam, & publice ea quæ debet ex officio scire plus quã alij. Quamuis possit in rei veritate negatio talis ex ignorantia prouenire, vel animi leuitate, non ex heretica prauitate. Hæc Gerson.

d Tertia suspicio, hoc est maxima in iure vocatur violenta, &c. Hæc violẽta presumpcio dicitur iuris, & de iure, quã ita possumus definire. Presumpcio iuris & de iure est quadam legis dispositio aliquid præsumentis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto & noto stantentis.

Nec cõtra hanc presumptionem regulariter & directe admittitur probatio in cõtrariũ, quia cum ab apertis & violentis indicijs proficiscatur, pro manifesta veritate habetur. c. is qui. de sponsa. c. quanto, de presumpcio. l. 1. §. 1. c. de rei vxo. actioe.

Hæc presumpcio seu suspicio violẽta, vt optime scribit Gerson tract. de protestatione, consideratione vltima, nascitur ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus concludi solet efficaciter & fere semper, quod talia dicens vel faciens est hereticus, vt si quis transit, vel redit ad ritus Indeorum. c. contra Christianos, de heret. li. 6. itẽ si quis in causa fidei excommunicatus per annum in excommunicatione animo pertinaci durauit; quia anno elapso vt hereticus condemnatur. c. cum contumacia. de heret. lib. 6. In his enim casibus a iure expressis violenta oritur suspicio contra ita delinquentes. Casus vero in iure nominatim prescripti, ex quibus oritur violenta presumpcio, refert Albertinus tracta. de agno. assertio. q. 3. nu. 7. & q. 30. nu. 2. quos dilucidius enumerauimus infra parte 3. tit. de signis quibus diuersi heretici cognosci possint.

Et huius quoq; presumptionis appositissima sũt exempla, quæ Eymericus hic commemorat, nu. 7. et omnia fere illa, quæ retulimus ex concilio Narbonensi c. 29. relato supra in hac 2. par. super q. 50. factis autem; nam illa facta, indicia indubitata sunt, quæ ad aliud trahi nequeunt, quam ad id quod indicant, quare vera sunt hereticalia; ideoque pro veris probationibus sunt habẽda. Iura vero, quæ hoc citat Eymericus, optime probant suum institutum, vt dixi infr. 3. pa. super q. 12. 1.

Nec tergiversatione refellitur qualicũque. In Sabellano ita: Nec defensione repellitur qualicũque; eadem est sententia.

Ob seruãdam est autẽ nõ dici hic, nullo modo posse hanc presumptionẽ violentã refelli aut purgari, sed non facile refelli; quia cũ oriatur ex signis apertis operum aut verborum, difficilime potest cõtrariũ probari, quamuis aliquando contrarium probetur. vt dixi p. 3. super quæst. 12. 1. quod est vidẽdũ. adde Gersonem tract. de protestatione, cõsideratione 12.

Et vbi quis sic inuenitur de heresi leuiter suspectus &c. sed debet sibi indici canonica purgatio, vel iniungi tanquam pro leui abiuratio. Quantum ad hunc locum atinet de iniungenda purgatione vel abiuratione pro suspicione leui, illud omnino putarem obseruãdũ, quod optime admonet Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 50. num. 28. et cõtillimum pro seq. scilicet, periculosum esse ob leues suspensiones tra-

Violenta suspicio.

Vnde oriatur suspicio uiolenta.

66.96

Ex leuis suspensionibus cõtra quos potest nullum pro cedi posse.

bera

here in iudicium hominem honestum & probum & eumque de fide interrogare. ergo personarum ratio habenda erit: nam ex leuibus suspicionibus, probabilibus tamen, aduersus uiles & improbos procedi poterit, ut intelligatur quid pectore gerant: contra probos uero & honestos non ita facile.

Atq; ita crederem intelligendam communem sententia Inno. in c. sicut. de simo. Joannis Andr. in c. ut officium. §. 1. Ancharani in c. accusatus. in princ. de heret. lib. 6. Felini in c. litteras. de presuptione. & aliorum afferentium ex leuibus suspicionibus. posse Inquisitores procedere in hoc crimine, de quo amplius disserui supra in hac 2. par. super c. excommunicamus. §. qui autem. & infra par. 3. super q. 59. g. Nullus enim pro suspitione etiam uehementi est de tanto crimine condemnandus. Et hoc est uerissimum. nemo enim de presumptionibus & indicij etiam indubitatis in criminalibus. definitino damnari debet. Gandinus tract. de malef. in rub. de presuptione. & indicij indubitatis. & disputat latissime Boerius decis. 164. incipien. Alia insuper. quod in hoc tribunali obseruari dicit. Campegius apud Zanchinum c. 11. vers. doctrinam hanc.

Ex uehementibus suspitionibus nemo coarctatus pena ordinaria. Sed hanc sententia ita intelligo, ut nemo debeat ex uehementibus presumptionibus puniri & damnari pena criminis ordinaria, sed alia maiori arbitrio iudicantis: quod optime admonuit Boerius in dicta decis. 164. nu. 6. quod in sacro tribunali frequentius quam in ceteris obseruatur.

Idem de corpore dicitur. de heret. lib. 6. c. 1. de heret. lib. 6. c. 1. de heret. lib. 6. c. 1. de heret. lib. 6. c. 1.

h Sed quid agatur, si aliquis, &c. non confesserit continuo abiurare. Est hec Emerici doctrina omnibus numeris absoluta, & diligenter consideranda atque obseruanda. iam uerbum illud, continuo, quomodo sit accipiendum, explicat auctor 3. par. q. 98. & dixi supra in hac 2. par. super ca. Ad abolendam. §. nisi continuo.

Ob uolentiam iussit, & probationem in contrarium non admittit. Et ratio est, quam paulo antea docebamus, quoniam est presuptione iuris & de iure, ex qua deuenitur etiam ad criminalem punitionem, & pena criminis ordinariam imponendam, in quam sententia optime Emericus allegat c. excommunicamus. §. qui autem. de heret. ubi glossa in uerbo, condemnatur. & ibi Panormitanus n. 6. tradit luculenter Matheskanus singul. 128. incipien. nota quod presuptione. & Antonius Gomez tom. 3. variar. resolut. c. 12. nu. 26. vers. aduertendum tamen. & Paulus Grillandus tract. de heret. q. 10. nu. 1.

Contra presumptionem uolentiam in directa probatio admittitur. Quamuis autem Emericus hic dicat, uolentiam hanc presumptionem non admittit probationem in contrarium, hoc intelligendum est regulariter, in hac tamen heresis causa indirecta probatio admittitur, iuxta ea que diximus paulo antea. §. tertia suspicio, & uide Alciatum tra. de presump. in principio. p. 2. tit. de presumptione iuris & de iure. n. 14. et seq.

QUESTIO LVI.

De casibus uehementis suspitionis haresis in iure expressis.

SUMMARIUM.

1. Uehementer suspectus de heresi habendus est

- A qui uocatus ad respondendum de fide, non eo paret in tempore assignato.
- 2 Et quicumque scienter impedit sancta Inquisitionis officium.
- 3 Item prestantes scienter consilium, auxilium, uel fauorem dictis impeditoribus.
- 4 Qui instruit hereticos citatos, ut ueritate subiceant, & dicunt falsitatem.
- 5 Excommunicatus ex causa fidei quocumque modo.
- 6 Fautor, Defensor, Receptor scienter hereticorum.
- 7 Infamatus de heresi ob familiaritatem cum his, quos hereticos esse cognouit.
- B 8 Scienter deducens, uisitans, receptans hereticos.
- 9 Conuictus de periurio uel mendacio iudicialiter in causa fidei.
- 10 Et qui dixit uel fecit sapius aliquid contra fidem.

Quinquagesima sexta questio est: Causa in iure expressis, qui sunt in quibus incidetes suspecti de heresi uehementer habendi sunt? Ad hanc respondemus, quod sunt decem.

- 1 Primus casus est: quod quodcumque aliquis uocatur ut de fide respondeat, & parere subterfugit, aut contumaciter se absentat, infra competentem & assignatum terminum non comparens, habendus est de heresi suspectus uehementer. Hic casus patet per cap. Cum contumacia, extra de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Cum contumacia in causa presertim fidei suspicioni presumptionem adiciat uehementem, & cetera. *See lib. 6. c. 1.*
- 2 Secundus casus est: quod quicumque impedit inquisitionis officium directe uel indirecte, aut etiam quouis modo, & hoc scienter; uehementer suspectus de heresi est habendus: Patet sic: Impediens inquisitionis officium iuxta casum expressum, tanquam iuris contumax excommunicationis est uinculo innodatus; quam si per annum sustinuerit animo pertinaci, ex tunc uolentia suspitione conuictus, est ut hereticus eodem mandus. Patet per cap. Ut inquisitionis negotium, extra de heret. lib. 6. §. vlt. Uolentia autem suspicio non insurgit nisi ex suspitione presuposita uehementi; Igitur omnes tales antequam annus transierint, postquam officium inquisitionis impederint, suspecti sunt habendi de heresi uehementer. Rursu in priuilegio domini Papae Urbani Inquisitoribus Aragonie directo, quod incipit: Praecunctis nostrae mentis, &c. dicitur ita: Ceterum si forte, quod non credimus, aliqui cuiuscumque conditionis huic negotio uobis commisso se opponere, seu illud presumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem, immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiose; contra eos tanquam contra hereticorum fautores & defensores, secundum sanctiones canonicas, freti Apostolica auctoritate, intrepide procedatis.
- 2 Tertius casus est: quod prestates scienter auxilium, consilium, uel fauorem impediens inquisitionis

quationis negotium antefatum, suspecti de haeresi sunt habendi vehementer. Iste casus patet: Ipsi praesentibus praesentibus auxiliu, con silium, vel fauorem, tanquam iuris & principalis iudicis mandati in causa fidei contumaces sicut & impediens sapientia, excommunicationis laqueum non euadunt. patet per c. Vt inquisitionis negotium in §. fin.

4 Quartus casus est: quod quicumque instruxerit per inquisitores citatos hereticos, vel eorum credentes, quod subtrahant veritatem, vel ut asserant falsitatem, suspecti de haeresi vehementer sunt habendi. Hic casus sic apparet: Fauere hereticis, in errore, seu aliquid facere in fauore heretice prauitatis, suspicionem de haeresi adiecit vehementer, ut patet ex praefato casu statim dicto: Tales autem sunt praesentibus instruente citatos de eadem veritate, vel dicenda falsitate. Ergo suspecti sunt de haeresi vehementer. hoc patet ex ca. Accusatus, in §. finali.

5 Quintus casus est: quod omnis excommunicatus ex causa fidei, ut pote, quia impedit inquisitionis negotium: vel citatus, contumaciter se abscinat, vel instruit citatos de eadem veritate, vel dicenda falsitate: vel liberando captos pro heretica prauitate: vel se fidei negotio opponendo: vel hereticis fauendo: defensando: receptando: vel purgare se nolendo, vel alio quouis modo, quam excommunicationem si sustinuerit per annum annuo perueniat, si ipso iure ut hereticus condemnatus: quod quilibet talis de haeresi suspectus est vehementer. Hic casus apparet ex praedictis, & apparet specialiter ex duobus.

Primo, quia excommunicatio in causa fidei non incurritur, nisi propter contumaciam in eadem causa, contumacia autem in causa fidei differenter suspicioni praesumptionem adiecit vehementer, igitur tales de haeresi vehementer habendi sunt suspecti.

Secundo, quia violenta suspicio confurgit ex vehementis, & ea praesupponit sicut superlatiuu comparatiuum, ut dicit Ioan. And. super c. Cum contumacia allegato frequentius. Si enim excommunicatio in causa non fidei, si per annum steterit, possunt citari per Inquisitorem tanquam de fide leuiter suspecti, de fide responduri, ut scilicet ambulent in tenebris, vel in luce, quia videtur de sacramentis Ecclesie male sapere, ut dicit Hostien. in summa tit. de heret. §. qualiter deprehendatur: nonne longe plus excommunicati in causa fidei, & contumaces, etiam antequam annus transeat, suspecti sunt vehementer praesertim, si annus transierit, non leuiter suspecti, nec vehementer, sed violenter sunt suspecti ipso iure, & ut heretici condemnandi?

6 Sextus casus est: quod omnes hereticorum fautores, & defensores & receptatores vehementer de haeresi sunt suspecti, ut patet supra casu statim posito. Hic casus sic apparet: Omnes excommunicati in causa fidei & contumacia, vehementer sunt de haeresi suspecti, ut patet ex casu statim posito. Praedicti autem fautores hereticorum, receptatores & defensores ex causa praedicta sunt

A excommunicati: patet ex c. Excommunicamus r. §. credentes. ubi sic dicitur, extra de heret. li. 5. Credentes praeterea, receptatores, defensores, & fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiicere.

7 Septimus casus est, quod quicumque propter agnitionem hereticorum familiaritatem, est de haeresi infamatus, ratione dicta familiaritatis, vehementer de haeresi est suspectus. Hic casus patet ex ca. Inter sollicitudines, extra de purg. cano. Vbi apparet, quod ratione infamiae de haeresi, fuit cui dam decano in dicta purgatio canonica: & ratione hereticorum familiaritatis abiuratio publica & ratione scdali fuit priuatus beneficio, quod uel se ad alium sopiretur.

8 Octauus casus est: quod quicumque eos, quos scit hereticos, scienter recepat, deducit, uisitat, siue associat, ac dona seu munera eis dat, seu mittit: seu alias fauorem eis impendit, qui excusari non possit, quin sit in fauorem magis culpe, quam personae, suspecti tales vehementer de haeresi sunt habendi, cum ex approbato a se errore non sit dubium id fecisse. Hic casus patet ex cap. Accusatus, extra de heret. lib. 6. §. illis quoque, ubi manifeste apparet, quod qui antea abiurauit, si etiam abiurauerit ex sola suspicionem vehementi suspectus & non deprehensus, si praedicta hereticis impendat, relapsus est iudicandus: Nonne ergo ubi non abiurauerit, lapsus vehementer est presumendus: si praedictus post abiurationem est praesumendus relapsus, ante abiurationem non erit vehementer presumendus lapsus: Re vera fortius.

9 Nonus casus est, quod quicumque in causa fidei iudicialiter est conuictus se negare dixisse, quod ante affirmauit, vel quod asseruit mendacium, vel commisit periurium, ex utroquo praedictorum in causa fidei suspectus sit de haeresi vehementer. Hic casus apparet plene in ca. Litteras, extra de praesump. ubi recitatur, quod quidam Guillelmus nomine, confessus fuerat, quod tam ipse, quam frater suus haeresi uino iam uiderant: postea negauit, quod non dixerat de fratre suo sed de seipso, & quia frater suus post in dicta purgatio canonica, ipse Guillelmus ipsam purgauit, et ideo addit dominus Papa, quod quia iste Guillelmus quod ante dixerat, scilicet fratrem suum hereticum fuisse, negat se dixisse, cum postmodum ipsum fratrem de haeresi compurgauit, & ex consequentia dixisse mendacium, asserendo fratrem suum fuisse hereticum, vel commississe in Deum periurium eum purgando, & iurando, se credere fratrem suum non fuisse hereticum: habuit dictum G. suspectum de haeresi vehementer.

10 Decimus casus habetur non directe in iure communi, sed priuato. Nam in consultationibus domini Archiepiscopi Tarraconen. & suffraganeorum, eius in concilio generalis, & in quibus interfuit frater Raymudus de Pegnaforte, ad inquisitores Aragoniae heretice prauitatis, talis fuit casus approbatus: quod quidam, vel facit aliquid contra fidem, & hoc semel, suspectus sit leuiter de haeresi: qui autem bis vel ter, suspectus sit de haeresi vehementer, qui autem pluries, & frequenter suspe-

Refertur supra fol. 210.

uidet fol. 220. u. suspectus fol. 257. l. 6.

suspectus sit de heresi vehementissime. Isti decem casus patent ex iuribus allegatis.

COMMENT. LXXXI.

Tamest valde laboriosum sit in qualibet arte casus singulares & indiuiduos prescribere, cum in diuidua ab arte repellantur, ut admonet philosophi, nihilominus hic Emericus, ut absolutam tradat Inquisitoribus eorum, quae ad suum munus pertinent, cognitionem, etiam particulares casus commemorat, non tamen omnes, qui contingere possunt; id enim impossibile esset, sed eos tantum, qui varijs iuris locis continentur, eosdem retulit breuiter. *Campegij apud Zanchinum c. 20. vers. suspecti. & Locutus in opere iudiciali verbo, suspicio. nu. 10. ver. casus autem, quo loco alios plures addit omnino Inquisitoribus & consultoribus cognoscendos.*

a Secundus casus est, quod quicumque impedit inquisitionis officium.] Emericus bifariam probat eos qui scienter directe vel indirecte impediunt inquisitionis officium suspectos vehementer habendos: Primo ratione, inde auctoritate. Ratio talis est: Qui impedit officium inquisitionis, excommunicatus est, & elapso anno sit suspectus violenter, ergo prius vehementer suspectus habendus erit: nam suspicio violenta non consurgit ex leui, quamuis ab ea quandoque incipiat, sed ex vehementi. Auctoritate vero ita probat: *Urbanus ait, posse animaduerti in impeditores, velut in fautores & defensores haereticorum: fautores autem & defensores vehementer suspecti sunt, ergo & impeditores.*

Impeditores
S. Inquisicio-
nis uel vehe-
menter sus-
pecti ali-
quo salu-
do fallit.

Et quamquam hac sententia de ratione iuris stricta verissima sit, nihilominus tamen saltem in illis qui indirecte impediunt, temperanda videtur, considerata personarum, & factorum qualitate: nam si quis ratione affectionis potius quam odij quod habeat contra fidem, aut sacrum officium, consanguineis aut amicis suis fauendo, Inquisitores aut eorum officiales impediuerit, quamuis acriter sit puniendus, forte tamen non est credendus vehementer suspectus: & hoc praesertim haberet locum in illis, qui non adeo callent fidei causas, quales sunt rustici, & plebei. Quam ab rem antequam abiuratio de vehementi talibus imponatur, propter periculum relabendi, & traditionis curie seculari, diligenter est personarum qualitas perpendenda.

Atque haec eadem obseruanda penitus existimo in illis, qui praestant auxilium, consilium, vel fauorem impeditoribus sacri officij, quos in tertio casu, vehementer etiam suspectos asserit Emericus.

In quarto casu nulla occurrit difficultas: nam & verissima est Emerici doctrina, & colligitur ex loco quem citat, quo spectat etiam illud *Ambrosii lib. 1. de officijs c. 36. relatum in cap. non in inferenda. 23. q. 2. Qui non repellit, inquit, a locio iniuriam si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit.*

b Seu alias fauorem eis impedit, qui excusari non possit, quin sit in fauore magis culpae quam personae.] *Ex his verbis dirimitur questio illa anceps & dubia: An qui receptant, & defendunt consanguineos, seu aliter praestant eis consilium, auxilium, & fauorem, in causa heresis mitius puniri debeant, iuxta dispositio. l. 2. ff. de receptato. per qua*

receptantes
& defendentes
consanguineos,
an mitius ple-
nendi in hoc
crimine.

in minoribus quibusdam delictis non esse admodum seueri in hos homines animaduertendum scribit Paulus Iurisconsultus in hac verba: Eos apud quos affinis vel cognatus latro conseruatus est, neque absolute, neque seueri admodum puniendos: non enim par est eorum delictum, & eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt. haec ibi. Quam legem in receptantibus consanguineos hereticos, aut alios coplices in hoc crimine propter eius immunitatem noluerit habere locum Repertorium Inquisitorium verbo, receptatores. §. sed tamen si receptatus. & Paulus Grilandus tract. de haeret. q. 9. nu. 2.

Sed Zanchinus tract. de haeret. c. 4. nu. 3. & c. 6. nu. 3. & ibi Campegius, & Carverius tract. de haeret. nu. 167. & Locutus in opere iudiciali verbo, receptatores, nu. 7. & Simacas de cath. in sit. tit. 15. nu. 20. & 21. & Hieronym. Gigas tract. de crimine laesa maiestatis lib. 3. tit. De pluribus & varijs questionibus, q. 5. nu. 3. & Andreas Tirag. tra. de penis temperan. aut remittendis, causa 4. 20. & 21. & alij locum habere praeditam legem etiam in receptantibus consanguineos criminis laesa maiestatis reos assererunt: quam sententiam non obscure tenet hic Emericus: quia ratione sanguinis & naturalis affectionis, non fidei contemptu, aut haereseos amore id fecisse videntur, quamuis enim haeretici sint, at iure naturae coniuncti sunt, nec possunt facile iura naturae exuere, & propterea plurimum ei tribuendum est, & putandum est hos consanguineos suos receptasse, non tanquam haereticos sed tamquam consanguineos atque: haec sententia mitius est & communior, ideoque obseruanda mihi videtur.

Ceterum multa in hac causa considerare oportet. Primum est, quod qui receptat consanguineos, quamuis mitius puniri debeant, non tamen excusantur a tota poena, ut tradit multi ex praecipitis indicant; apertissime praefata legis verba, quia non sunt penitus immunes a delicto.

Rursus, consanguineorum seu coniuictorum ratio habenda erit: nam si filius receptans patrem haereticum, uxor virum, frater fratrem, leuius puniendi sunt, quam si remotiores, siue alios non usque adeo coniunctos receptassent, aut defendissent.

Postremo, ut haec sententia locum habeat, necessesse est ut qui receptat, non participet in crimine cum receptatis: nam si participet eiusdem criminis fuerit, ordinaria poena puniendus erit, ut late & vere probat *Gradius tra. de malef. tit. de furibus & latron. nu. 13.*

Numquid autem eadem sententia etiam locum habet in receptantibus extraneos, amicissimos tamen, item amantes, dubium videtur: Tiragellus tamen tract. de penis temperan. aut remittendis, causa 4. 22. non inepte contendit locum habere, quoniam amicitia, ut ait *Valer. Max. lib. 14. c. 7. vinculum potius est, & praualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius, & amicitia ipsa veluti quaedam fraternitas est. l. verum. ff. pro socio. notat Socinus consi. 263. & Iason in l. qua doris. ff. sol. mat.*

Tam amore capti receptantes, mitius quoque videntur puniendi, cum amor immodicus furori aequiparetur, ac interdum etiam furor appelletur. cap. cum in iuuentute. de prescriptio. Cicero libro quarto, Tu

seculari. quod est. Bald. in l. precibus. C. de impub. et A
alijs subdit: quem sequitur Franciscus Curtius se-
rior cons. 67. Sed si quis velit hanc sententiam se-
quii (quod non reprehenderim) amicitia, & amotis
qualitatem contemplari debet; neque enim quicquid
amicitia, sed maxima; nec quivis amor, sed ingens
hoc lenioris pan. a beneficium prastabit.

Vbi manifeste apparet, qd qui antea abiura-
vit, &c. Hic locus est obscurus: ceterum si pau-
lo diligētius series inspicatur, hinc videtur esse Ey-
merici propositum: Quicumque scienter recepat her-
eticos, & cet. suspectus est vehementer; quod ita
probat: Qui prius abiuravit de vehementi aliquam
heresim, si postea hereticos recepat, vel lapsus iudi-
catur, cap. accusatus, §. alioque. de heret. lib. 6. ergo
qui ista facit, ante abiurationem proculdubio ven-
densus est vehementer lapsus, seu suspectus, cū vi-
lenta præsumptio (vt alibi scripsit auctor) nō oria-
tur nisi ex vehementi suspitione.

Jan Eymericus hic apertissime sentit, cum qui
ob vehementem suspitionem abiuravit heresim, si
postea cum hereticis communicet, eo ipso relapsus
esse censendum: quod etiam asseruit paulo antea, q.
55. nu. 14. vers. tertius, quando hereticos recepat.
atque hanc sententiam secundum superficiem asse-
rere videtur Alexander III. in cap. accusatus, §.
ille quoque. de heret. lib. 6. quo etiam videtur hoc lo-
co Eymericus ad hoc adstruendum.

Ceterum hac sententia tuta nō est, nec vllō mo-
do observanda in praxi, cū sit valde periculosa: quo-
niam vt aliquis damnetur, & curia seculari tradi-
tur velut relapsus, necesse est vt saltem semel de ha-
resi relapsi plene constet in iudicio, quod apertissime
etiam colligitur ex dicto cap. accusatus, §. ille
quoque. vbi sunt illa verba: Constat, vel nūc
constatque nullo modo suspitioni etiam vehementi
possint accommodari. Cum itaque qui prius abiura-
vit vehementi, de nulla heresi fuerit plene conui-
ctus, nec postea communicatur de heresi, ob id quia
recepter, aut deducat hereticos, hęc enim facta su-
spicionem heresis, non expressam heresim præ se fe-
runt, relinquuntur omnino, vt hic nullo modo debeat
conferri relapsus: atque hanc sententiam sequitur Al-
fonfus Castrius, lib. 2. de iusta heret. punitio. cap. 2.
& apertissime Gemmanus in dicto ca. accusatus.
§. ille quoque. vers. quero an sufficiat. quos laudat
Simancas de cath. instit. tit. 57. nu. 5. quibus libetis-
sime subterib. quare canendus est hic EymERICI locus
d. Decimus casus habetur, &c. Præter hos de-
cem casus vehementis suspitionis, quos ex commu-
ni iure recensuit Eymericus, sunt & alij propē infi-
miti, qui nulla arte præscribi possunt: quoniam fa-
ctis, & dictis ex quibus vehementis suspicio oriri po-
test, nullis adhuc sunt limitibus circumscripta. mul-
tos tamen casus singulares vehementis suspitionis
præter hos decē enumeravit Umberto. Locutus in
opere iudiciali verbosus suspicio. nu. 19. & sequen. &
Zanchinus tracta. de heret. c. 35. quos libenter omit-
to, cum obuij pessimi extent horum auctori scripta.

Illis ex Ioane Roias singu. 5. nu. 6. & 7. & nu-
17. & 18. addi potest sequens: Qui non reuelat
hereticos proprijs iudicibus, saltem vehementer
redditur de heresi suspectus, dixit, saltem, quoniam

Alfonfus Castrius, li. 2. c. 25. in prin. de iusta here-
punitio non reuelant in hereticos, visiter dicit es-
se suspectum: quod est nimis crudeliter, nec vllō pro-
sus iure nititur, neque sententiam habet. Alfonso, ne-
que Ioannis Roias arbitror secunde amplectendū in-
diti in hęc, cum multis modis qui non reuelat hereti-
cos excusari possit, vt dixi supra super q. 53. §. ac nō
videtur. Tunc autem sententia Ioannis de Roias lo-
cum habere posset, cum nulla adesset probabilis cau-
sa cur nō reuelaret, vel in iudicio interrogatus eos
scienter celauerit, iuxta doctrinam Zanchini tract.
de heret. c. 7. nu. 4.

De eo qui retinet libros prohibitos, que nonnulli
vehementer suspectum esse dicunt, quid sentiam, di-
xi in principio huius partis super c. fraternitatis. §.
sed alter casus. §. 23.

De eo qui viuente prima vxore legitima aliam
vxorem accepit, an iurisdictioni Inquisitorum sub-
iiciatur, velle querit Repertorium Inquisitorū ver-
bo, contrahens, & latissime Albertinus tractat. de
agnos. asser. q. 23. & Simancas de cath. instit. tit.
40. Equidem qui scienter cum pluribus simul ma-
trimonium contrahit, recte ab Inquisitoribus Apo-
stolicis indicatur, quia male sentire videtur de sa-
cramento matrimonij, & propterea vt vehementer
suspecti solent tales regulariter abiurare, sed multa
quandoque solent suspitionem leuē efficere, interdū
etiam omnem suspitionem excludere quod est iudi-
canti diligenter obseruandum.

Ille quoque grauiter peccat, nec leuem contrahit
malā credētia suspitionē, qui in sacramento confes-
sionis vel ad venerem, vel ad quaque flagitia seu
peccata prouocat confitentem, & propterea iure etiam
optimo, iudicio Inquisitorum subiectus est. Sed in
hoc multa sunt capita, & circumstantie consideran-
da, quæ gratia breuitatis omitto.

In extrauaganti Ioannis xxij. incipien. Ad no-
strum. tit. de regula. iur. communes. vehementer
de heresi suspecti arguuntur religiosi, qui in parti-
bus vltimarum absque superiorum licētia commo-
rantes, detrahunt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consi-
tutionibus, & alia multa a fide denia in suis sermo-
nibus, & secretis colloquutionibus enomere insanis
ausibus non verentur.

Jan vt vno verbo cōplectar easque vehementer
reddunt aliquem de heresi suspectum, dico vnuer-
sa illa indicia vehementer hæresis arguere suspicio-
nem, quæ frequenter, & facile solent heresim secum
ferre: vt si quis sciens matrimonium contrahat cū
hereticis: amicitiam cum eis inear: ad eos cōfugiat:
litteras aut nuntios ad eos mittat; aut alio quouis
modo, qui probabili ratione excusari non possit, hæ-
ticos recipiat, defendat, excuset, laudet, & similia;
hęc enim indicia frequenter heresim inducunt, ac
facile indicant aliquem mentis errorem, & propte-
rea suspicionem includunt vehementem.

Postremo vnū hoc præ ceteris habeant Inqui-
sitores ante oculos, ne facile credāt hūc vel illū es-
se vehementer suspectū, quia in hoc vel illo auctore
reperiāt ex tali, vel tali causa oriri vehementē su-
spicionem; nam plurimum semper sunt, & persona-
rum, & causarum circumstantiæ considerandæ, ex
quibus interdum vehemens suspicio, interdū lenis,
inter-

Binas cupias
contrahens si
suspectus est de
heresi.

Suspectus est
qui ad peccā
dū sollicitat
confitentē in
sacramentō cō-
fessionis.

Que indicia
fac ant vehe-
mentem hæ-
resis suspicio-
nem.

interdum vero nulla oritur, ut in eo qui retinet li-
bros prohibitos ostendi supra hac. 2. par. super cap.
fraseruitatis. §. est supradictis. & seq. & in ceteris
causis idem ex considerandum. ne quid unquam du-
rius quam postulat equum, statuat.

QVÆSTIO LVII.

De diffamatis de hæresi.

S Y M M A R I V M.

1. Diffamati de hæresi qui dicantur.
2. Diffamatis canonica purgatio est indicenda etiam si per testes infames sint delati.
3. Et apud malos ac viles sint infamati.
4. Sive ab æmulis ortum habuerit infamia.



Vinquagesima septima quæstio est:
Diffamati de hæresi, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur de hæresi diffamati, de quibus est publica vox, & fama, & communiter apud omnes simplices, quod talem hæresim prædicauerint seu defæauerint, vel alias illi adhærent.

2. Et talibus est purgatio canonica indicenda, iuxta cap. Inter sollicitudines. extra de purg. cano. Nec refert an fuerint infamati per graues, & bonos testes, an per infames, & viles: utpote per perituros, & hæreticos, ut in c. Accusatus. §. licet. extra de hæret. li. 6. per excommunicatos, & in crimine participes, ut in c. Contra Christianos. eod. tit. & lib. qui omnes in hoc crimine ad testificandum admittuntur.

3. Refert ne an sit infamatus de hoc crimine apud bonos, & graues, vel apud viles, & vitios irretitos? certe non, quantum ad indicendam purgationem: sicut nec ibi, quantum ad condemnationem. Nunquid est maior labes hæresis infamia, quam hæresis ipsa? certe non, quantum ad indicendam purgationem; Grauius est forte conuictum de ipso crimine, quam de criminis infamia volitante. Si ergo creditur criminosis in illo, nunquid plus in isto? certe sic. Et in probationem huius c. Inter sollicitudines, & c. Excommunicamus. præalleg. & allega. c. Ut officium, & c. Inquisitores, & omnia alia eo. ti. li. 6. loquuntur de infamatis de hæresi indistincte, nullam faciētia penitus mentionem, an apud bonos, & graues, vel apud malos, & viles fuerint infamati.

4. Nec refert etiam an infamia habuerit ortum ab æmulis, vel amicis, nec in hoc crimine, nec in alijs, postquam habuerit initium a qualitatibus facti, & conditionibus, ut est textus rotundus extra de purg. cano. c. Accedens. Sufficit enim quod sint publice infamati ad hoc quod eis purgatio canonica indicatur, in quam si non cōsenserint, sunt anathematis gladio feriendi: & si per annum in excommunicatione persistierint, sunt velut hæretici condemnandi, ut habetur clare eo. li. 5. c. Excommunicamus. 1. §. qui autem.

COMMEN. LXXXII.

Materiam huius quæstionis tractat Locutus in opere iudiciali verbo, diffamatus, et Reporterium Inquisitorum verbo, diffamatus. & Zavelinus tract. de hæret. c. 11. nu. 3. & ibi Campegius, de alij competentibus locis. Est autem frequens etiam in hoc tribunali diffamationis usus, cum ex diffamatione Inquisitores inquirere possunt in diffamator de hæresi, & propterea quid sit in hoc articulo obseruandum, explicat hic luculenter Emericus.

a. Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur de hæresi diffamati, de quibus est publica vox, et fama, &c. Concilium Tolosanum, ca. 16. §. illos etiam in hac verba describat diffamatos de hæresi. Illos autem debent pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamatur, vel de quorum diffamatione apud bonos, & graues coram Episcopo loci legitime constiterit, hæc ibi. & quomodo quæ dicatur diffamatus, tradit etiam Bar. in l. turpia. §. 1. nu. 3. ff. de leg. 1.

b. Et talibus est purgatio canonica indicenda, &c. Qualis autem ritus debeat in hac purgatione indicenda obseruari, tradit copiose Emericus in secundo modo processum fidei terminandi: ubi dixi copiose.

c. Purgatio vero diffamatis tantum iniungitur, si præter infamiam alia suspiciōnis hæresis adessent indicia, abiuratio quoque esset imponenda, ut docuit Emericus, 3. par. in 7. modo processum fidei terminandi, de quo quid sit sentiendum dicam ibi. & de purgatione canonica egi etiam supra in hac 2. parte super c. inter sollicitudines.

c. Nec refert an fuerint infamati per graues, & bonos testes, an per infames & viles. Sed videtur aduersari Concilium Tolosanum paulo antea relatum, quod postulare videtur testes graues, & bonos ad probandum diffamationem alicuius seu per hæresim, cum Emericus hic dicat parum referre an testes apud quos est infamia de aliquo sint inuicem necne. Hæc controversia ita mihi breuiter videtur dirimenda, ut diffamatio, aut infamia de hæresi perfecte probetur, duo testes boni, & graues sufficiant, ut disserui inf. par. 3. nu. 78. & ita videtur intelligendum Concilium Tolosanum paulo antea relatum, & ubi sic fuerit probata diffamatio contra aliquem, pena ordinaria erit diffamatis de hæresi iniungenda, id est, illa quæ talibus iure solet iniungi, qualis est canonica purgatio, quod si testes fuerint viles, & infames, licet conueniendi non sint, ad hoc ut ex dictis eorum ad inquirendum procedatur.

duo tamen ex illis non videtur sufficiens ad hoc ut diffamato pena ordinaria imponatur, sed mirum erit tractandus, nec ad purgationem subuendenda erit exigendus, nisi plenior probatio accedat, & alia indicia, & adminicula simul cum diffamatione cooperantur; quoniam duo testes solus minus idonei in causis, in quibus ad testificandum admittuntur, nunquam sufficiunt ad hoc, ut ex dictis eorum reo pena ordinaria imponatur, ut late docui inf. par. 3. super q. 64. ubi ita cum communi Doctorum sententia interpretor in hac loco ab Emerico allata. Nam quomodo

nus Inquisitor nullam heresim infamiam a quibus-
cunque ad se delatam contemere debeat; non tamē
putare debet eā aequē probari per testes minus ido-
neos; atq; per graves, & omni exceptione maiores.

Hac ergo ratione intelligenda & temperanda
mihi videtur Auctoris sententia hoc loco, ne quid
durius contra aliquos statuatur.

Nec refert etiam an infamia habuerit ortū
ab amulis, &c. At contrarium videtur conclu-
dere communiter Doctores. Gandinus tract. de ma-
lesic. tit. quomodo cognosc. de malef. per inquisiti-
onem. Practica Papiensis in forma inquisitionis,
verbo non quidem a malevolis, quod probat aperte
textus in c. qualiter & quando 2. de accusatio. ibi:
Non quidem a malevolis. & in cap. licet Heli. de
simonia.

Et Emericus quidem hic aperte concedere vi-
detur diffamato de heresi canonicam purgationē
esse indicendam, etiam si infamia originem habuerit
ab amulis & inimicis: quā sententia simpliciter
accepta, iuxta ea quae paulo antea dicebamus, tenē-
da non videtur: sed cum ab inimicis & emulis or-
ta est infamia, ea plane sufficit ad dandum initium
inquisitioni, non tamen ad canonicam purgationem
inungendam: quia, ut dixi, sicut pena ordinaria im-
ponenda non est ob dicta duorum testium minus ido-
neorum, eodem modo non videtur inungenda, quo-
ties ab amulis & inimicis initium duxit, quod si
plures testes minus idonei affuerint, aut a multis
emulis profluxisse infamia videatur, si verisimilia
dicant, tunc purgatio canonica imponi poterit, &
parva quaelibet alia ordinaria; atq; hac videtur esse
non obscura Emerici sententia hoc loco, ob illa ver-
ba: Postquam habuerit initium a qualitatib. fa-
cti, & conditionibus, sed haec omnia plenius probā-
tur a nobis in 3. parte super tit. de modo continuan-
di processum per inquisitionem, & super q. 64.

Atque haec sunt in hac causa diligentissime con-
sideranda, ne quid durius, quam postulat aequum in
reos vilo tempore statuatur, eandem cum Emerico
praeiatis locis senserunt Locatus, & Capegius,
quae vel ita sunt intelligenda, vel respondenda:

Quomodo autem probetur infamia, per quos, &
quales effectus producat, dixi infra par. 3. vers. &
suma probata, nu. 80.

Ad haec, ne quid desideretur, quod huic loco lucē
afferre possit, observandum est, diffamationem de
heresi quandoq; oriri adversus aliquos, ex eo quod
in locis diffamatis de heresi aut suspectis versati
fuerint, ex quibus inde ad nos accedunt: in quibus
quid sit observandum his maxime temporibus ele-
ganter docuit synodus Salisburgensis superioribus
annis celebrata, constitutione 6. c. 2. in haec verba:
Eos quoque observare debent Parochi, qui ex
haereticorum locis, siue de heresi suspectis veni-
unt, singulorumque dicta, & facta animadver-
tant, ac de eorum vita, consuetudine, & ratione
cognoscant, si qua de ijs suspicio fuerit, ordina-
rium admoneant. haec tenus ibi.

Postremo illud est hic addendum, quod valde salu-
briter canit olim Concilium Tholosanum ca. 16. §.
sed nec eos, ne videlicet Praelati, Barones, aut quicū-
que alij Domini terrarum, diffamatos de heresi, vel

A suspectos in familia, aut consilio suo habeant in haec
verba: Sed nec eos, scilicet haereticos, aut haereti-
corum credentes, aut etiam aliquos diffamatos de
heresi, vel quos credūt de hoc esse suspectos, in
sua familia, vel suo consilio habere vel retinere
praesumant. haec ibi. Quod non modo intelligendū
puto postquam damnati sunt, & in iudicio legitime
constitit de infamia & suspitione, verum ante sen-
tentiam: nulli enim quacunque heresis suspitione,
aut infamia notati magistratus gerere debent, ut
dixi supra hac eadem parte super q. 52. §. quidam
namque sunt.

QVÆSTIO LVIII.

De Relapsis.

SUMMARIUM.

- 1 Qui dicantur proprie relapsi, & quod labuntur
aliqui in heresim, aliqui in fautoriam.
- 2 Relapsorum in heresim casus quatuor. Primus
si quis incidat in eam, quam abiuravit.
- 3 Secundus si labatur in heresim, quam abiuravit
ut vehementer suspectus.
- 4 Tertius: si post abiurationem heresis generali-
ter labatur in heresim aliam ab abiurata.
- 5 Quartus, si postquam abiuravit ut haereticus,
deducat, visitet haereticos, &c.
- 6 Relapsi praefati tradendi omnes brachio secu-
lari.
- 7 Casus dubij, in quibus Papa esset consulendus.

Quinquagesimo octava quaestio est:
Relapsi qui sunt, & si haeretici ha-
bendi sunt.

Ad hanc respondemus, quod il-
li proprie dicuntur relapsi, qui prius
fuerunt lapsi; unde relapsi, quasi iterum lapsi.

Labi enim dupliciter: nam aliqui labuntur in
heresim, aliqui in fautoriam heresis. Labuntur
autem in heresim, qui in illa deprehenduntur,
iuxta c. Ad abolendam. §. praesentis de haeret. lib.
5. siue deprehendantur facti evidētia: siue con-
fessione propria: siue testium productione legi-
tima, iuxta gloss. super allegato cap. & §. &
verbo, deprehensus, & de verborum sign. capit.
Super quibusdam. Labuntur autem in fauto-
riam, qui haereticos receperunt: defensores: senten-
tiam, iudicium, vel processum fidei directē vel
indirectē impediunt, iuxta cap. Vt inquisitionis.
per totum.

Ergo & relapsi sunt in duplici genere: qui-
dam enim sunt relapsi in heresim: & sunt casus
quatuor, in quibus aliqui dicuntur proprie in he-
resim relapsi.

Primus casus est: quando quis incidit in illam
heresim, quam antea abiuravit, ut deprehensus
in eadem, ut in c. Ad abolendam §. praesentis, & §.
illos quoque. Vt pote, deprehensus est quidam
in hanc heresim incidisse, quod Christus nō est
natus de Virgine: abiuravitque illam: & post in-
candē abiurata deprehensus est recidisse: relap-
sus

sus est, & ut scilicet animaduersione debita puniendus, iuxta cap. alleg.

3 Secundus casus est: quando quis non est deprehensus, sed est vehemēter suspectus de aliqua heresi, seu errore, & abiurat eandem tanquā vehementer suspectus: si post talē abiurationē deprehensus est in eandem abiuratā heresim incidisse, relapsus debet censerī quadam iuris fictione, & tanquā relapsus habendus est, ut patet in e. Accusatus, in princ. de heret. lib. 6. Vt pote, suspectus est quis habitus vehemēter, sed non deprehensus, quod credat Christum non esse natū de Virgine, & abiurat illam heresim ut vehemēter suspectus; postmodum deprehenditur quod incidit in heresim abiuratam: relapsus est, & ut talis puniendus, iuxta cap. alleg. Secus si abiurauerat ut leuiter suspectus: Nā si post abiurationem talē incidit in eandē heresim abiuratam, licet ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet relapsio rum pœna puniri. patet eod. c. §. si autem leuis.

4 Tertius casus est: quando quis deprehensus est, vel vehemēter suspectus est, quod incidit in aliquam heresim, & post abiurat nō solū illā, immo simpliciter & generaliter omnem; postea deprehenditur in illam in quam inciderat, vel in aliam quamcumque, relapsus est, ut patet in e. Accusatus. §. eū vero, de heret. li. 6. Vt pote, quis est deprehensus, seu vehemēter suspectus de hac heresi, quod Christus non resurrexit, & abiurauit non tantum illam heresim, immo omnem; si post talem abiurationem deprehendatur in hac heresi, quod Christus ad cœlos nō ascendit, relapsus est, iuxta cap. allegatum.

5 Quartus casus est: quis heresim abiurauit, de cuius lapsu ante abiurationem constabat: ut pote, quia fuerat deprehensus; vel post bēdictionē, ut pote quia abiurauerat ut suspectus vehemēter & post constituit quod ante abiurationem lapsus fuit; si post huiusmodi abiurationem hereticos deducat, viuit, seu associet: ac dona vel munera eis donet, vel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit; merito debet iudicari relapsus, ut patet in cap. Accusatus. §. ille quoque.

6 Et omnes isti relapsi siue peniteat, siue nō sine vlla audientia sunt tradendi brachio seculari animaduersione debita puniendi. Est verum, quod si non peniteant, sunt tradendi ut heretici pertinaces; si autem peniteant, sacramēta Pœnitentiæ & Eucharistiæ non sunt eis deneganda, ut patet in e. Super eo, de heret. lib. 6.

7 Quidam vero sunt relapsi in fauoriam; ut pote, quia fauoriam abiurauerat, & post in abiuratam fauoriam relabuntur; iuxta Cōciliū Tarraconen. relapsi habentur.

Si autē ita est, & an intelligatur si relabantur in aliam fauoriam, vel eandē: & an sint isti vel illi; vel isti, & nō illi, tradendi curiæ seculari vltimo supplicio ferendi, iura nō loquuntur clare.

Eodē modo si quis diffamatus de aliqua heresi canonice se purgauit, & post incidat in eandem, vel aliam; an sit realiter, vel iuris fictione, vel alias relapsus, ut pœna relapsi debita puniatur, iura non loquuntur clare, licet e. Ad abolen-

dam. §. illos quoque, & c. Excommunicamus. §. adijcimus, videatur dicere, quod qui post purgationē reincidit, quod seculari iudicio sine vlla audientia est tradendus; sed loquitur indistincte: Vnde puto Papam in huiusmodi consulendum.

COMMENT. LXXXIII.

Postrema hac tractatio huius partis, in qua de relapsis disseritur, valde frequens est in hoc sacro tribunali, occurruntque interdum in ea questiones perdifficiles. Emericus hic more suo singulariter persequitur quæ ad eam cognoscendam spectant de ea disseruit idem quasi aliud agens supra hac eadem parte quæstio. 40. nu. 3. & seq. & 9. 5. nu. 13. & seq. quibus locis ideo nihil addidimus, quoniam niam ex proposito hic agebat auctor de relapsis, etiam ea quos qualis praxis debeat observari, docuit abe abunde 3. par. in 9. & 11. modo processum fidei terminandi, & rursus alia plura huc spectantia aduocavit in eadem 3. par. q. 99. & seq.

Tam qui hereticis agunt, nulli omittunt hanc tractationem Zanchinus de heret. c. 16. Campagnius Zanchinum c. 17. Repertorium & Lucerna Inquisitorum verbo, relapsus. Locatus in opere iudiciali verbo, relapsi. Auctor quidam inominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi in rubrica, De hereticis relapsis. Simancas de cath. instit. ti. 5. 7. idem in enchyridio tit. 60. Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 2. nu. 2. 5. et seq. Ioannes Roias in singularibus fidei, singulari. 173. idem tract. de heret. par. 2. assertio. 41. Alfonso Castus lib. 2. de iustia heret. punitio. Syluester in summa verbo heresis, 1. q. 9. nu. 15. & in legib. Hispania septipartitis par. 1. l. 60. tit. 6. & copiose Montanus in l. 1. partit. a 7. tit. 26. in 6. q. 1. de diaconis, Joannes And. Geminius & ceteri communitur in cap. accusatus, de heret. lib. 6. Perrus de Palude lib. 4. senten. dist. in. 13. q. 3. & alij alij locis, ex quibus more nostro quæ ad illustrandum hoc locum attinet, mut uabimus: quamquam Emericus & copiose, & perspicui satis loquatur.

Observandam est autem, hic tractari de illis relapsis, qui post abiuratas hereses, iterum in hereses incidisse conuincuntur; hi namque traduntur curiæ seculari; non de illis, qui in eundem errore iterum atque iterum labuntur, nulla penitentia solum interueniente, aut abiuratione, canonice purgantur, ne iudicialiter facta. Si quis enim iterum atque iterum in varias, aut easdem hereses labatur, et si vere relapsus dici possit priusquam illas abiurauit, et puniri non debet velut relapsus, ita ut tradatur curiæ seculari, dummodo velit vere penitere: nā iure pontificio is hereticus vere relapsus accipiendus est, qui post solemnem iudicalemque heresim abiurationem relapsus fuerit, & accusatus, & ibidem Ancharanus de heret. lib. 6. Alfonso Castus lib. 2. c. 2. de iustia heret. punitio. Simancas de cath. instit. tit. 5. 7. nu. 2. & seq.

Quartus casus est, quis heresim abiurauit, & c. Libet clarius & apertius dicere quod hic Emericus breuiter, paulo tamen obscurius tradit, sub hoc ergo quarto casu dicit relapsorum differentias conti-

continentur. Prima est eius relapsus, qui post abiuratum heresim, de qua vere constitit ante abiurationem iudicalem, postea reperitur cum hereticis communicare.

Altera est illius, qui abiuravit ut vehementer suspectus, quia de heresi tunc vere non constabat, post abiurationem vero, de heresi constitit, qua abiuravit prius ut vehementer suspectus: is enim si post hoc cum hereticis communicet, relapsorum pena plebendus est. Ratio huius assertionis verissima illa est, quam tradunt Ancharanus in cap. accusatus de heret. li. 6. in 2. notabili, & Paulus Grillandus, tract. de heret. q. 10. nu. 1. quoniam per hanc secundam deprehensionem expressam declarat ut animus illius, qui prima vice fuerat in mala opinione contra fidem Christi, in qua semper presumitur continuasse, usque ad secundam deprehensionem: fingit enim ius istum a principio talem fuisse, qui postea talis esse conuincitur, argu. l. si quis adulterij, c. ad legem de adulter. super qua lege fundatur hac fictio, seu presumptio, quae presumptio cum sit iuris et de iure, non admittit probationem in contrarium, ut notant Doctores in c. asserit, de presumptione. & dixi plene supra in hac 2. par. super q. 55.

Atque haec duo relapsorum postremorum differentia continentur breuiter in dicto c. accusatus. §. ille quoque, de heret. li. 6. & de postrema agens Ancharanus ibidem notabili 6. ait: Nota in verbo, ille quoque, quod sufficit post abiurationem constare de heresi abiurata ad conuicendum aliquem ut relapsum super his, de quibus in textu. hac Ancharanus.

Vel post constitit; utpote quia abiurauerat ut suspectus vehementer. Hac verba sunt notari dignissima, quibus apertissime refellitur opinio Ancharani in dicto c. accusatus, notabili 6. de heret. li. 6. & Matthaei de Afflictis in constitutionibus Siciliae, tit. 1. de heret. & patarenis, super constitutione inconstituta, notabili 18. vers. quid autem si contra, nu. 32. asserentium, eum quoque esse censendum relapsum, qui de leui abiuravit; & postea vere constitit de illo crimine, de quo antea leuiter tantum erat suspectus: nam si post leuem abiurationem hereticus, inquit, deprehendatur, relapsorum poena plebendus erit; hac enim opinio falsa est, neque usquam est decreta, neque usu recepta, et misericordia excludit ab hoc sacro tribunali: nullam in hoc casu admittit differentiam inter abiurationem de leui, & de vehementi, quod apertissime aduersari videtur textui in dicto cap. accusatus, §. 1. vers. si autem leuis, de heret. li. 6. Quam ob rem merito iam ante nos constituit Ioannes Roias in singularibus fidei, singulari 1. nu. 26. in fine, & Sima casus de carbo. in sili. tit. 1. nu. 19. & 20. & hanc sententiam quam amplectimur, profitetur hoc loco apertissime Eymericus, a qua nullo pacto est recedendum.

Et omnes isti relapsi, &c. sunt tradendi brachio seculari. Cur autem relapsos Ecclesia non recipiat, etiam si conuerti velint, docet Concilium Narbonense c. 11. in hac verba: Et illos qui post abiurationem erroris, seu purgationem deprehensi fuerint in abiuratam haerem recidisse, seculari

A iudicio sine vlla penitus audiencia, relinquatis animaduersione debita puniendos, cum sufficiat tales per falsam conuersionem temel Ecclesiam decepsisse. hec ibi, & dixi plura infra part. 3. super quaest. 99.

Quidam vero sunt relapsi in fautoriam: utpote quia fautoriam abiurarunt, & post in abiuratam fautoriam relabuntur. Hec est grauissima & perdifficilis quaestio, qua pendet ex illa, qua discussimus paulo antea in hac 2. par. super q. 54. §. sic tales, & quamquam Eymericus in fine huius quaestionis quem sequitur penitus Campegius apud Zachinum tract. de heret. capit. 17. dicat in his summum Pontificem consulendum esse; donec tamen definitio Papae habeatur, quid mihi dicendum videatur breuiter explicabo.

Qui ergo fautoriam hereticis exhibitam vel impedimentum sacro officio prestitum abiuravit, si simul particulares aliquos errores, vel hereses ut hereticus abiuravit, & postea relabatur in fautoriam, siue eandem sine, a priori diuersam, plane relapsus erit iudicandus: nam talis proculdubio comprehenditur sub dispositione textus in cap. accusatus. §. ille quoque, de heret. li. 6. neque de hac facti specie videtur vlla esse dubitatio; hic sine vlla misericordia tradendus est curiae seculari, etsi conuerti velit.

Sed tota difficultas huius quaestionis in altero capite versatur; An is scilicet relapsus sit dicendus, qui nullo errore, aut heresi expressa, fautoriam, seu impedimentum in genere abiuravit; quod fieri sepe potest, iuxta ea quae scripsimus supra in hac 2. parte super quaest. 54.

Ac primum hic animaduertere, oportet haec quaestionem non disputari in illis qui leuiter fauent, quoniam in his nulla dubitatio est, eos non fore plebendos poena relapsi de iure debita; sed tantummodo in illis, qui magnopere fauent, & insigniter sacrum inquisitionis officium impediunt, iuxta illas circumstantias, quas diligentissime enarrauit Concilium Narbonense capit. 14. 15. & 16. relatiu a nobis supra in hac 2. parte super quaestio. 53. §. iam si nosse cupis, ut si quis capcos et incarceatos preter iudicium ecclesiasticorum voluntatem a carcere liberet; condemnatos, & curiae seculari relictos, cum possit & debeat, non puniat; aut denique scienter et nequiter insignem aliam iniuriam in detrimentum fidei sacro inquisitionis officio irroget, unde vehementis suspicio male credentiae orta fuerit, quam de vehementi abiurauerit.

His ita positis, prima fronte videtur dicendum, velut relapsos fore iudicandos eos, qui postea in hanc fautoriam abiuratum, vel in aliam similem, vel grauiorem relabuntur. Primum, quia haec non videntur posse fieri sine scrupulo inique societatis, non modo suscepti cum personis, quibus tanto pere fauerunt; uerum etiam cum erroribus & heresibus carum personarum. Rursus, quoniam cum ex priorum fautoria & impedimento orta fuerit vehementis suspicio heresis (ut supposuimus) ea in secunda fautoria transire videtur in violentam, ex qua suspicione violenta tandem poterunt capitaliter condemnari, cum hoc posset natura violentae subiectionis, ut diximus in superioribus; & tradit

Quid si quis a heresi... ut ag. pa. de... ignacant. An l. i. de... inuoc. de... relab. sed. uida. pl. q. 4. h. de a. inuoc. c. 2. 2. 2.

An qui relabatur in fautoriam, siue abiurata siue aliam sit puniendus ut relapsus.



glossa cōmuniter recepta in c. excommunicamus 1. §. qui autem, verbo, condemnentur, de hæret. relap. supra apud Emericum par. 2. Quis enim dicat hæc secundam suspicionem non fuisse auctā, & in aliud genus suspicionis maioris non transiisset at nō potest in alias transire quam in violentam; ex ea ergo poterint condemnari atque ex his redditur satis probabilis hæc sententia.

Altera huic aduersa, quæ tutior est, bifariā potest probari auctoritate, & ratione. Auctoritas est in Concilio Tarraconensi relato supra apud Emericum par. 2. pag. 220. vbi cum ageretur de pœnitentia lapsorum in fauoriam, dicitur: Pœnitentia illorum, qui sunt relapsi in fauoriam similiter erit solennis, &c. Ex quibus apparet apertissime sensisse Concilium, relapsos in fauoriam non esse tradendos curiæ seculari, alias nō tradidisset pœnas pœnitentiales eis imponendas. Ratio vero huiusmodi est: Relapsi natura hoc exigunt, vt de aliquo lapsu in hæresim vere constet ad hoc vt pœna relapsi debita puniatur. cap. accusatus. §. ille quoque, de hæret. lib. 6. vbi communiter interpretes, traditque præ cæteris Alfonso Castus lib. 2. c. 2. de iustitia hæreticorum punitione, & Simancas de cath. instit. tit. 57. nu. 5. At qui relabitur in fauoriam abinratam, vel in aliam diuersam, in nulla hæresi expressa est deprehensus, vt supponimus: ergo nō poterit dici relapsus, nec tradi curiæ seculari. Hæc sunt, quæ iudicio meo pro vtraque sententiā adduci possunt ex quibus redditur valde dubia pposita difficultas.

Si cui tamē sententia prima arriserit, caueat, ne quid propria auctoritate in re tam graui, conficiat: nec temere in his, in quibus vita hominis periclitatur dicant Inquisitores licere sibi interpretari statuta contra hæreticos edita, vt docet Emericus 3. par. 9. 85. & 86. ac proinde posse declarare, tales homines pœnis relapsorum plectendos; quamuis enim summo iure fortassis fieri posset, tutius tamen erit summum Pontificem, aut illustrissimū sacrosanctæ generalis Romana Inquisitionis Senatū consulere.

Hoc vñ postremo adiungā, iustissimū & æquissimum mihi videri, eos qui non tantum semel, sed bis, aut pluries vel in abinratam fauoriam, vel in alias relabuntur, absque misericordia tradēdos fore curiæ seculari: quoniā in his ob multiplicatos actus grauissima sunt, & quasi violenta perfidia indicia & ob erimūis toties repetiti grauitatē, liceret tūc secure leges transgredi, si hoc vere esset leges transgredi, quod non credo. Hæc tamen ita dixi, vt cuiuslibet viri docti & catholici meliora sentientis iudicio libenter supponam.

Eodē modo si quis diffamatus de aliqua hæresi canonice se purgauit, & post incidat in eandē vel aliam, &c. Hæc est secunda quæstio, eaq; est in hac causa valde difficilis, de qua non vno modo sensit multis locis Emericus, quā disputauit infr. 3. parte, in secundo modo processum si dei terminandi.

Postremo illud in fine huius disputationis, quæ suscepta est de relapsis, obseruādū est, qd cauit Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa III. anno Domini MDLV. per bullam incipientem, Cū quorundam hominum. Dat. Romæ apud sanctum Marcū, seprimo idus Augusti; Pontificatus sui anno primo

Quibus casibus possit esse velut relapsus traditi curiæ seculari in primo lapsu.

videlicet pro relapsis in hæresim haberi, et vt relapsos curiæ seculari tradendos etiam in primo lapsu omnes & singulos illos, qui asseruerint, dogmatizauerint, vel crediderint aliquem ex infrascriptis erroribus hæreticis, aut hæresibus, quæ in prædicta bulla referuntur in hæc verba: Vel Deum omnipotentem non esse Trinum in personis, & in composita omnino indiuisaque vnitæ substantiæ, & vnum vna met simplici diuinitatis essentia: aut Dominum nostrum Iesum Christū non esse verum Deum eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu sancto: Aut eundē secundum carnem non conceptum in vtero Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de Spiritu sancto, sed sicut cæteros homines ex semine Ioseph; Aut eundem Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum nō subisse acerbissimam crucis mortem, vt nos a peccatis & ab æterna morte dimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret: Aut eandē Beatissimā Virgine Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu, & in perpetuo post partum. hætenus ibi,

post multa subdit rationem constitutionis, & pœnam in hæc verba: Et insuper cū errores, quos supra narrauimus ita graues & nefandi sint, vt illi, qui in eos decidunt, excusationē nō habeant, sed subuersi potius atq; immanes, quam heretici merito dici possint: Hac nostra perpetuo valitura cōstitutione sancimus, quod tā illi qui hætenus in ipsos errores, vel eorū aliquem lapsi sunt & infra supradictum terminum nō resipuerint, quæ ea, quæ supradiximus nō adimpleuerint, quæ omnes & singuli alij, qui in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabantur, cuiuscumque dignitatis status, gradus, ordinis, vel cōditionis existat, pro subuersis & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsos curiæ seculari traditi, & per ipsam curiam debitæ pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia perinde ac si vere & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret. hæc ibi.

Alium præterea casum, in quo aliquis pro lapsu habeatur, sancit idem Dominus Paulus Papa III. anno Domini MDLV. III. per bullam incipientem. Cū ex Apostolatus officio, quæ habetur inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis in fine huius operis, aduersus magistratibus quoslibet & Dominos ecclesiasticos, aut alios etiam secularē iurisdictionem habentes, qui in schisma, aut hæresim inciderint, aut schisma vel hæresim excitauerint, de quo cum alibi dixerim copiosius, nihil amplius hic differendum putauit, & satis esse existimauit eum indicasse, & qualiter in eo sit procedendum series præcitatae constitutionis continet non obsequere.

Finis Secunde Partis.

IN